# INTERPRETATIO AD legem quartam, Tauri.

## Summarium.

*Condemnatus an pendente appellatione â ſententia poſit facere teſtamentum. num.1.*
*Teſtamentum ante condemnationem factum, â fortiori ſubſtinetur. num.2.*

## Gloſſa.1.l.4.

1 QVE *el condemnado*, non ſo
lum poſt condemnationem
pendēte appellatione â ſen
tētia quo caſu de iure dige
ſtorum poterat teſtari ex.l.
ſi quis poſt accuſationem. 13.l. qui a la-
tronibus.§.fin.ff.de teſtam.communis ſe
cundum.Picum. in. l. poſt contractum.
num.86.ff.de donati. ſed demum tranſa
cta ſententia in rem iudicatam ex noſtra
l.quæ in hoc eſt correctoria iuris cōmu
nis, nempe.l.eius qui.8.§.1.ff. de teſtam.
l.qui vltimo de pænis.l.5. titul.1. part.6.
Imo & licet ſit mandata executioni, con
tra communem opinionem de qua per
Bald.in.l.fin.C.ſi â non competente iudi
ce, quæ communis euacuatur per noſtrā
legem, vt per Villalo. in Antino.inter ius
commune & regium liter.A. num. 14.
& rurſus in Erario.lit.C.verſi. condem-
2 natus.num.180. ¶ Et ita â fortiori te-
ſtamentum antea factum ſubſtinebitur vt
contra Pariſ. conſil.46.volum.3.nu.15.
Et contra communem opinionem de
qua per Meſcha. de ſucceſ. reſolutione.
§.3.num.34. quem refert Michael Graſ
ſus in lib.recepta.ſen. ad vltim.volunt.§.
teſtamentum.quæſt.26.num.3.Probant.
Gregor.in.l.18.tit.1. par.6.gloſ.2. & re
ferendo Tellum.Moli.lib.4.c.11.nu.21.

*SVMMARIVM.*

*Damnatus ad mutillationem membri nō teſtabatur. num.1.*
*Damnatus ad perpetuum carcerem non poterat teſtari. num.2.*

## Gloſſa.z.l.4.

A *muerte*, cæſſat ex hac. l. difficultas 1
illa ſcribentium, an damnatus ad mu
tillationem membri potuiſſet facere te-
ſtamentum.de qua per Bart.in.l.qui ma-
nus.ff.de teſtament. Palatius hic num.5.
Caſtellus.verſ. *muerte*. ¶ Et allia non 2
minus controuerſa ſcilicet, an damnatus
ad perpetuum carcerem teſtari valuiſſet
de qua per Bal.in.l.1.nu.22. C.de ſacro
ſanct.eccleſ.& in.l.imperium.lectura.1.
num.2. de iuriſ.omnium iudic.& conſil.
448, in primis, Gregorius.in.l.4.tit. 31.
part.7.verſ.*a ome libre*, benedictus.in.c.
Rainutius.ver.mortuo.1.nu.129.Couar.
in rubr.de teſta.3.par.n.27.ver. iure au
tem.Iuli.Clar.§. teſtamentum. quæſt.23.
& Michael Groſſus, in eod.§.teſtament.
quæſt.28.num.3.

*SVMMARIVM.*

*Mors ciuilis, quæ diceretur.num.1.*
*Baniti an olim. teſtamenti factionem haberent.num.2.*
*Damnatus ad mortem ciuilem â principio benenatus an teſtamenti factionem haberet.num.3.*

# Gloſſa.3.l.4.

1 C*Iuil*, id eſt à iure ciuili, in ducta, vt
quia banitus deportatus, vel in me-
ta[illegible] m quis damnatus eſt quæ damnatio
mors ciuilis nuncupatur.gloſ. in.§. rele-
gati.inſtitu.quibusmod.ius patriæ poſt.
ſoluitur.l.2. &.3.titul.18.part.4.l.15. &
2 18.titu.1. par.6. ¶ Qui baniti & de
portati.aut in metallum damnati olim te
ſtamenti factionem non habebant. l. eius
qui.§.cui aqua.l.ſi quis filium. §. ſi irri-
tum, vſque a[illegible] §. eius qui. ff. de iniuſt.
rupto.d.l.1. cum alijs ſupra relatis. ple-
niſ. ex receptis ſententijs Greſſus in. d.
lib. cõmunium opinionium ad vltimas
volunt.§.teſtamen.quæſt. 17. Ferdinan.
Mencha.contro.Illuſtri.c.96.Iul. Clar.
in. §. teſtamentum. quæſt. 19. &. 20.
3 ¶ Quod nonulli intelligebant niſi dã-
nati ad mortem ciuilem à principio be-
ne nati forent, quo caſu exiſtimabant iu
re authenticorum potuiſſe facere teſta-
mentum id ex eo comprobantes, quia
cum ratio prohibitionis prædictorum
iurium in eo principaliter conſiſteret
quod per damnationem ad mortem ci-
uilem condemnatus efficeretur ſeruus
pænæ, & de iure authenti.bene natus â
principio ex condemnatione ad mor-
tem ciuilem ſeruus pænæ non efficeretur
ex authent.ſed hodie. C. de dona.inter.
deducta ab authen.denuptijs.§.quod au
tem prius.meri to cæſſante ratione prohi
bitionis predictorum iurium cæſſabat eo
rum diſpoſitio & bene natũ condemna-
tum ad mortem ciuilem poſſe facere te-
ſtamentum conſtabat. vt probat Couar.
in rubr.de teſtam.3. par.num.27. verſi.
*Iure autem*.neq; nos dubitamus ſed quia
non ita clare quam oportuerat deciſſum
erat bene natum condemnatum poſſe fa
cere teſtamentum,& quia teſtandi facul
tas generalis non erat ſuper venit. l. no-
ſtra eam omnibus concedens, bene ſeu
male natis.

*SVMMARIVM.*

*Damnatus ad mortẽ naturalem â princi-
pio bene natus an teſtamẽti factionem
beat.num.1.*

*Mors ciuilis quando naturali & econtra
æquiparetur.num.2.*

*Mors ciuilis quando eundẽ effectum ope-
ratur naturali.æquiparatur.num.3.*

# Gloſsa.4.l.4.

O *Natural*, de iure digeſtorum con- 1
trarium fuit conſtitutum ex iuribus
ſupra dictis, iure tamen Codicis, & auth.
aliqui dixerunt damnatum ad mortem
naturalem ſi bene natus erat poſſe facere
teſtamentum, ſicut condemnatus ad
mortem ciuilem ex. d. authen. ſed hodie
quam procedere in damnato ad mortẽ
naturalem dixit Acurſius.in.l.eius qui.§.
fin.ff.de teſtament.& in.l.ſi quis filio ex
heredato.§.ſi quis.ff.de in iuſto rupt. &
eum ſequitur Salicet. in. d. authent. ſed
hodie, ſed quia longe verius erat, eam
authen. non procedere in condemnato
ad mortem naturalem, ſed eum quamuis
bene natum, iure digeſtorum.&. C. non
poſſe facere teſtamentum, vt poſt Bart.
& alios bene reſoluit Couar. in rubr. de
teſtament.3.par.num.27. verſi. iure au-
tem. Menchaca relatus & ſecutus per
Olanum in ver.condemnatus. num.64.
vſque ad.num.66.& vt generaliter ob-
ſeruaretur, poſſe condemnatum ad mor
tem naturalem, bene ſeu male natum fa-
cere teſtamentum ſuperuenit. l. noſtra
conſtituens id regulariter in omnibus ad
mortem naturalẽ condemnatis. ¶ Cum 2
iuditio exprimens, *O natural*, cum recep
tum habeamus mortem naturalem ciuili
neque ciuilem econuerſo naturali æqui-
parari niſi in caſibus à iure expreſsis vt
per tex. in.l.1.§.fin. verſi. & ſi pater. ff.
de contra tab.l.ex ea parte.§.in inſulam
de ver-



de verborum reſoluunt gloſ.in.c. ſuſcep
tum, de reſcriptis in. 6. Detius in. c. in
præſentia.num. 67. vbi Felin. num. 56.
de probatio.fortun.Garſ.in.l.Gallus. §.
& quid ſi tantum.num.75. verſi. diſtin-
gue.vbi Galiaula. num. 19. de liber. &
poſth.Gregorius in.l.2.titul.18.part.4.
gloſ.1.Acoſta in.c. ſi pater.1.par. ver. ſi
abſque liberis.num.70.&.2.p.ver.de te-
ſtatore.num.6.&.7. Menchaca de ſuc-
ceſ.creatione.lib.3.§.21. num. 172. Vbi
de communi & iterum.lib.3. de ſucceſ.
progreſſu.§. 26. num. 40. & rurſus de
ſucceſsion.reſolut.§.12.num. 14. Eman.
Suar.in Theſau. commu.opinio.lit. M.
num.226.latiſsim.Hipol. Rimin. conſil.
3 416.num.4.volum.4. ¶ Vel ſi forſam
mors ciuilis eundem effectum operare-
tur quem naturalis induceret. ex Baldo.
in.l.cum pater.§.hæreditatem.1. delega.
2.in fin.Alexan.conſil.13.lib. 3. Molin.
lib.1.c.13.num.94. pleniſsime Cephal.
in conſil.395.num.32.volu3.. quamuis
Menchaca.d.§.21.num.172.verſi.eſt ta-
men ad fin.aliter ſentiat.

*SVMMARIVM.*

*Condemnatus ad mortem quomodo de iu-
re digeſtorum.C.& partitarum teſta-
batur.num.1. vſque ad.num.3.*

*Condemnatus ad mortem ſi decedat in te
ſtatus an bona filijs competant ex reſer
uatione authen. bona damnatorum vel
abinteſtato ex ſucceſ.l.num.5. & alijs
vſque ad.8.*

*Teſtamenti factio diſpoſitiua & permiſsi
ua æquiparantur.num.5.&.6.*

*Dedecens abinteſtato qui teſtamenti fa-
ctionem habebat permiſsiue dicitur diſ
poſsuiſſe. num.6.&.7.*

*Reſeruans in ſe facultatem diſponendi ſi
non diſpoſuit diceretur permiſsiue diſ-
poſſuiſſe ſecundum.l.num.7.*

*Authentica bona damnatorum etiam cor
rigitur abinteſtato.num.5.*

*Condemnatus ad mortem poteſt. hæres in
ſtitui.num.9.*

*Condemnatus ad mortem an poſsit facere
maioratum vel melio ratione. num.10.
vſque ad fin.gloſ.*

*Condemnatus ad mortem an donare va-
leat.num.14.*

*Donatio ſeu cõtractus irreuocabilis ſub
appellatione vltimæ voluntatis non po-
teſt comprehendi.num.14.ad fin.*

*Donatio. ſeu melioratio reuocabilis vim
obtinet ſupremij iuditij.num.15. vſque
ad.17.*

*Diuiſio hæreditatis in cõtractu facta vim
vltimæ voluntatis habet.num.16.*

*Maioratus ſeu melioratio quæ in contra-
ctu reuocabiliter fiunt non ſunt vere vl
timæ voluntates, ſed generice informes
atque irregulares.num.17.*

*Condemnatus ad mortem an ſemel tantũ
vel pluries poſsit facere teſtamentum.
num.18.&.19.*

# Gloſſa.5.l.4.

P*Veda hazer teſtamento*.hæc eſt princi 1
palis conſtitutio noſtræ.l.ad cuius ve
ram explicationem aduertendum eſt,
quod de iure digeſtorum damnatus ad
mortem, ex eo quod ciuitatem & liber-
tatem amittebat teſtari non poterat.l.qui
vltimo.de pænis.l.eius qui.§.qui à latro-
nibus &.§.fin.de teſtament.l.ſi quis filio
ex hæredato.§.ſed & ſi quis.ff. de iniu-
ſto rupto.imo in conſequentiam damna
tionis, bona ipſius condemnati fiſco apli
cabantur niſi forſam filij ſupereſſent,
quibus ſi duo forẽt dimidia pars ſerbaua
tur.l.1.ff.de bonis dãnatorum.l. eius qui
§.ſi quis aqua in fin.de teſtamen. ſin autẽ
plures in totum adeos bona expectabãt
non vt hæreditas condemnati, ſed veluti
lucrum à lege delatum, cauſa miſera-
tionis atque benignitatis inſpectat.l.cum
ratio.§.ſi plures.de bonis damnatorũ.ff.
¶ Cui digeſtorum iuri iura. C. ſucceſſe- 2

ruat aliter bona condemnati inter libe-
ros diuidentia & Codicis conſtitutioni-
bus authenticorum decreta damnato ad
mortem ciuilem vel naturalem teſtamenti
factionem denegando & ex quadam be
nignitate bona condemnati inter aſcen-
dentes ſeu deſcendentes vel tranſuerſales
vſque ad tertium gradum æqualiter di-
uidendo authẽ.bona damnato.C. de bo.
præſcrip.ſumpta ex anthen.vt nulli iudi
cum.§.fin.colum. 9. quod authenticorũ
ius a legibus partitarum comprobatur
ex.l.8.titul.10.par.7.l.6.titul.7.l.5.titu.
3 31.ead.parti. ¶ Poſt quorum iurium
conſtitutionem ſuperuenit.l.5.titu.5. de
las mandas.lib.3.fori conſtituens damna
tũ ad mortem ex delicto quod à miſsio-
nem bonorum mereretur teſtamenti fa-
ctionem non habere. *A los que fue-
ren condenados a muerte por coſa que de-
uen perder lo que han*.ex qua.l.à contra-
rio ſenſu diligens & ingenioſus interpres
Rodericus Suarez.in.l.quoniam in prio
ribus limitation.10.ad.l.fori. conſtanter
affirmat condemnatum ad mortem poſ-
ſe facere teſtamentum, & ita per eam in
regno practicari quem referens ſequen-
4 tur Tellus hic.num.14. &.15. ¶ Sed
quia fori leges non obſerbauantur niſi
quatenus cõſtaret vſu receptas fuiſſe, &
quia durum videbatur ex argumento à
contrario ſenſu à lege fori deducto, tot
iuſtiſsimas conſtitutiones abrogatas ma
nere, conditoribus noſtræ. l. viſſum fuit
neceſſarium eſſe eam dubitationem am-
putando apertius conſtituere damnatum
ad mortem ciuilem vel naturalem teſta-
menti fationem habere ac ſi condemna-
5 tus non fuiſſet. ¶ Ex qua notanda con
ſtitutione non ſolum datur facultas te-
ſtandi condemnato ad mortem, ſed eius
ſucceſsio omnino reducitur ad inſtar ſuc
ceſsionis non condemnati vt conſtat ex
verbis. *Como ſi no fueſſe condenado*.
ita quod ſi condemnatus deceſſerit in te-
ſtatus filij non conſequerentur eius bo-
na ex reſeruatione authenticæ bona dam
natorum neque inter eos diuiderentur
veluti lucrum ab ea delatum, ſed neceſſa
rio eſſent admitendi tanquam ſi pater cõ
demnatus non fuiſſet, ad inſtar ſucceſsio
nis abinteſtato, quod manifeſte probatur
ex eo, quia dum.l.condẽnato cõceſsit te
ſtamenti factionem diſpoſitiuam vt ſci-
licet poſſet ad libitum teſtari neceſſario
dicendum eſt conceſsiſſe eidem permiſsi
uam, vt ſcilicet non teſtatus videatur eius
bona voluiſſe defferri. ad inſtar ſucceſ-
ſionis abinteſtato.l.confitiuntur.ff. de iu
re Codicillorum cum teſtamenti factio
diſpoſitiua dari non poſsit abſque per-
miſsiua.Imo quotiens datur diſpoſitiua
permiſsiua cenſeatur conceſſa ne diminu
ta ſit facultas teſtandi. Et hinc, notanter 6
dixit Baldus.quod qui volens facere te-
ſtamentum abinteſtato deceſsit, permiſsi-
ue dicitur diſpoſſuiſſe, in. l. emancipata.
8.oppoſition.C.de colat. quem ſequitur
Alexand. conſili. 44. in fin. volum. 5.
Garron.in authen.ex teſtamento. nu. 4.
C.de ſecund.nupt.Iaſſon.in rubric. de li
ber. & poſth. colum. 4. & conſil. 202.
colum. 4. volum. 2. Cagnol. in rubric.
quãdo non peten.partes.nu.16. ¶ Hinc 7
etiam dixerunt viri æquidem doctiſsimi
quod qui ex reſeruatione, facultatem
habet diſponendi de certa ſumma dicere
tur permiſsiue diſpoſſuiſſe decendendo
abinteſtato Bald.Nobel.relatus & ſecu-
tus a Curtio Iunior. conſil. 4. colum.2.
ad finem Cagnol.in.l.hæredem.num.12.
de regul. iuris, de quo videndus eſt Ay-
mon conſil.256, in fin. Cælſus conſil.37.
per totum.Mantica.de coniecturata.fo-
li.mihi 151. colum.3.num.14.ſubtil Hie
ron.Zancus.in.l.hæredes mei.§. cum ita
num.711.ff. ad Trebel. ¶ Vnde ve- 8
riſsimum crederem non ſolum correctã
eſſe authen.bona damnatorum in faculta
te teſtandi diſpoſsitiua ſed etiam in per-
miſsiua, ita quod decedente condemna-
to ad mortem abinteſtato bona filijs nõ
vt lucrum legis, ſed vt hæreditas ipſius
condemnati abinteſtato deferantur & in
ter



ter ipſos ſint diuidenda. Sequendo in
hoc Ioan.Matienço.in.l.3 titul.4.lib.5.
nouæ Reco.gloſ.6.ad fiñ. qui licet ſum-
marie, & non ijs fundamentis.idem pro-
bauit & reprobando Ioannem Lupum.
hic..num.16. & noſtrum dilectum Gre-
gorium in.l.5.titul.3.par.7.verb. *Señα-
lados*.qui non ab origine conſiderando
mentem legis contrarium tenuerunt, exi
ſtimantes abinteſtato procedere authen.
9 bona damnat. ¶ Imo & non ſolum de
teſtamenti factione permiſsiua debet in-
telligi.l.noſtra, ſed & paſsiuam condem
nato concedit. Vt ſcilicet poſsit hæres in
ſtitui cũ ambo caſus actiue & paſsiue fa-
ctionis teſtamenti ſint à iure æquiparati,
&. l. nouiter in vno diſponens in alio
idem diſpoſſuiſſe intelligatur ex. l. ſi
quis ſeruo.C.de furtis, & quia facere te-
ſtamentum, & capere ex teſtamento ſunt
correlatiua, imo & difficilius concedi-
tur teſtamenti factio actiua quam paſsi-
ua quibus fundamentis eam ſententiam
probauit Gomez.hic.num.6. &.7. con-
tra Ciſont.nu.2. quem referendo neque
ſequitur neque impugnat Gregorius in.
l.15.titu.1.par.6.gloſ.2.& denique fun-
damenta Gomezij mordaciter refutans,
diligens Tellus. hic.nu.25.vſque ad nu.
30.& reprobans Ciſontani opinionem.
in.d.num.30. Gomezij ſententiam ex ea
potiſsimum ratione amplectitur, quod
cum hodie ex damnatione cõdemnatus
ſeruus penæ non efficiatur, cum poſsit fa
cere teſtamentũ (quod ſibi non liceret ſi
ſeruus pænæ efficeretur) poterit etiã ſicut
non cõdemnatus capere ex teſtamẽto cũ
ceſſaret ratio prohibitionis iuris commu
nis quam rationem nõ impugnamus ſed
fatemur eam in effectu reddidiſſe Gome
zium, ne ex verborum mutatione literis
& arrogantia plenus Tellus noſter
authoritatẽ eius parui pendat, qui plu-
rima iuris principia Hiſpanis & exteris
docuit, & hanc Gometij & Telli ſenten
tiã mutato conſilio tenuit Gregorius in
l.5.tit.31.par.7.ver.ſeñalados ad mediũ
Mieres in tracta.maioratus.1.p.q.1.n.52
Matienço.in.l.3.titu.4.lib.5.nouæ Reco
pil.gloſ.3.num. 6. & eis non relatis late
Eſpino. in ſpeculo teſtamẽto.in glo.rub.
par.8.num.5.& 6.
Aliud etiam ex noſtra. l. notabiliter 10
deducitur ſcilicet quod cum libera teſtã
di facultas condemnato ad mortem con
cedatur poterit in æqualiter bona inter
liberos diuidendo quem voluerit melio
rare ſeu in eo primogenium ad libitũ in-
ſtituere, non ſeruando modum diuiſionis
authenticæ bona damnatorum, vt cõtra
Rodericum Suarez in.l.quoniam, limit.
10.fori per totã & in.l. 9. delega. lib.3.
fori.lim.10.ad fin.ſequutus à Coua.in ru
bri.de teſta.3.p.n.28.ver.Præmiſſa tamẽ
reſoluunt Gregorius.in.l.5.titu. 31.par.
7.gloſ.fin. Tellus hic.num. 14. Mieres
1.par.q.1.nu.50.Molina lib.2.c.10. nu.
69.ad fin. Matienço.d.l.3.titu.4. lib. 5.
nouæ Recopil.gloſ.6.per totam ¶ Sed 11
quia prædicti ſcribentes nõ tam diſtincte
quam oportuerat locuti fuerunt in hac
eleganti licet vulgari dubio. ita nouiter
diſtinguendum exiſtimaui.
Aut maioratus ſeu melioratio in teſtamẽ 12
to inſtituitur, & dicendum videtur in-
ſtitutionem non valuiſſe, quia cum anti-
quitus bona damnatorum fiſco aplicabã
tur, & benignitatis cauſa nõ vt hæreditas
cõdemnati ſed veluti lucrum à lege dela
tum inter filios æqualiter diuidebãtur
merito lex iſta cõcedens facultatẽ teſtã-
di inter eas perſonas videtur verificãda
quibus à lege lucrum deferebatur, & ſa-
tis fauorabile fuit cõcedere cõdemnatis
teſtamẽti factionem, abſque eo quod eiſ-
dem poteſtas in æqualiter bona diuidẽ-
di cõceſſa dicatur, quibus & alijs elegã
ti ſtillo adductis eam ſentẽtiam tenuit Ro
dericus Suarez.in.d.l.quoniam & in.d.
l.fori ſupra relatis.ſequutus à Couarr.in
d.num. 28. ¶ Cõtrarium tamẽ exiſti- 13
mauit verius Gregorius Lupus. in.l.5.
tit.31.par.7.verb.*Señalados*.ex eo quod
cum.l.iſta.damnato ad mortem cõcedat

teſtamēti factionem ac ſi cōdemnatus nō fuiſſet, merito quem voluerit ex filij poterit meliorare quod diligentius ſequitur Tellus. hic.nu. 17. vſque ad nu.20. ea potiſs imum ratione ductus, quia cum bona condemnati nunquam à dominio eius exierint, imo propria ipſius ſemper forent cum propter delictum ea non perdiderit merito dicēdum erit ius quo prelegari permitebatur in tactum manſiſſe, & auth. bona damnatorum correctam cenſeri & conſequenter poſſe condemnatum libere de bonis filium meliorare & ita Tellum atque Gregor.ſequuntur Molin.lib.2.c.10.nu.69.ad fin. & Mieres.1.p.quæſt.1.nu.50.Matienço.in.d. gloſ.6.per totam.qui ſic proprie ſunt intelligendi quorū ſententia fortius cōprobatur ex verbis noſtræ.l.ibi. *Vltima voluntad*.quæ maioratum ſeu meliorationē in teſtamento inſtitutam comprehendūt cum vltimæ voluntatis naturā accipiant & appellatione vltimæ volūtatis vere cōtineātur vt bene reſoluit Molina.lib.1.c. 12.nu.3.& in fortiori caſu.nu. 28.ad fin.

14 Aut enim melioratio ſeu maioratus à condemnato ad mortem, in contractu irreuocabiliter inſtituitur ſecundum formam.l.17.&.44.Tauri.Et in hac ſpecie ſecure tenendum eſt tale primogenium, ſeu meliorationem nullius eſſe momenti, tam ex iuris communis recepta ſentētia qua condemnati donatio ſeu alter contractus impugnatur argum.l.3.ff. de his quæ pro non ſcript.l.quidam ſunt ſerui. ff.de pœnis.Bar.in.l.ſi victum.ff.de re iudicata,& in.l.1.colu.fin.ff.de bon.damnat.atque ſummarie probat Grego.in.l. 19.titu.3.par.6.verb.*Heredar*.ad mediū quam quod.l.iſta tantum conceſſerit facultatem teſtandi vel quemlibet alium actum faciendi qui vere foret actus vltimæ volūtatis ex quo non eſt extendēda ad donationem ſeu contractum irreuocabilem longe diſsimilem ab actu teſtandi qui neque vim vltimæ voluntatis habet neque ſub eius appellatione comprehenditur vt eleganter reſoluit Molina. lib.1.c.12.nu.28.verſ.ſi vero maioratus.

15 Aut enim melioratio ſeu maioratus in contractu reuocabili inſtituitur & cum eo caſu vſque ad mortem ambo valeant reuocari per.l.17.&.44.& conſequēter vim vltimæ volūtatis obtineāt vt ex ea reuocabilitatis natura deduxerūt Rubeus in.d.l.44.nu.2.Grego.in.l.43.tit.5.p.5 gloſ.*Non vale*. Menchaca.de ſucceſsionū creatione.lib.1. §.1. nu.32. merito facultas in inſtituendi maioratū aut faciēdi meliorationem in contractu ex generali conceſsion.h.l.videbatur cōdemnato ad mortem conceſſa. ¶Id que cōfirmari, 16 ex eo quod de diuiſione hæreditatis facta in cōtractu donationis vt ſcilicet eius ſupremæ diſpoſitionis natura mutabilis ſit,ſicut teſtamētum vſque ad donātus extremū vitæ exitum,dixerunt Oldral.conſil.131.in princi. Tiraq. de primogen. quæſt.68.nu.1.&.2.&.q.8.nu.2.Celſus cōſil.120.nu.43.& cōſil.100. nu.12. ex quo manifeſte ſentiunt idem fore dicendum in melioratione de qua agimus. ¶Quæ fundamēta licet quādam veritatis 17 aparentem ſimilitudinem ad ferant vera non ſunt,imo verius cōtrarium cum melioratio ſeu maioratus in cōtractu reuocabiliter inſtitutus quamuis ex eo quod morte cōfirmētur,quātum ad reuocationē vim vltimæ volūtatis obtineant nō tamen ſunt vere & proprie vltimæ voluntates,neque appellatione legati,fideicōmiſsi ſeu alterius ſupremæ volūtatis continentur ſed quādam tertiam ſpeciem ab vltima volūtate & cōtractu diuerſam cōſtituunt quæ reſolutio deducitur a glo. 1 in.l.filiæ cuius,verb.adiudicari.C.familiæ herciſcund. & in.l.fin.§.fin.verb.pro hærede.ff.pro hærede. Et in ſpecie tenet Bar.in.l.ſequens quæſt.nu.1. delegat. 1. Bal.in auth.ex teſtamēto.nu.1.C. de collationibus Alex.conſil.26. nu.4. lib.2. Gregorius in.l.4.titul.11. part. 4. verb. *En ſu vida*,& reſoluit Molina lib.4.ca. 11.nu.23.& lib.1.c.12.per totum. Et conſequen



ſequenter ex verbis .h. l. quæ vltimæ tātum volūtatis factionē condēnato ad mortē cōcedit aperte deducitur eum actum, qui vere vltimæ volūtatis nō eſt non cōprehendi.neque ſequitur neceſſario, vſque ad mortē valēt reuocari quādo ſunt vltimæ volūtates quia vt pdiximus licet quantū ad reuocationē naturam vltimæ volūtatis habeant nō vere poſtremæ ſunt volūtates,ſicut omnes cōtractus donationis inter patrē & filium maritū & vxorē vel alij ſimiles qui morte confirmātur, & tamen vltimæ volūtates proprie nō dicūtur,vel ſicut precarium, commodatū depoſitum,vel alij cōtractus innominati qui valent ad nutū reuocari, & veri contractus eſſe nō deſinunt,neque vltimæ volūtatis naturā accipiunt ex Moli.d. c.12. nu.8.cū alijs,ſed proprius nuncupantur vltimæ volūtates, innominatæ genericæ iuformes atque irregulares, quaſi propriam & primeuā,vltimæ voluntatis naturā egrediātur,vt de aliquibus agit Mēcha.lib.2.de ſucceſ.creat.§.11.nu.43.cū alijs ex quo reprobamus Gomez hic.nu. 8.in aduertenter.l. hanc ad contractum donationis extendentem.

18 Tertio, ex ead.l.dum dicit, *Teſtamēto*, deducitur debere intelligi vt ſemel dānato ad mortē conceſſerit facultatē teſtandi ita quod non plura teſtamēta ſed vnum tantū facere ſibi liceat,tam ex eo quod l.ſit correctoria,& conſequēter reſtringenda,quam quod in primo actu teſtandi eius facultas verificetur & finiatur ex vulgata.l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verborum ſignification. & in quādā licentia teſtandi,cardinali Grimaldo conceſſa à Leone PP. cōprobant Detius conſi.712. Socinus nepos.conſi.89.volu.1.nu. 24. quos referens ſequitur Couar. c. cum in
19 officijs nu.8.de teſta. ¶Sed verius exiſtimamus facultatē.h.l.in primo actu teſtādi nō extingui,tam quia nō eſt correctoria ſed declaratoria.l.fori.&ſic fauorabiliter extendenda, quā quod ſimus in diſpoſitione legis& non hominis, cuius effectus in primo actu nō finitur & proprius ex natura actus teſtādi,qui perpetuus & reuocatorius ad libitu eſt atque ex verbis noſtræ.l.ibi. *Teſtamento codicillo,y otra qualquiera vltima voluntad*. quæ plures codicillos cōprehendunt,& eadē ratione plura teſtamenta & iterum ex verbis.l.ibi. *Como ſi no fueſſe condenado*. quæ habilitans condemnatum ad teſtandum ac ſi non fuiſſet condēnatus neceſſario præſupponit plura poſſe facere teſtamenta, quam ſententiam ſequitur Tellus hic.nu.2.vſque ad num.13.reſpondendo in contrarium adductis.

SVMMARIVM.

*Licentia teſtandi an ad codicillandum extendatur.num.1.*

*Condemnatus ad mortem poteſt facere codicillos.num.1.*

## Gloſſa 6.l 4.

CODicillos.neceſſarium fuit.l.hanc exprimere codicillos ne correctoriam 1 exiſtimātes eam ad teſtamenti factionem reſtringerent,maxime vrgente authoritate Socini,conſ.13.preſens,nu.31.lib.3.& alterius Socini Iunioris, conſi.8. magna profecto lib.1.tenentes licentiam teſtandi ad codicillandū non extendi, quorū ſententia quamuis vera non eſſet ſed verior cōtraria ex.l.1.§.in filij quoque. ff. ad Trebel.& adductis à Burgos de Paz in.l.3. Tauri. numer. 1336. cum alijs tamē vt omnino reijceretur prædicta difficultas expreſsit.l.iſta, *Codicillos*, quam fuiſſe eius dicendi rationem licet prædictos non referat tenet Matienço in.d.l.5 gloſ.4.titu.4.lib.5.nouæ recopil.

SVMMARIVM.

*Condemnatus ad mortem propter delictū quod mereretur bonorum confiſcationē an poſsit facere teſtamentum. num.1. & per totam gloſſam.*

*Confiſcatio an quem efficiat inteſtibilem. num.1.& per totam gloſ.*

*Sententia Anaſthaſij & Palatij Rubei impugnatur.num.2.*

*Teſtamenti ſubſtantia non conſiſtit in exiſtentia bonorum, ſed in potentia teſtandi.num.2.*

*Baldi ſententia intelligitur & ab abſurdo liberatur.num,2.*

*Bona in quibus caſsibus propter delictum ipſo iure confiſcentur.nu.3.remiſsiue.*

*Condemnatus ad mortem propter delictũ quodmereretur bonorũ cõfiſcationẽ ipſo iure poterit teſtaride bonis futuris.n.4*

*Bona futura non veniunt in confiſcationem.num.4.*

*Condemnatus ad mortem poterit teſtari de bonis conditionaliter ad ipſum expectantibus.num.5.*

*Debita conditionalia ex contractu tranſmittuntur.num.5.*

*Bona quæ ex contractu prouenirent quãuis conditionalia confiſcantur.nu.5.*

*Condemnatus libere poteſt nolle acquirere hæreditatem.num.6.*

*Hæreticus quando poſsit facere teſtamentum.num.7.& alijs.*

*Filij hæreticorum an à bonis parentis excludantur.num.8.& alijs.*

*Alimenta an ſint præſtanda filijs hæreticorum.num.9.*

*Filij hæreticorũ nati ante cõmiſsũ crimẽ an aparentis bonis excludantur.nu.10*

*Hæreticus an poſsit hæres inſtitui. nu.11.*

*Condemnatus ad mortem obcrimen leſæ maieſtatis,an poſsit teſtari.num.12.*

*Filij nati ante cõmiſſum crimen leſæ maieſt. an excludantur à bonis parentis. num.13.*

*Peccatum longe minus humanam quam diuinam maieſtatem offendere.nu,14.*

*Condemnatus propter delictum leſæ maieſt.de bonis non confiſcatis teſtari poteſt.num.14.&.15.*

*Sodomita an poſsit teſtari & quando. num.16.&.17.*

*Condemnatus ob delictum quod mereretur bonorum confiſcationem ipſo iure neque ad pias cauſas teſtatur.nu.18.*

## gloſsa.7.l.4.

S*Aluo de los que por el tal delicto fuerẽ* 1
*confiſcados*. ergo condemnatus ad mortem ciuilem vel naturalem propter delictum,quod ipſo iure inducit bonorum confiſcationem poterit libere teſtari de bonis non confiſcatis, neque ſola confiſcatio ipſum rediret inteſtabilẽ cuius contrarium ſecure cõprobauit Anaſthaſius Mediolanen.conſil. 65.nu. 24. in fin.lib.1. inter conſil. Barbatij dicens quod vbi bona propter delictum ipſo iure confiſcantur,condemnatus non habebit teſtamenti factionem, exiſtimans confiſcationem quem efficere inteſtabilem.Id confirmans ex doctrina Bald.in auth. inceſtas nuptias ad fin. C. de inceſtis nuptijs quam referunt & ſequuntur Alexan.ad Bart.in.l.ſi queramus in additione fin.ad fin.ff.de teſtamen.Benedictus.in.c.Rainuntius.verb.*Mortuoitaque teſtatore*.1.nu.134.de teſtamen.& quod magis eſt neminem referendo & inmemor verborum noſtræ.l.idem ſentit Palatius.hic.num. 17. dicens confiſcationem propter delictum ipſo iure factam tollere factionem teſtamenti. ¶ Sed Pala- 2
tius lapſus fuit, & Anaſthaſij ſententia, impugnatur ex ipſa lege, quæ dum ex bonis confiſcatis negat factionem teſtamenti,eam condemnato concedit extra bona confiſcata,per quam ita tenuit Caſtellus relatus, & ſequutus à Matienço, in.l.3.tit.4.lib.5.nouæ Recopil.gloſ. 7. num.5.imo & ante ipſam.l.longe verius & receptius erat,quem non effici inteſtabilem ex ſola confiſcatione ſed de bonis non confiſcatis poſſe ad libitum teſtari, vt aduertit Cinus in.d.authent. inceſtas nuptias.num.2.& reſoluit diligens Tellus. hic. num.39.&.40. cum ſubſtantia teſtamenti non conſiſtat in exiſtentia bonorum ſed in potentia teſtandi, vt quia poſsit condemnatus,quorum bona confiſcantur plurima aliquando habere ex. l.his qui ſoluendo.ff.de hæred.inſtit. & pro-



probat Gomez.hic.nu.4. & Matienço. d.gloſ.7.ex principio. & ad doctrinam Baldi in qua fundatur Anaſthaſius clariſsime reſpon.non probare eam ſententiam imo penitus contrariam,dicit enim ibi.Baldus,quod de bonis confiſcatis ipſo iure non poteſt teſtari,& ita non probat confiſcationem impedire factionem teſtamenti,ſed quod ex parte bonorum confiſcatorum condemnatus non poſsit teſtari,quod in ſubſtantia conſtituit.l.noſtra.& ita Bal.intelligit Tel.h.nu.39. & 40.&finaliter deducitur condẽnatũ propter delictũ quod inducat confiſcationẽ poſſe libere teſtaride bonis nõ confiſcatis,neq; ſolã cõfiſcationẽ, ipſũ efficere inteſtabilẽ,ex quo plurima cõducibilia ad intellectũ noſtræ.l.neceſſariadeducũtur.

Primum quod in omnibus caſsibus in
3 quibus propter delictum bona ipſo iure confiſcantur,quos referunt Caſaneus in conſuet.Burg.rubric.de confiſcatio.§. 1. rubri.2.num.20.Anton Gomez.3. tom. c.14.nu.3.&.5.Couar.in.4.2.part. c.6. §.8.nu.6.Dueñas, qui remiſsiue refert. 250.caſus confiſcationis ipſo iure in regul.150.in fine. poterit cõdemnatus ad mortem libere facere teſtamẽtum de bonis non confiſcatis neque ſola confiſcatio efficeret eum inteſtabilem.

Secundo deducitur quod etiam confiſcatis omnibus bonis condemnati ipſo
4 iure propter delictum, poterit condemnatus teſtari de futuris quæ non venirẽt in ea confiſcatione cum eodem inſtanti delicti ſe delinquens pænæ ſubijciat. ex l.imperatores.ff.de iure fiſci.& in tacita obligatione à lege inducta nunquam in pænalibus veniant futura.per tex. in.l. ſi mandauero.22.§.is cuius.ff.mãdati. ibi. *Quicquid poſtea acquiritur non ſequitur fiſcum*.Et bene reſoluunt Angel.& Alexã.in.l.ſiquis iniquum.§.illud quoq;.ff, q; quiſque iuris. Bar.in.l.ſi ita.ff.de auro & argento legato.Salicetus.in.l.ſi deportati.C.de bon.proſcript.& ex noſtratibus tenent Simancas de catholicis inſtit.c.9.n.113. Ant. Gomez.h.n.4.Tel. n.48.&.51.&melius Gomez.3.to.c.14. n.1.Pine.in rub.C.de bonis mater.1.pa. n.3..Mieres demaior.1.par.q.1.nu.105.

Tertio,quod etiam condemnatus po
terit teſtari de bonis conditionaliter ad 5
ipſum expectãtibus,& eius hæres in eis ſuccedere,ex gl.reputata vnica in. l. nã ad ea.ff.de cõdi.& demõſt. quæ probat cõditionalia nõ venire in cõfiſcationem quam præter omnes. ibi. dixit ſingularẽ Bal.in.l.etiam.C.ad.l.falcidiam.Sed hoc erit intelligendum,indebitis ex vltimavoluntate,ſecus ex contractu prouenientibus,quæ cũ licet ſint conditionalia tranſmittantur ad hæredes.§.ex conditionali. inſti.deverborũ.merito confiſcarẽtur,& in fiſcũ hæredem tranſirent, ita intellegerunt Alexan. ad Bart.in. d. l. nam ad ca Rom.ſingul.168. Caſaneus in conſuet. Burgun.rub.2.§.2.col.1. nu.24. dicit cõmunẽ Alciat.conſ.522.nu.6.& referẽdo Imol.Gomez.h.nu.4.ad fin.&melius.in d.c.14.nu.2.Pinel.in d.1.p.Rub.num.3. Iulius Clarus in pract.crimi.§.fin.quæſ. 78.verſ.nunc videamus.

Quarto,ex ea reſolut. deducitur verã 6
eſſe ſententiam dicentiũ libere poſſe condemnatũ nolle acquirere hæreditatẽ ſibi delatã poſt delictũ etiam in preiuditium fiſci quam probauerunt Alueric. in trac. ſtatuto.2.p.q.24.& magis in ſpecie Bal. in auth.quod locũ,verſ.modo quero.C. ſi ſecũdo nupſerit.mul.& bene reſoluit Tell.h.nu.62.cũ alijs poſt Alciatũ. in.l. poſt contrac.nu.25.de donatio.ff.&melius quã alibi probatur ex aductis à Mieres.4.p.q.23.nu.45.cum alijs, cũ enim bona futura nõ venirent in cõfiſcationẽ, libere cõdẽnatus hæreditatẽ ſibi delatã etiã in preiuditiũ fiſci poterit repudiare.

Quinto, & neceſſario examinandũ ſe 7
offert quid ſit in hæretico condẽnato an de bonis non confiſcatis vel poſtea quæſitis valeat teſtari, & vt ab origine conſtet, vera eius dubitationis reſolutio prænotãdum eſt,quod de iure ciuili hæreticus non poterat facere teſtamentum niſi catholicos filios inſtituere vellet in-

 ter

ter quoſteſtamẽti factionẽ habebat.auth.
vt cum de appel.cognoſ.§.ſi quisde præ
dictis verſ.generalem autem prouidentiã
ibi.*Non liceat eis alios hæredes, ſibi inſti
tuere niſi liberos orthodoxos & eccleſiæ
catholicæ communicantes*.quem tex.tranſ
ſumptabit.l.4.tit.26.par.7. ibi. *Que no
puede fazer teſtamento fueras ende ſi qui-
ſiere dexar ſus bienes a ſus hijos catholicos*
de iure vero.canonico cui in hoc ſtandũ
eſt.c.inquiſitionis.§.prohibemus, de hæ-
reticis.in.6.neque facere teſtamentũ,ne-
que capere ex teſtamento aliquid pote-
rat.c.ex communicamus.§.credentes.de
hæreticis, quem tex.etiam tranſſumpta-
uit.de iure ciuili Fredericus imperator.
in auth.credentes.C.de hæreticis,cũ hæ-
reticus nudetur totius eccleſiaſtici & ſe-
cularis ordinis prerrogatiua.c.ad abolẽ
dam.verſi.præſenti.de hæreticis.quã iu-
ſtiſsima ratione id probauerunt Tellus
hic.nu.34. per totum.Palatius.num.17.
Gregorius in.l.7.titu.7.par.6.verb. *Ca-
tholicos*. Caſtro de hæreticorum punitio
ne.c.10.& latiſsime Ioa.de Rojas. in ſin
gul.in fauorem fidei ſingul.186. teſtamẽ
ta.& Villalo.in Antino.lit.A.nu.15. &
hac noſtra.l.probatur,dum ex bonis cõ
fiſcatis negat condemnato factionem te-
ſtamenti,neque in hæretico condemna-
to indiget altiori probatione. ¶ Imo nõ
8 ſolùm teſtari nequirent, ſed in odium cõ
miſsi criminis, filij omnino priuarentur
legitima ſucceſsione,& bona fiſcus ven
dicabit,reiecta benignitate authẽticæ bo
na damnatorum.C.de bonisproſcrip.&
ſimilium conſtitutionum,quæ legitimam
filijs hæritici,vt debitam iure naturæ ſer
uabant.nempe.l. Manicheos. &.l. qui-
cunque.C.de hæreticis, quæ iura per ius
canonicum hodie,vt dictum eſt mutãtur
& ex crimine hæreſis patris omnia bona
etiam filijs orthodoxis ſuperſtitibus ipſo
iure confiſcantur.c. vergentes de hæreti-
cis.c.cum ſecundum eod.tit.in.6.gloſſa
in ſumma.23.q.7. Ripa. in.l.1.num.79.
ſoluto matrimo.Corraſius.in.l. qui libe-
ros.nu.62. de ritu nuptiarum. Greg.in.l.
2.tit.26.p.6.verſ. *De ſus hijos*, Simancas
de catholicis inſtitutionibns. c. 9. nu.1.
&.c.29.nu.8. Iulius Clarus.in. §. hære-
ſis.num.14. ¶ Quod in alimentis aut
dotibus veriſsimum credimus, niſi de
benignitate ne filij catholici fame peri-
rent, ſaltim quo ad ea quæ ſunt ad vitæ
conſeruationem neceſſaria quia de ne-
ceſsitate,fiſcus ad ea non teneretur vt re
ſoluit Palatius Rubeus,in.l.77.Tauri in
fine & in repetion.cap.per vras.§.23.nu.
15.&.16.quem referens ſequitur Grego
rius.in.d.l.7.tit.7.pa.6.verb.*Catholicos*.
Ioa.Corraſ.in.l. filium quem habentem.
nu.188.C.fam.erciſ.Picus.in.l.poſt con
tractum.nu.29.ff.de donat.& poſt alios
plures.Ioan.de Rojas.in ſingul. in fauo.
fidei.ſingul.48.damnatorum. Et repro-
bando communem ſcribẽtium ſententiã
dicentium matrem hæreticam filiam ca-
tholicam dotare teneri, reſoluit nouiſsi-
mè Lara in. l. ſi quis a liberis.§. ſi ma-
ter.nu.16. ¶ Imo quod hæc ſucceſsio
nis priuatio filios catholicos etiam natos 10
ante commiſſum hæreſis crimen iuſtiſsi-
me comprehenderet, plurimi notabiles
viri dixerunt eam opinionem veriorem
profitentes,vt conſtat ex Ioan. Andrea.
Dominico,& Frãco,in.c.vt cõmiſsi, de
hæreticis.in.6.Caſtro de poteſta.l. pæna
lis.c.7.& de iuſta hæreticorũ punitione
lib.2.c.fin.& plurimos referens reſoluit
elegantiſsime Couar.lib. 2. variarũ. c.8.
ex.num.5.Gregorius in.l.2.tit.2.par.7.
verb.*Todos ſus hijos*. Otalora de nobilit.
2.par.c.9.nu.8. Menchaca de ſucceſ. re
ſolu.lib.2.§.12.& idem poſt longam diſ-
putationem.reſoluit.Gomez. de delictis
c.2.nu.1.ver.item quero pro cõplemẽto
cum alijs. quam ſententiã in puncto
iuris amplector plurimis iuribus a Coua.
relatis iã.nu.5.eam confirmando quam-
uis contrariam tenuerint Calderinus cõ
ſil.3.ſub. titu. de hæreti. quem dubitans
de eius opinione refert Palat.in repetio-
ne.capit.per veſtras.d.§.23. numer. 17.
& quam



& quamuis referendo Simancas de
hæret.c.29.nu.4.ſequatur Calderinum.
Iulius Clarus.§. hæreſis.nu. 17. & quod
magis eſt quamuis diligenter probauerit
oppoſitum Molina.lib.4.c.11.num.55.
ex canone Concil.Tolet.atque alijs iu-
ribus comprobans Calderini opinionẽ
cuius ſententiam in ſpecie ſucceſsionis
maioratus libenter admitto.cum longe
difficilior ſit confiſcatio eius ſuceſsio-
nis quam alterius, vt quia non à delin-
quente ſed ab ipſa dignitate maioratus
perſona ficta,in poſteros deriuetur vt in
l.45.infr. latius erit dicendum, & quia
nato primognito delinquentis ſtatim ac
quiritur ius irreuocabile ſucceſsionis ita
firmum & incommutabile, quod ne-
que per principem auelli poſsit neque
in eo à maioratus poſſeſore preiudicari,
vt dicendum etiam erit in.l.40. Tauri,
qua ratione nimirum ſi filij catholici
ante delictum nati, quibus iam in com-
mutabiliter ius ſucceſsionis acquiſitum
erat,ex delicto patris cõmiſſo poſt acqui
ſitionem non preiudicẽtur neque à ſuc-
ceſsione à lege ſibi ipſis delata ex crimi-
ne hæreſis patris eorum exhæredentur.
11 ¶ Si tamen hæreticus qui actiua teſtamẽ
ti factione caret forſam hæres inſtituere-
tur,aut aliter hæreditas ipſi deferatur nõ
veniret in confiſcationem tam quod futu
ra bona non veniunt,vt ſupra diximus,
quam quod ſit in capax ſucceſsionis, &
teſtamenti factionis paſsiuæ vnde hære-
ditas coniuncto erit integre aplicanda
neque fiſcus ſicut indigni patrimonium,
eam vendicabit ex.l.ſi Titio & ei dele-
gat.2.l.1.C.de hæred.inſtituend.Notan-
dus tex.in.l.16.titu.7.part.6.& referen-
do plures exteros & noſtrates probat
Mieres de maiorat.1.part. quæſt.1.num.
94.per totum.quod in hæretico cõdem
nato ad mortem naturalem firmiter. te-
neo in ciuiliter damnato propter aliquã
hæreſis ſpeciem, cuius bona nõ in totum
obdelictum confiſcantur credens proce
dere legem noſtram vt de bonis non cõ
fiſcatis & futuris teſtari valeat.

In condemnato ad mortem ciuilem 12
vel naturalem ex crimine leſæ maieſta-
tis clariſsimum eſt ante noſtram l.neque
teſtari valuiſſe,neque capere ex teſtamẽ
to cum in quolibet condemnato ad mor
tem receptum eſſet,imo bona ipſius ſta-
tim commiſſo delicto confiſcabantur nõ
habita conſideratione ad benignitatem
authenticæ bona damnatorum,vt ex. l.
quiſquis per totam.C.ad.l.Iulian.maieſt.
l.2.&.4.titu.2.part.7. clariſsimẽ proba-
tur & reſoluunt ſcribentes paſsim vt con
ſtat ex Igneo,in.l.fin.num.7.ff. ad Sila-
nianum,Socinus conſil.275. lib. 2. Di-
nus in regula ſine culpa.num. 6. de re-
gul. iuris in. 6. Boerius deciſsion. 277.
num.12.Duẽnas regula.245.limit.1.An
ton.Gomez.3.tomo variarum.c.2.nu.6.
&.7.Couar.lib.2.variarum.c.8.nu.2.&
iterum probatur in. l. 6.9.11.16.titu.13.
par.2. ¶ Quod multi extenderunt ad 13
filios antea natos quam pater delictum
commiſsiſſet,ex gloſ. in.c. ſi quis.§. filij
vero.6.quæſt.1. quam ſequitur Boerius.
deciſ.7.nu.6.Gigas de penſio.q.5.nn.2.
dicens eam communem.& Gregor.in.l.
2.tit.2.par.7.verſ.*Sus hijos* Anto. Gom.
3.tom.c.2.nu.16.per totum,vbi de iuris
rigore hanc dicunt veriorem opinionem
ſed in hoc de crimine leſæ maieſtatis hu-
manæ,fære omnes qui in crimine leſæ ma
ieſtatis diuinæ hanc opinionem veriorem
crediderunt, eam conſtanter impugnaue
runt iuribus & rationibus euidentiſsimis
coacti. vt tenuit gloſ. in. l. diuo Marco.
C.de quæſtionibus.reſoluunt Couar. d.
c.8.nu. 5. dicens eam æquitate plenam
atque iuri ſatis conſonam. Ioãnnes Oro-
zius.in.l.adoptiuum.ff. de in ius vocan-
do.nu.3.4.&.5.&in.l.emancipatum.ff.
de ſenatoribus & latius Mieres de maio
ratu.2. part. quæſt.4. illation. 2.num.7.
& bene Molina.lib.4.cap.11.nume.55.
per totum, quorum opinionẽ ſequor cũ
longe ſit iuſtior priuatio ſucceſsionis ex
crimine hæreſis facta, quam quæ fieret
ex de-

14 ex delicto,leſæ maieſt.humanæ. ¶Sed ſtante noſtra.l.dubium eſt an teſtari valleat condemnatus, ob comiſſum crimen leſæ maieſt.de bonis non confiſcatis aut poſt delictum acquiſitis, & cum condemnato ad mortem ciuilem, vel naturalem, generaliter conceſſerit. l. teſtamenti factionem, abſque diſtinctione delicti, ſitque longe minus humanam quam diuinam maieſtatem offendere, authentica Gazaros.C.de hæreticis.capit.vergentes eodem.titul.in.6.& probant Couar. lib.2.capit.8.num.5. Gregorius in.l.2. titul.2.par.7.gloſſa.verb.*Dote de ſu muger*. neque in hoc iura canonica aliquid expreſſe conſtituant, ſecure teneo de bonis, propter delictum non confiſcatis aut poſt crimen poſſe condemnatum ad mortem ciuilem vel naturalem libere facere teſtamentum ex rationibus addu-
15 ctis in principio huius gloſæ. ¶ Neque obſtabit quod, Mieres, in tracta.maioratus.1.par.quæſt.1. num.100. cum alijs, & in ſpecie.num.103.ad fin.authoritate Bartholom. Socini, conſil. 22. num. 7. lib.1.reſoluit comittentem crimen leſæ maieſt.humanæ, ipſo iure incapacem effici, acquirendæ hæreditatis, bonaque ſua confiſcari, quia præter quam Socin. ante.l.noſtram loquitur, & Mieres in ſola authoritate ipſius fundatur, ambo non probant carere condemnatum factione teſtamenti, omnisque dubitatio hodie ſe mouetur ex verbis. *Saluo delos que por el tal delicto fueren confiſcados*. quæ cum generalia non ſint ex confiſcatis teſtamenti factionem condemnato concedunt ex quolibet genere delicti.

16 In condemnato ad mortem ob delictum nephandum Sodomiæ videamus an habeat teſtamenti factionem & de iure communi clariſsimum eſt, teſtari non potuiſſe, ex generali regula, quæ quemlibet condemnatum comprehendit, & in ſpecie Sodomiæ ſtatim comiſſo delicto ante condemnationem procedebat, & ipſo iure bona confiſcabantur non habita conſideratione ad benignitatem authenticæ bona damnatorum, & conſequenter inteſtabilis omnino Sodomita erat, ita reſoluunt Benedictus in.c.Rainũtius, verb.mortuo itaque.1.num. 134.referendo Bald.Alexand & alios & Caſane.in conſuet.Burgund.rubric.7.§.3. gloſ. *A faire*, per totam, referendo Iacob. de Bellouiſo, & Anaſthaſ. Plat. Mediolanen.qui iuſtiſsime ante noſtram l. negauerunt Sodomitæ teſtamenti factionem, eandem negauit Bellonus conſil.59. & quod magis eſt noſter Couarrub.in Clemen. ſi furioſus.2.par.relection.§.2.num.6.prope fin.referẽdo ipſum Anaſthaſ. & alios & idem tenet Gregor.in.l.16.titul.1.par.6.gloſ.3. referens etiam Anaſthaſium & Detium. in memores ambo noſtræ conſtitutionis. ¶ Quos intelligerem vt nequeat 17
Sodomita de bonis ob delictum confiſcatis teſtari non tamen vt omnino teſtamenti factione careat ſed quod de bonis poſt delictum acquiſitis quæ non veniunt in confiſcationem, vel aliter non confiſcatis teſtamentum facere poſsit, ac ſi condemnatus non fuiſſet ex verbis noſtræ.l.ibi.*Saluo de los que por el tal delicto fueren confiſcados*, quæ in omnibus caſsibus, in quibus ipſo iure bona confiſcantur, de non confiſcatis concedit, condemnato factionem teſtamenti vt ſupra probauimus & hoc eſt quod poſt longam diſputationem reſoluit Tellus hic.num.35.vſque ad.43. ex quo num. 43. clarius deducitur hæc reſolutio, & idem in effectu tenet Mieres de maioratu.1.par.quæſt. 1. ex num.104.verſi. ex prædictis.vſque ad num.111.vbi nume. 109. in prin.refert Couarrub. & Gregor. qui ſic ſunt intelligendi cum alijs ſupra relatis. ¶ Et in caſsibus ſupra di 18
ctis, de bonis iam confiſcatis, neque ad pias cauſas teſtabitur, ex eo quod cum ob confiſcationem bona fiſci efficerentur, nimirum ſi condemnatus neque ad piam cauſam teſtetur, vt poſt Bart.in.l.1.
nu.26



num. 26. C. de ſacro ſanctis eccleſijs reſoluit Tellus hic.num.18.ad medium. Rubeus referens Bald.num.24. Couarr. dicens communem.poſt Abbat in rubr. de teſtament.3.par.num.27.ad fin.

*SVMMARIVM.*

*Condemnatus ad mortem quando de bonis confiſcandis teſtetur per totam gloſſam.*

*Fiſcus an habeat hypotecam in bonis delinquentis.num.2.*

## gloſ.fin.l.4.

1 O *Se huuieren de confiſcar*.dupliciter hæc verba intelligi poſſunt vno modo vt condemnatus ex parte quæ veniret, confiſcanda teſtari non poſsit poſt confiſcationem & ſecundum hunc intellectum ſuperflua viderẽtur verba noſtræ. l.cum ſi ex confiſcatione bona fiſci efficiantur clariſsimum ſit non poſſe condemnatum in eius preiuditium de bonis confiſcatis & fiſci iam effectis libere teſtari, ſicut quando bona ipſo iure confiſcarentur probant. ca. cum ſecundum, de hæreticis in.6 l.final.C.ad. l. Iuliam. Mageſt.Bar.&Alciat.in.l.poſt contractum.ff.de donatio.Detius conſil.235. ¶Secundo & proprio modo poſſunt
2 accipi quando condemnatus, ante confiſcationem de bonis confiſcandis teſtatur, aut diſponit, vt quia pendente lite fecit teſtamentum, & tunc cum ante ſententiam dominium non amittat, neque adminiſtrationem, vt aduertit Palatius hic.num.20.neque ſciri poſsit quæ pars confiſcanda veniat iniuſtum nimis foret ex in certa & futura confiſcatione impediri factionem teſtamenti reſpectu totius condemnati. hæreditatis vnde proprie intelligendo verba noſtræ. l. dicendum eſt accipienda fore ab effectu, vt ſcilicet condemnato non negent factionem teſtamenti, ſed tantum reſpectu partis confiſcandæ illum reſcindant, ac ſi à principio illius partis condemnatus non teſtaretur, quod ex eo iuſtificatur quia cũ bona condemnati ſtatim comiſſo delicto quamuis non confiſcarentur ſaltim vitio affecta eſſent ſicut omnia litigioſa, imo & fiſco concedatur, hypoteca in bonis delinquentis Bald.Alexan. Iaſſo. & alij in.l.reſcriptum.ff.de pactis. Neguſan.de pignor.2.part.4. membro nu. 115.Couarr. lib.1.variarum.c.16.nu.8. merito pro ea parte, quæ ex futura condemnatione confiſcanda venit habetur diſpoſitio condemnati ac ſi teſtatus nunquã fuiſſet, & quaſi de bonis litigioſis & fere alienis diſpoſſuiſſet eodẽ etiã modo intelligẽda ſunt verba ſequẽ. *A otra perſona alguna*. vt ſcilicet diſpoſitio condemnati non preiudicet quantitati parti aplicanda.

# SEQVITVR interpretatio ad .l.5. Tauri.

*SVMMARIVM.*

*Nepos in poteſtate aui eſt & appellatione filiorum continetur.num.1.*

## gloſsa.1.l.5.

FL *hijo*.idem in nepote cum ſit in aui poteſtate.§.1.inſti. de patria poteſt. & hoc quia quãdo lex faciens mẽtionem de filijs principaliter reſpicit fauorem filiorum appellatione liberorum nepotes etiam continentur. vt probant Bar.in.l.liberorũ.ff.de verbo. ſigni. Anchar.col.1.de baptiſ.Angelus Aretinus. 1
in.§.

in.§.finali inſtituta qui teſtamento tutores dari poſſunt.

*SVMMARIVM.*

*Maſculinum in correctorijs non comprehendit fœmeninum.num.1.*
*Neptis quæ in poteſtate aui eſt poteſt. facere teſtamentum.num.2.*

## gloſsa.z.l.5.

O *hija.* quæ ſi à lege nō exprimeretur cum ſit correctoria non poſſet in-
1 telligi comprehenſa cum in correctorijs vulgare ſit maſculinum non comprehendere fœmininum, ex Detio in.l. fœminæ. ff.de regul.iuriſ.Corneus conſil.13.volum.2.& conſil.271.volum.4.& conſil. 222.vol.3.Alex.conſi.29.vol.3.& cōſi. 153.volum.7.Socin regul. 255.limit 9. & idem erit in nepote ex ratione gloſſæ præcedentis imo ſi nepos. aut neptis foret ex filio cum eſſent in aui poteſtate. §.fin.inſtituta de patria poteſt. atque patris & non matris familiam ſequerentur §.1.inſtituta de legitima agnat. tute. l. cum legitime.ff.de ſtatu hominum, etiam ante. l. hanc mortuo patre valerent teſtari.

*SVMMARIVM.*

*patria poteſtas ante.l. hanc erat impedimentum factionis teſtamenti.num.1.*
*Minor.25.annorum & maior.14. ſubgubernatione curatoris exiſtens libere teſtabatur.num.2.*

## gloſsa,3.l,5.

1 Q*Ve eſta en poder de ſu padre.* erat enim patria poteſtas impedimentum factionis teſtamenti ex rationibus adductis à Gome. hic.num.1.per totum quarum quilibet licet ſufficiens non ſit iuncte veram rationem efficiunt,& hinc ſecure confirmatur opinio dicentium ante hanc.l. poſſe maiorem. 14. annorum ſubgubernatione curatoris exiſtentem libere facere teſtamentum cum ea gubernatio non ſit patria poteſtas ſed quodam ius adminiſtrationis vt in ſpeciæ probant gloſ:in.l.Aurelius.§.Caius.Seius verb.intra legitimam.ff.de liberatione legata. notabilis ſecundum Paulum in.l.qua ætate.num. 3. de teſtament. & in.l.is cui.numer.3.ff.eod.Iaſſo.in.l. nemo ex lege.num.3.& in.l.ſi frater. num. 2. C.qui teſtament.facere poſſunt. Detius in.capit.in præſentia num.35. deprobatio. Boerius deciſsion. 23. numer.29. Segura in.l.ſi ex legati cauſa.nnmer. 12. ff.de verborum Tiraquellus. in.l.ſi vnquam verb. donatione largitus. numer. 204. de reuocan. donat. & in legibus conubial. l.15.gloſ.13.num. 66. de qua patria poteſtate Romanorum Gallorum atque cæterorum regnorum vide Matienço in.l.4.titul.4.lib. 3. nouæ Recopilation.gloſ.2.per totum.

SVMMARIVM.

*AEtas legitima ad teſtandum quæſit. num.1.*

## gloſsa,4,l,5,

S*Iendo de edad legitima.* maſculus ſcilicet quatuordecim, fœmina vero. 12. anaorum, quæ legitima ætas ad teſtandum reputatur.l.qua ætate cum vulgatis de ſtatu hominum.l.13.titul. 13.part. 6. vbi. Gregorius. verb. *El moço.* notanter aduertit, ſermper præſumi quod faciens teſtamentum legitimæ ætatis 1



erat quod ex eo videtur cōfirmari quia licet fundans ſe in ætate debeat eam probare. l. cum te minorem. C. de in integrum reſtitutione fundans ſe in negatiua ætatis debet etiam eam probare cum in facto conſiſtat vt ſatis vulgare eſt.

*SVMMARIVM.*

*Filius familias non poterat facere teſtamentum.num.1.&.2.*
*Filius familias poteſt codicillari ſicut teſtari.num.3.*

## gloſsa.5.l.5.

1 P*Veda hazer teſtamento.* hæc eſt principalis conſtitutio noſtræ.l.iuris communis omnino correctoria quo conſtitutum erat, filium exiſtentem in patris poteſtate non poſſe facere teſtamentum quamuis cum licentia ipſius patris teſtaretur.l. qui in poteſtate. ff. de teſtamentis.l.tam is qui.§.1. de donat.l. 3.§. 1. C. qui teſt.facere poteſt.§.1.Inſtitu.quibus non eſt permiſſum facere taſtamentum. Et iuris etiam partitarum nempe. l.13.
2 titul.1.par.6. ¶ Et ad id notabilis eſt: quod quamuis per emancipationem minima capitis diminutio contingat.§.3. inſtituta de capit. diminutione & per capitis diminutionem irritetur teſtamentum.§. alio. §. non tantum inſtituta quibus mod.teſtamen.infirmentur.etiam de iure partitarum vt in.d.l. partitæ nihilominus per hanc.l.teſtamentum, à filio in patris poteſtate conſtituto factum, ſecuta emancipatione non irritetur cum aliter ſuperflua & nullius effectus foret eius conſtitutio ita aduertit notabiliter Gregorius.in.l.18.titul.1.par.6.ver. mi-
3 nima capitis diminutio. ¶ Dum tamen.l.dicit: *Pueda hazer teſtamento.* nullam de codicillo faciens mentionem, videtur codicillandi facultatem non conceſsiſſe ſed ad factionem teſtamenti ſe tantum reſtrinxiſſe vrgentē autoritate Socin.conſil.13.præſens.num.31. lib.1. & alterius Socin.Iunior.conſil. 8.magna profecto.num.31. credentes facultatem teſtandi ad codicillos non extendi, quorum ſententia hodie non ſeruatur in filio familias, cui teſtari permititur tam ex eo quod de iure communi verior omnino ſententia erat.contra Socin. ex.l.1. §.in filijs quoque.ff.ad.Trebel. & ex latiſsime adductis, à Burgos de Paz.in.l.3. Tauri.4.par.colum.7.num. 133. quam quod ſi factio teſtandi conceditur à fortiori & codicillandi conceſſa intelligitur ex identitate & maioritate rationis & ita in ſpecie tenuerunt. Lupus hic. num.19.Tellus.num.1. vbi etiam id fatentur procedere in donatione cauſa mortis.

*SVMMARIVM.*

*Filius familias an poſsit teſtari preiudicando patri in vſufructu tertiæ partis. num.1.& per totam gloſ.*
*Clericus an poſsit teſtari de bonis quiſitis ante clericatum preiudicando patri in vſufrrctu eorum.num.2.*
*Filius religionem ingreſſus an valeat teſtari, in preiuditium vſusfructus patri quæſiti. num.3.*

## gloſ.fin.l.5.

C*omo ſi eſtuuiera fuera de ſu poder.* 1
hæreditario, tanquam hæres legitimus
& non iure peculij veluti dominus por-
tionis eius ad cuius deciſsionis veram ex
plicationem aduertendum eſt, quod de
iure antiquo omnia bona à filio quæſita
cuiuſcumque eſſent qualitatis,patri into
tum quærebantur, iuxta regul. l. placet.
ff.de acquirenda hæreditate aqua regu-
la generali nihil aliud excipiebatur niſi
quod quæri nullo modo poterat, vt ius
perſonale militiæ coherens filij perſonæ
l.3.§.ſi quid.ff. de minoribus, & decla-
rant Balduinus in Iuſtiniano pagin.131.
idem Cuiatius,& Othomanus in.§.1. in-
ſtituta per quas perſonas.¶Poſtea vero 2
iuſtiſsimis principum conſtitutionibus
priuillegium armatæ militiæ tributum
eſt & ſpetiali beneſitio filijs militibus cõ-
ceſſum,vt in caſtrenſi peculio vicem pa
trum familias obtinerent.l.1.§.neque ca
ſtrenſe,ibi,*Multis conſtitutionibus*. ff.de
collatione bonorum.l.4.§.1.ibi. *Princi-
pales conſtitutiones*.l.hæreditate.§. pater
ibi,*Iure conceſſo*.ff.de caſtrenſi pecul. l.
ſeruum filij in prin.ibi,iure ſuo.ff.eod.l.
2.ad Macedonia. ¶Ideo habebant in 4
eo peculio omnimodam diſpoſitionem.
l.2.l.3.C.de caſtrenſi pecul.l.6.&.7.ti-
tul.17.parti.4.etiam ab vtẽdo.l. ſed etſi
lege.§. conſuluit verſi. abuti. ff. de peti-
tione hæredita.l.in re mandata.C. man-
dati.l.nemo exterus. C. de Iudæis ita ꝙ
poterant donare.l.filius familias in fine.
ff.de donationibus & teſtari.l. fin. C.de
in offitioſo teſtamento.l.penultima & fi-
nali.C.qui teſtamenta facere poſſunt,&
in princip. inſtituta quibus non eſt per-
miſſ.facere teſtamen.& quod huiuſmo-
di peculia cum fratribus non conferebã
tur dict.l.1.§. neque caſtrenſe, &.§. ſi is
qui de collatione bonorum. l. fidei co-
miſſarius.23.§.1.verſi.cætera.ff.de fidei-
commiſſ. libertat. l. finali. C. de colla-
tioni. l. 5. titul. 15. partita. 6. imo in
eiſdem bonis quæ propria filij erant
ſecundum Vlpiani in dict.§. neque ca-
ſtren-

bluibe al fº 11.



inteſta. c.30.num.2.talis eſt. *Si filius mo-
riatur relicto tantum patre & aſcenden
tibus vel conſanguineis maternis pater
ſuccedit in bonis mobilibus filij auunculi
vero,vel conſanguinei materni,in immobi
libus bonis qui ſunt detrunco & radice.*
Cuius tenoris veritas, vt fideliter cognoſ
ceretur ad Sepuluedam miſsi, & ex fo-
ris quibus ea antiquiſsima villa vtitur iu
dicialiter deduci fæci ſequentem qui de
reddeundis bonis ad truncum agit.
*Otro ſi todo ome que uiere de heredar, a
ſi herede el mas cercano pariente herede,
yq̃ſea en derecho a ſi como la leymãda,eq̃
no ſea fecho en barragana, fuera ende ſi
fuere fecho fijo por concejo aplaziendo a
los parientes que auian de heredar el pa-
dre,o la madre onde viene el heredamien
to,y la rayz a la rayz ſe torne, onde vie-
ne el heredamiento,eſſos lo hereden co-
mo lo deuen heredar.* Qui quidem forus
ſatis obſcurus,anno. 1114. inſtitutus fuit
â Rege Alfonſo,& Regina d.Ines,ipſum
ſubſcribentibus.

Vermud. Vermudez.
Señor Diagaluarez.
Diago Gonçaluez.
Rodrigo Diaz.
Pero Morielez.
Ci,de Diaz.
Pero Fernandez.
Stephanus titulauit.
Reyna doña Ynes.

Gomez Gonçaluez.
Aluar Gonçaluez.
Fanfañez.
Gonçagonçaluez.
Diago Morieles.
Frucla Muñez.
Rodrigo Gonçaluez.
Don Alfonſo Rey.

10 ALIA vero fori ſpeties & contextu
ra eſt quam præſuponit. l. noſtra in
multis locis Hiſpaniæ vigere, ſcilicet.
*Bueluan los bienes al tronco,y la rayz a
la rayz.* Quæ crudelior eſt aſcedentibus
vt ex infra dicendis conſtabit.
¶Et vt clarius conſtet originaria ratio in 11
ductionis eius fori qui reddit bona ad
radicem,& decidendi noſtræ legis,præ
notandum eſt, quod de iure communi
inter ſcribentes controuerſum fuit an in
bonis quæ ad filium obuenerant ex par
te matris pater excluderet auum mater-
num, vel ad ipſum auum bona excluſo
patre redderẽt,& denique occaſione,tex.
in.l.quod ſcitis.3.§. ſin autem. C. de bo-
nis quæ liber.Bart.in authen.itaq;.C.cõ-
munia de ſucceſsionibus, tenuit ad auũ
maternum reddire,& patrem legitimum
hæredem excludi,quod iterum legendo
tenuit ipſe Bart.in.l.poſt.dotem in fin.ſo
luto matrimonio,& conſulendo repe-
tit in conſil.18.quem in hoc referunt &
ſequuntur Iaſſo.in dict.l. poſt mortem,
numer.108.Roma.conſilio.40. Boerius
deciſsione.185.Caſaneus in conſuetud.
Burgun rubri.7.§.6.n.7. Abbas conſil.
75.lib.1.Alexan.conſil.150.libr.2. An
to.Rubeus conſil.79.Benedictus in cap.
Raynuntius,verb.& vxorem.num.536.
Tiraquel.lib.1.retractuum.§.14.gloſ.2.
num.12.omnes eam ſeparationem bono
rum admittentes,& iuridice confirman-
tes ex ſimilibus caſsibus in quibus bono
rum ſeparatio admittitur relatis per Go
mez,hic,nume. 7. per totum. ¶E con- 12
uerſo etiam quam plurimu (ſummæ au-
ctoritatis viri) ſeparationem impugnaue-
runt, & patrem in omnibus filij decedẽ
tis abinteſtato bonis tanquam legiti-
mum hæredem admitti ſecure, tenent
tam ex eo quod in dicto.§. ſin autem
nullo modo probari credant excludi
patrem per auum, cum in eo textu ne-
pos non deceſſerit ſuperſtitibus patre,
& auo materno,ſed patre & auo pa-
terno, vt ex eius verbis conſtat. ibi. *Su
perſtitibus tam patre, quam auo paterno.*
Et poſt Cinum, Albericum & Salicetũ
ſic intelligit Couarru.in epithome de ſuc
ceſsio-

ceſsionibus.nu. 2. quam quod iura quæ
patrem admittebant ad filij ab inteſtato
decedentis bona generaliter procede-
bãt in omnibus cuiuſcumque eſſent qua
litatis,inducendo adhoc generalitatem.
tex.in authentica defuncto.C.ad Tertul.
& in authentica de hæredibus abinteſta-
to venient.§.ſi igitur defunctus, verſic.ſi
autem,quibus & alijs rationibus coacti
contrariam ſententiam tenuerunt anti-
quiores Petrus de Bellaperti.Cinus. Ful
goſius, Salicetus,& Corneus in dict. au-
thentica itaque.C.communia de ſucceſ-
ſionibus.Bald. in authenti. defuncto. C.
ad Tertul.Corneus conſi.265.lib.4.&
conſil.94.lib.1.& conſil.7.lib.3.Bolo-
gninus conſil.69.col.4.& iterum Bald.
conſi.31.lib.2.Aret.in.§.fina. inſtitu. de
ſeruili cognatione. Nouellus de dote.
12.part.quæſtione.14.& alibi paſsim.
17 ¶Et denique hæc fuit de iure communi
anceps dubitatio donec ſuperuenit. l. 4.
titul.13.parti.6.ibi *El padre y la madre
deuen heredar ygualmente todos los bie-
nes de ſu hijo.* Poſtquam fere omnes Hi-
ſpaniæ crediderunt ſublatam eſſe eam
bonorum ſeparationem atque ancipitẽ
dubitationem quod mihi nunquam pla-
cere potuit,quia lex partitæ in illis ver-
bis alia ratione lõge diſimili fuit inſtituta
nempe ad ſubmouẽdum iniuſtam deciſ-
ſionem iurium quæ patre ſuperſtite ma-
trem excludebant à filij hæreditate eos
æqualiter iuſtiſsime admittens, & ſic ad
caſſum quo matre defuncta, pater, & a-
uus maternus agerent de bonis filij non
extendebatur, quare, & quia omnes le-
ges partitarum, vſque ad tempora regis
Ferdinandi, quamuis promulgatæ fue-
runt non tamen integre ſeruauantur, vt
probatur in.l.1. Tauri,antiqua ſcriben-
14 tium controuerſia durauit. ¶Sed quia
ex.l.10.titulo.6.lib.3.fori qua prima o-
pinio admittẽs bonorum ſeparationem
probatur,ibi.*El abuelo que fue del padre
herede lo que fue del padre. Y el abuelo
que fue de la madre herede lo que fue de
la madre.* Multi eam partem ſecure tenue
runt alij vero legem fori, niſi quatenus
conſuetudo legitima probaretur nõ ſer
uari dicebant,& ita in multis locis Hiſ-
paniæ tanquam forus municipalis ea lex
fori obſeruabatur indeque plurimi fori
particulares orti fuerũt, & inter eos præ
dictus forus de Sepulueda, & Molina.
Circa quorum obſeruantiam paſsim li-
tes naſcebantur conditores noſtræ legis,
ſcientes quod quilibet forus indigebat
communi populi obſeruantia iuſtiſsimæ
conſtituerunt, quod in locis vbi ſimilis
forus obſeruaretur pater non eſſet legiti
mus hæres filio decedenti abinteſtato,
ſed quod ſecundum forum loci bona
redderent ad truncum, & ſeparatio bo
norum admitteretur.Et hæc fuit origina
ria ratio decidendi noſtræ.l & inductio
nis ſimilis fori.
¶Quo ſic vtiliter, & nouiter conſidera 15
to. ſumme neceſſarium erit ab origine e-
xaminare, quæ bona filij reddeant ad
truncum,vt in eis verificetur forus a no-
ſtra. l.relatus,an ea tantum quæ a trunco
obuenerũt,vt a ſuperioribus aſcendenti
bus,vel etiam quæ a patre fuerunt quæ-
ſita,& poſt eius mortem ad filium pro-
fecta,aut omnia quæ filius aliunde quæ
ſiuit:& videtur dicendum, quod ea tan-
tum bona quæ ab aſcendentibus fuerũt
profecta comprehendantur ſub ſimili fo
ro ex proprietate verborum. *Boluer al
tronco.* Quæ præſuponũt a trunco obue
niſſe,vnde reddeunt. ex.l.cum pater.§.
rogo de legat.2.l.1.§.eleganter.ff.de po
ſiti.gloſ.in c.contra Chriſtianos de hære
ticis in.6.& declarat Abbas in c.cura pa
ſtoralis in fine de iure patronatus. ¶Si- 16
cut bona de patrimonio, & abolengo
quæ debẽt obuenire aparente qui foret
eius agnationis truncus communis. Ita
quod bona a venditore,quæſita non di-
cerentur de patrimonio eiusad effectum
vt filius haberet ius retractus.tex. eſt no
tandus in c.1.§. in vero de ſucceſsione
fratrum, ibi. *Si fæudum fuit paternum,
hoc*



*Hoc eſt ſi fuit illius parentis, qui eius
fuit agnationis communis.* Et notanter
reſoluunt Detius, conſilio. 88.&. 471.
Iuridicam. numero.10.&.222.viſo pun-
cto diligenter. numer. 4. Benedictus in
capit.Rainuntius,verbo. & vxorem no-
mine adelaſiam.numero.636.& ex no-
ſtratibus Montal.in.l.13.titulo. 10.libr.
3.fori. verbo. *De patrimonio.* & melius
omnibus Burgos de Paz, conſilio. 30.
per totum. Et ita hanc ſententiam in
ſpecie noſtri fori videtur tenuiſſe (licet
ſub dubio) Gregori.in.l.1. titulo.6.par
tita.4.gloſſa final. Caſtellus.hic verbo.
fuero. Mieres in tractatu maiorat. 1.
parte. quæſtione.40. numero. 15. dum
dicit legem hanc intelligi debere de trun
co maiorum, & non arborum, allegans
ad id Paul. Detium. Alexand. & alios,
qui nihil de radice & trunco dixerunt.

Quibus tamen non obſtãtibus, ſe-
17 curius credderem, omnia bona filij
decedentis abinteſtato: non ſolum
quæ ad ipſum a maioribus obuenerunt,
ſed quæ a patre empta: ad eum fuerunt
profecta, reddire, mortuo ad radi-
cem, & in eis verificari forus a no-
ſtra.l.relatus quod apertiſsime proba-
tur ex tex.in.d.l.10.titulo. 6. lib.3. fori.
ibi. *Herede lo que fuere del padre.* & ibi.
*Herede lo que fuere de la madre.* conſtat
etiam ex omnibus iuris communis pro-
feſſoribus: qui per tex. in.d.§. ſin autem
tenuerũt redire ad auum maternum: quæ
matris erant, ex quibus debemus le-
gem hanc intelligere, cum ad eius legis
fori,& dubitationis iuris communis de
clarationem obuenerit. ex doctrina
Imol. in. l. 2. §.fin.num. 9. ff. de dona-
tionibus & in clement. 1. numero. 2. de
18 iure patronatus. ¶Imo & proprie in
telligendo forum de Sepulueda idem
confirmat dum ſecundũ lecturam Ioan.
Rojas dicit. *Abunculi vero vel conſan-
guinei materni in immobilibus filij, qui
ſunt de trunco & radice.* quæ verba idẽ
ſignificant ac ſi dicerent quæ ſunt de
trunco & radice ipſius filij, & conſe-
quenter quæ fuerunt patris, qui trun-
cus & radix filij eſt, ſequendo in
hoc. l. fori a qua ſumpſit originem,
& quod magis eſt non violenter,idem
a lege noſtra deducitur dum dicit.
*Boluer los bienes al tronco y la rayz a la
rayz.* ſic eam interpretando. *Boluer
los bienes.* ſcilicet quæ aui vel pa-
tris fuerunt, *Al tronco.* ſcilicet
ad proximiorem aſcendentem filij,
qui truncus & radix eius eſt, idem-
que deducitur ex ſecunda lectura fo-
ri de Sepulueda dum dicit. *Y la rayz
a la rayz ſe torne.* intelligendo ſic ea
verba. *Y la rayz.* id eſt bona immo-
bilia. *A la rayz ſe torne.* id eſt ad trun-
cum filij decedentis abinteſtato, qui
pater eſt.& ita in ſimili ſtatuto Nea-
politano, intelligit Afflictus in con-
ſtitut. Neapolitan. libr. 2. rubrica. 24.
de ſucceſsione nobil.numero. 25. di-
cens quod in bonis paternis, ſucce-
dunt aſcendentes vel proximiores ex
parte patris & in bonis maternis ſimi-
liter aſcendẽtes vel proximiores ex par-
te matris, & in ſpecie probat hanc
ſententiam Ioan. Rojas de ſucceſsion.
abinteſtat.capit.30.numero.10.&.11. &
ex numero.5. ¶Qua interpretatione 19
retenta: non obſtant fundamenta in
contrarium adducta,&.1.tex.in. d. c.1.
§.is vero, quia non principaliter deci-
ditur ibi. quæ fæuda reddeant ad pa-
trimonium ſed quæ ſint de patrimo-
nio. Sicut in legibus retractus vbi non
agitur de bonis quæ debent reddi-
re ad abolengum, ſed de hijs quæ
ſunt de patrimonio & abolengo vendi-
toris, vnde nimirum ſi neque fæudum
paternũ dicatur a patre quæſitũ neque
bona de abolẽgo a venditore empta.nos

vero non principaliter agimus de bo-
nis quæ ſunt de trunco & radice, ſed
de hijs quæ debent reddire ad trun-
cum, & radicem accipiendo verbum.
*Boluer*.. non vt ſignificet ſtricte quod
bona reddeant, vnde obuenerunt
cum non ſit neceſſarium obuenire vt
reddeant ſed quod vel contineat dan-
di ſignificationem, vel proprius vt
ſignificet, *Boluer*. ſcilicet ſeorſum
a linea deſcendentium ad lineam aſ-
cendentium, quæ radix deſcendentiæ
nuncupatur & truncus lineæ eſt ex
notandis. l. 1. 2. &. 3. titulo.6.partita
4. quæ lineam aſcendentium fecerunt
radicem & truncum deſcendentium. Vt
ſic verba fori de Sepulueda, & le-
gis noſtræ ſignificent quod bona fi-
lij decedentis abinteſtato, etiam quæ
a patre empta ad ipſum peruenerunt,
ad truncum ipſius filij, id eſt ad aſ-
cendentes proximiores reddeant, &
hanc exiſtimo veram eius fori inter-
pretationem cum Ioan. de Rojas ſupra.

20 Imo diligenter penſitando men-
tem legis ſi forſam forus diceret.
*Bueluan los bienes al tronco, y la rayz
a la rayz*. vt lex noſtra præſuppo-
nit, crederem comprehendere bona
quæ fuerunt ſolius filij empta ſeu a-
liunde ab eo quæſita vt in eis pater
non ſuccedat ſed integre reddeant
ad radicem intelligendo verba legis
huiuſmodi, *Bueluan*, non quod red-
deant vnde obuenerunt, neque quod
cauſa principalis reddeundi ad trun-
cum: ſit obueniſſe a trunco, cum
ſi ea foret præcipua non reddirent ad
radicem bona quæ a patre quæſita
eſſent, contra omnia ſupradicta, &
quia ſi verba. *Bueluan*, intelligeren-
tur vnde obuenerunt ſequeretur ne-
ceſſario proximiores aſcendentes ex-
cludi a remotioribus, a quibus bona
fuerunt profecta: abſurdum equidem
magnum, quare neceſſario ſunt ac-
cipienda verba. *Boluer*, non quod
bona debeant reddire vnde obuene-
runt neque quod a patre vel auo, aut
ſuperioribus aſcendentibus obueniſſe
forus reſpexerit, ſed quod a linea
deſcendentium cuius principium erat
pater, & per quam bona erant de-
riuanda ſi relictis filijs decederet, ad
truncum & lineas aſcendentium ordi-
ne turbato reddirent ſeorſum diligens
forus proximiores aſcendentes, ita
quod verbum. *Boluer*, ad differen-
tiam eundi per lineam deſcenden-
tium poſsitum ſit, & ibi. *Los bienes*.
intelligantur ſcilicet filij decedentis
abinteſtato de cuius ſucceſsione age-
batur. Et ibi. *Al tronco*. ſcilicet, ad
lineam aſcendentium ipſius filij quæ
truncus & radix eius eſt. ex. d. l. 1. 2.
&. 3. titulo.6.partita.4. id eſt ad pro-
ximiores aſcendentes ex linea. *Y la
rayz*. id eſt bona immobilia de quo-
rùm ſucceſsione ſimiles fori agunt
cum immobilibus bonis pater ſucce-
dat. *A la rayz*. id eſt, ad iam dictam
lineam aſcendentium, vt ſic nouiter
interpretatis verbis legis in foro quem
lex præſupponit reddire bona ad ra-
dicem omnia filij vndecumque quæ-
ſita comprehendant, quaſi lex expre-
ſſe conſtitueret quod vbi ex foro re-
ceptum eſſet, bona filij decedentis
abinteſtato excluſo patre reddire ad
aſcendentes maternos vel econuerſo
matre excluſa ad paternos conſangui-
neos ſeruetur ea conſuetudo. ¶ Qui 21
quidem forus ſic intellectus quamuis,
nimis crudelis videatur, & iniquum
ſimilem dicerent, vt quia parentes a legi
tima excluderet Petrus & Cinus, in. l. nõ
ſine. C. de bonis quæliber. Corneus con
ſi.199.col.2.vol.3.Alex.cõſi.80.viſo &
oportune libr. 1. & magis in ſpecie ſi-
milis



milis ſtatuti reddens bona ad truncũ ma
ternum ſeu paternum Baldus conſilio.
83. præmitendum. libro. 5. Caſaneus
in conſuetudin. Burgund. rubrica. 7.
§.6. gloſſa. verbo. *Ne ſuccede poin*. nu.
22 1. 2. &. 3. ¶ Non tamen eſt cur ſi à
lege confirmatur de eius iuſtitia aut in
iuſtitia dubitetur, ſed omnino ſeruan-
dus ſit, neque tan exorbitans eſt quod
Albericus de Roſatis in tractatu ſtatu-
torum.1.parte.quæſtione. 40.&.2.part.
quæſtione. 110. non dixerit valere ſta-
tutum quod pater & mater excludan-
tur a ſucceſsione filij, quem refert Ca-
ſaneus in conſuetudinibus Burgund. d.
rubrica.7.§.6.verbo.ne ſuccede.numer.
3. Imo & ſtatuto Senenſi cauetur quod
mater excludatur a ſucceſsione filij &
bona reddeant ad truncum paternum,
vt refert Iaſſon in. l. ſi quando. §. final.
in fin. C. de inofficio. teſtament. Abbas,
conſilio. 75. volumi. 1. Caſaneus in. d.
§. 6. numero. 8. ¶ Et in ciuitate Flo-
23 rentina vſitatur etiam matrem excludi a
ſucceſsione filiorum ſtantibus agnatis
vſque ad tertium gradum vt refert Bart.
in. l. 2. §. videndum. ad Tertulian. vbi
late additio Alexandri. & de validi-
tate ſimilis ſtatuti ſeu conſuetudinis ex-
cludentis patrem ſeu matrem & redeun
tis bona ad conſanguineos ſeu radi-
cem ſcripſit Caſaneus, in. d. rubrica.7.
§.6.ex principio & per totum. Benedi-
ctus, in capit. Rainuntius verb. & vxo-
rem nomine.num.8.

24 Eſt tamen ſimilis forus, tanquam odio
ſus omnino reſtringendus ad locum &
caſum tantum, in quo loquitur. ex Bald.
in. c. 1. in prin. numero. 6. de ſucceſsione
fæudi, Iaſſon poſt Paul. in. l. ſi is qui hæ-
res de vulgari & magis in ſpecie Caſa-
neus. d. §. 6. gl. 3. verbo. *Nemo poin*. Ro-
jas de ſucceſ. abinteſta. c.30. numero.7.
25 &.8. ¶ Ex quo primo deducitur non
extendi ad bona ſita vltra locum in quo
vſitatur, vt in ſimili ſtatuto ſeu conſuetu-
dine excludenti aſcendentes a ſuceſsio-
ne deſcendentium, Probant Paul. conſil.
52. circa primum quæſitum libr. 2. nu. 7.
Detius. conſilio. 314. numero. 7. Anton.
Rube. conſilio. 136. viſo ſtatuto, & in ſpe
cie probant Caſtellus. hic. verbo. el fue-
ro ad medium dicens. ita fuiſſe iudica-
tum Ioannis Rojas de ſucceſsion. abin-
teſtat. d. capit. 30. numero. 12. &. 13. &
melius quam alibi tradditur a Mieres in
tractatu maioratus. 1. parte. quæſtio. 58.
ex numero. 41. cum alijs, & numer. 59.
60. & 66. vſque ad fin. quæſt. ¶ Se- 26
cundo, deducitur in eis tantum perſo-
nis quas is forus exprimeret aut in qui-
bus conſuetudine obſeruatum foret, de-
bere ſtricte verificari & ad alias non
extendi ex doctrina Archidiaco. in. c.
ſi quis ſuadente. 17. q. 4. dicentis quod
ſi ſtatuto cabetur matrẽ non ſuccedere
filio tales ſtatutum tanquam odioſum
non excluderet ipſam a ſucceſsione filiæ
vel alterius perſonæ vltra filium quod ſe
quuntur Alexand. conſilio. 236. numer.
4. libr. 6. Afflictus in conſtitu. Neapol.
libr. 3. rubri. 23. numer. 60. &. 61. & plu-
rimos referendo Tiraquel. de vtroque
retractu lib. 1. gloſſa. 9. numero. 189. vbi
ex numero. 187. vſque ad numero. 190.
plurima notatu digna in propoſitum
adducit.

Omnia tamen ſupradicta reſtringit 27
Mieres in tractatu maioratus. 4. parte.
quæſtione. 19. numero. 14. in bonis im-
mobilibus datis in dotem marito exti-
matis ea ſtimatione quæ faceret emptio-
nem: vt in his licet a materna radice ob-
uenerint non ſuccedant conſangui-
nei materni ſed pater legitimus filij hæ-
res. ex eo quod cum a dominio vxoris
exierint & in mariti dominiũ tranſirẽt ex
tincta fuit qualitas bonorũ truncaliũ, &
effecta fuerunt bona diuerſæ cõditionis,
ſicut quæ exierũt de familia ſeu de patri
monio quæ priorem qualitatem amiſſe-


runt

runt vt amplius retrahi nequeant quibus & alijs exemplis, hanc limitationem comprobat ipſe Mieres ex principio quæſtionis per totam. & melius numer.5.6.7.&. 13. & in ſpecie noſtri fori num.14. dicens, id ad eum forum eſſe egregium intellectum, & reſpondens numero. 17. &. 18. ad.l.in rebus. C. de iure dotium quæ fortiter videbatur obſtare, cuius reſtrictio ex eo confirmatur quia antea quam filius natus vel conceptus fuiſſet pater rei dotalis immobilis extimatæ dominus vere effectus erat, quaſi emptor extraneus fuiſſet, cum exiſtimatio faceret emptionem, ita quod non teneretur preciſſe rem ipſam dotalem, ſed exiſtimationem reddere. l. quoties. C. de iure dotiũ. l. ex promiſſione. ff. de action. & obligat.l. 16. &. 17. titul.11. part. 4. de quo late Tiraquel. libr. 1. retractat.§.1.gloſſa. 14. numero. 21. & 108. Couarrub. capit. 28. practicarum Molineus in conſuetud. Pariſienſi. 2. parte.§.55. gloſſa. 1. numero. 101. 105. &. 106. Fanus de pignoribus.6. parte. 2.partis.membro.2.numero.59.& conſequenter iam res dotalis non diceretur immobilis filij. vt in ea verificentur verba fori. ibi. *In immobilibus filij.* & noſtræ.l. ibi. *Boluer los bienes.* quæ ſunt intelligenda ſcilicet filij ſed vere bona patris eſſent in quibus non procedit neque forus verificatur & denique in omnibus bonis in quibus pater ſuccederet vt extraneus emptor, & vere dominus eorum efficeretur aut ſolam extimationem reddere deberet legitimus hæres filij foret excluſis maternis conſanguineis quod notatu dignum eſt & multum reſtringit diſpoſitionem fori maxime ſtante.l.10. titulo. 6. li.3.fori ibi. *Herede lo que fue de la madre.* & ibi. *Herede lo que fue del padre.* quæ ad omnia quæ à matre obuenerant licet pænes fratrem forent extendi videntur niſi ea verba intelligas. *Lo que fue de la madre.* id eſt quod matrimonio conſtante proprium eius fuit & morte ipſius ad filium peruenit, non quod ſtatim contracto matrimonio etiã viua a dominio eius exiuit.

Secundo, etiam reſtringenda erunt 28
vt ſtricte procedant in bonis vere immobilibus vt ſunt hæreditamenta. quæ neque mouentur, neque moueri poſſunt ex ſingulari. l. 1. titulo. 17. parti.2. vt conſtat ex foro. ibi. *In immobilibus tantum quæ ſunt de trunco & radice.* & ex ſecunda eiuſdem fori contextura. ibi. *Y la rayz a la rayz ſe torne.* quæ bona mobilia excludunt. Vnde in cenſibus non procedere videtur quæ non vere immobilia ſunt ſed quandam tertiam ſpeciem bonorum conſtituunt vt paſſim traddunt omnes & latiſſime Mieres.in tract. maior. 1. parte. quæſtione. 40. fere per totam. vbi numero. 14. &. 15. in ſpecie id reſtringit ad cenſus redimibiles credens quod irredimibiles inter immobilia computentur.

Finit. l. 6.

# SEQVITVR explicatio ad.l.7. Tauri.

SVMMARIVM.

*Fratres concurrebant ante.l.hanc cum aſcendentibus defuncti abinteſtato, hodie non. num.1.*

*Fratres concurrebant cum matre in tutella hodie non num.2.*





*Frater Vterinus an antiquitus concurreret cum patre in ſucceſſione fratris. numero.3.*

## gloſſ.1.l.7.

NO *pueda concurrir con los padres.*
1 ſed omnino apparentibus excludatur, contra iura Codicis, nempe.l.quiſquis.authentica defuncto. C. ad Tertullian.quæ habetur in authentica de hæredibus abinteſta.venient. §. igitur defunctus. Et idem de iure partitarum receptum erat.ex.l.4.titul.13.part.6.ibi. *Nin haueudo hermano nin hermana, que eſtõce el padre y la madre deuen heredar ygualmente.* quæ clariſſime probant, quod ſtantibus fratribus vtrinque coniunctis, parentes non in totum ad filij deſcedentis abinteſtato hæreditatem ſunt admittendi, ſed in capita cum ſuperſtitibus defuncti fratribus, quæ iura quamuis per. l. præcedentem correcta viderentur dum aſcendentes efficit legitimos hæredes ſuorum deſcendentium tamen quia poterant aſcendentes ſuccedere deſcendentibus ſecundum gradus prærrogatiuam concurrendo cum fratribus defuncti viſſum fuit conditoribus huius legis neceſſarium eſſe id clarius conſtituere, ſcilicet quod non ſolum ſuccederent ſecundum gradus prærogatiuam ſed quod nullus cum eis con
2 curreret, ex fratribus ſuperſtitibus. ¶ Ex qua.l.ſic intellecta conſtat non procedere hodie ſententiam Saliceti, in authentica matri & auiæ.C. quando mulier.tutel.officio dicentis fratrem cum matre in tutella concurrere, quia cũ in hæreditate
3 non concurrat neque in tutella. ¶ Secundo à fortiori deciditur ea dubitatio quam Vellonus conſil.24.Caſaneus cõſil.9. tradiderunt non in merito de iure communi dubitantes an concurſus fratris ex vno tantum latere coniuncti admitteretur cum patre, cuius dubitationis meminit Couarrub. in epithom. de ſucceſsion.ab inteſta.num.5.verſi.1.& Olanus in antinomijs, numer.140. in verb. auus & hodie reijcitur per hanc. l. dum etiam concurſum fratris vtrinque coniuncti impugnat.

SVMMARIVM.

*Fratres defuncti abinteſtato ſecundum vnam opinionem aſcendentibus præferebatur & ſecundum aliam cum eis cõcurrebant hodie neutrum obſeruatur. num.1.& per totam gloſſam.*

## Gloſſa.2.l.7.

O *Aſcendientes legitimos.* ergo non ſolum cum patre non concurrit fra
ter defuncti ſed neque cum auo aut pro 1
auo quod de iure communi dubitatiſſimum erat, quia ſecundum vnam opinionem Iacobi de vellouiſſo. in authentica de hæred. abinteſt. venient.§. ſi vero non ſolum, auus vel auia cũ fratribus defuncti non cõcurrebant ſed in totũ ab ipſis fratribus excludebãtur, quam opinionem refert Acurſius verb. proximis. in authentica defuncto. C. ad Tertul. vbi Bald.num.9.eam ſequitur & additio ad ipſum refert Paul.& Angel. qui fuerunt eiuſdem opinionis, quam etiam dicit veriorem Caſaneus in conſuet. Burgund. rubric.7.§.6. gloſſa, verb. *Et dure gardedes.* verſi. ſed aduerte. vbi refert Alexand.conſil. 80. lib. 1. & Iaſſon in.l.de quibus columna. 6. de iuſti.. & iure tenentes eius opinionem ſecundum aliam quam dicebant ſcribentes veriorem in capita fratres defuncti cum auo & pro auo admittebantur ex gloſ. in. d. authentica. defuncto, verbo. proximis, quam ſequuti fuerunt, Bartol. Paul. Salicet. & Corneus. ibi. Nicolaus

de Vbald. de ſucceſ. abinteſta. 2. part. quæſtio.2. & dicens communem Bald. conſil.268.volum.4.quam de iure communi ſequitur Couarrub.in epitho. de ſucceſ.num.5.verſi.1. Prior tamen opinio Iacobi de vellouiſſo confirmabatur a iure partitarum ex. l. 4. titul. 13. part.6.ibi. *Nin hermano nin hermana*. quæ a ſuperſtitibus fratribus auum & auiam excludit.Et ſecunda Bartoli, & aliorum a lege.1.titul. 6. libr. 3. fori.ibi. *E ſi alguno non huuiere deſtos*. quæ extantibus aſcendentibus fratres vtrinque coniunctos excludit,quare in hac dubitatione licet per.l.precedentem, dum aſcendentes facit legitimos hæredes ſuorum deſcendentium poſſet deduci excludi concurſum aſcendentium & tranſuerſalium.tamen vt omnino reijceretur prædicta iurium & ſcribentium controuerſia ſuperuenit. l. noſtra id clariſsime conſtituens.

# SEQVITVR interpretatio ad tex, in.l,8,Tauri.

*SVMMARIVM.*

*Repreſentatio an admitatur quando conſobrini inter ſe concurrunt eleganter per totam gloſ.*
*Ratio dcidendi ad noſtram.l.num.2.*

## gloſ.1.ad.l.8.

1 Los ſobrinos con los tios. illam vulgarem licet arduam controuerſiam quã inter Azonem & Acurſium viros egregios agitatam legimus, decidunt verba noſtræ legis ſcilicet, an conſobrini inter ſe admitantur in capita excluſa repreſentatione ad patrui abinteſtato decedentis hæreditatem vel in ſtirpem repreſentando perſonam patris eorum de qua latiſsime Tiraquel.de retractu.§. 1.gloſ. 12.per totam & ex noſtratibus Gomez hic.numer.11.vſque ad.14.Caſtel.glo.1. Cifontan.numer.4.Tellus. 3.Rojas de ſucceſ.abinteſtat. cap.32. num.18.&19. Molina.lib.3.cap.7.numer.21.&. 22.& nouiſsime & bene Matienço in.l.5.titul. 8.libr.5.nouæ Recopil.gloſ.1.nume.15. cum alijs,& iuſtiſsime confirmando veriorem ſententiam Azonis clare conſtituit, non admiti repreſentationem , in ſucceſsione tranſuerſalium , cum agerent conſobrini inter ſe de ſuccedendo, ſed quando ad hæreditatem patrui defuncti abinteſtato cum patruis vellent concurrere vt conſtat. ibi. *Los ſobrinos con los tios*.quod ex ea ratione procedit , quia quando conſobrini cum patruis admitti volunt ſi non repreſentarent non ſuccederent , ſed a patruis excluderentur vt a proximioribus in gradu , reſpectu patrui defuncti. Vnde ne forent excluſi priuilegio ſingulari ex quadam benignitate inducto, iura authenticorum conſtituerunt,quod gradum patris repreſentarent & reſpectu patrui defuncti eundem gradum proximitatis ad ſuccedendum haberent quem ſuperſtites patrui habebant, ita quod in ſtirpem admiterentur.authentica poſt fratres. C. de legitim.hæred.l.5. titul. 13.part. 6. & clarius per noſtram l.cum igitur quando inter ſe concurrunt non ſit neceſſaria repreſentatio , ad ſuccedendum patruo defuncto cum nullus ab alio excludatur ſed omnes ſint in æquali gradu non procedit priuilegium in prædicto caſu conceſſum ſed in capita & non in ſtirpem omnes æqualiter admitterentur . Secundum regulam antea de iure digeſto



digeſtorum & C. conſtitutam qua proximiores in gradu admittuntur excluſſa repreſentatione. l. 2. §. hæreditas. ff. de ſuis & legitimis hæredibus. l. lege. 12. tabularum , verſiculo illo Proculo. C. de legitimis hæredi. §. ſi plures , inſtituta de legitima agnatorum ſucceſsione,& hoc eſt, quod in effectu. l. noſtra con
2 ſtituit . ¶ Cuius vera ratio decidendi incognita videtur , cum a. l. 5. titulo 13. partita. 6. & a. l. 13. titulo. 6. libro. 3 . fori idem ante ipſam conſtitutum fuiſſet, quare Antonius Gomez hic . numero. 14. ſentit ex alia cauſa quam ad decidendam prædictam dubitationem legem fuiſſe inductam, aſignans ad eam duos intellectus exiſtimans ſumme neceſſarium eſſe , quod Cæſarea conſtitutione ea dubitatio decideretur . Mihi tamen conſideranti diligenter mentem . l. & rationem quæ conditores vrgenter potuit mouere, dicendum videtur , ex eo principaliter fuiſſe inductam , quod Accurſij & Azonis dubitationes decideret, quorum controuerſiam quamuis negari non poſſit , a legibus partitarum & fori ſublatam fuiſſe , tamen quia leges fori non ſeruabantur , niſi quatenus conſuetudine receptæ erant , & leges partitarum, quæ â Ferdinando Tertio , inceptæ fuerunt , & a Rege Alphonſo Nono conſumatæ , & abſolutæ , vſque ad tempora Regis Ferdinandi , conditoris harum legum etiam integre non ſeruari teſtatur ipſe Ferdinandus in.l.1. Tauri ſuperuenit . l. iſta conſtituens , in ſucceſſione tranſuerſalium non dari repreſentationem , niſi quando conſobrini cum ſuperſtitibus patruis concurrerent, neq; aliter poſſunt accipi verba noſtræ. l. ibi.*Los ſobrinos con los tios*.De quo bene agendum erit in. l. 40. gloſſa.14.

*SVMMARIVM.*

*Repreſentatio ex teſtamento an videatur admiſſa inter fratres & filios fratrum.num.1.*
*Fratres ſi inſtituantur â fratre an intelligatur ea inſtitutio de vtrinque coniunctis,& eorum filijs excluſſis vterinis num.2.*

## Gloſſa.z.l. 8.

*AB inteſtato*.Idem ex teſtamento , vt 1
ſi conſobrini cum patruis ſimpliciter inſtituantur , vel legatum ſeu fideicommiſſum fratribus relictum ſit , quia in dubio viderentur in ſtirpem inſtituti , vt conſobrini cum patruis concurrant admiſſa repreſentatione quæ in ea ſucceſsione teſtamentaria ordinaria ad inſtar ſucceſsionis ab inteſtato regulata, admittitur , argumento. l. fin. C. de verborum ſignificatione, & hæc eſt doctrina Ioannis de Imola in. l. interdum in principio. ff. de acquirend. hæredi.& probant Alexand.conſil. 26. volum.3. Corneus conſil.37.colum.2.&.3. volumen.1.Socinus conſil.104.numer. 5.volum.3.& conſil.51.nume. 19.volum.4. Pariſius conſil.69.volum.2. & cõſi.38. nume.9.eodem volum.Cifont.hic num. 2.&his non relatis Rojas de ſucceſsione ab inteſtato.cap.32.num.9. cum alijs dicentes , quod ſi teſtator ſimpliciter vocauerit fratres intelligerentur etiam conſobrini ex præ mortuis inuitati ad inſtar ſucceſsionis ab inteſtato. ex dict. l.
fina. C. de verborum . ¶ Quod ta- 2
men limitatur , vt ex vocatione fratrum ſimpliciter a teſtatore facta tantum comprehendantur fratres vtrinque conjuncti , vel eorum filij non tamen vterini, in quibus longe minor qualitas coniunctionis datur reſpectu fratris teſtantis.

teſtantis. Hæc eſt notanda Pauli doctrina in.l.fin.num.6.C.de verborum ſignificatione, dicentis ex facto conſultum reſpondiſſe, quod in relicto fratribus ſolũ venirent vtrinque coniuncti, qui maioris coniunctionis erant teſtatori excluſſis vterinis, quem ſequitur, ibi. Corneus num.9.Iaſſo.26. & ipſe Paulus conſilio 346.Detius conſi.53.&.155.num.4.& 299.nume.7.Alexand.conſil. 166. nume.4.lib.5.Socinus conſil.49.nume.1. lib.1.Pariſius conſil.49.num.18.libr.2. Portius conſilio.10.nume.11. Ruinus cõſil.92.nume.7.libr.2.& conſil.165. nume.9.lib.2.& conſil.28.nume. 8.libr.3. Socin.conſil.113.colum. 4. Menochius conſil.187.numer.40. Gomez. hic. numero.8.& Tellus in fine, vbi fatetur, ſecundum hanc opinionem obtinuiſſe in opulenta hæreditate cuiuſdam mercatoris Cordubenſis qui verbo tantum teſtatus, & interrogatus quos hæredes habere voluiſſet, reſpõdit fratres meos, idem etiam confirmat Rojas de ſucceſsione ab inteſtato c.32.num.12.& cap.6.num.11. &.12.& Mieres in tract maiorat.2. par. quæſtio.7.num.4.verſi.& dixit notabiliter Paul. quorum ſententia non ita ſecure ab aliquibus recipitur, quod aduerſus eã fortiter non obſtaret.Bart. doctrina. in. l.Lutius.§.quæſitum de legat.3. quæſiuit enim.ibi.Iuriſconſul. an legatum relictũ fratribus pertineat etiam ad ſorores, & reſpondit, quod ſic, cuius occaſione quærit Bart.de quibus fratribus, intelligatur ſenſiſſe teſtatorem, & denique reſoluit de fratribus proximis, ſcilicet, cõſanguineis vel vterinis qui ſunt in.2.gradu ex.l.iuriſconſultus.§.2.gradu. ff. de gradibus, exiſtimãs eos omnes proprie fratres nũcupari, cuius deciſsio expreſſa videtur contra Pauli ſententiam, & eam ſequuntur ipſe Paul.in.l.ſi dotali in fin. ff. ſoluto matrimonio, vbi Alexan.numer.4.& iterum ipſe Paul.in.l.tres fratres.2. ff.de pactis, eamque Bartoli ſententiam vltra Paul.ſequuntur Roman.conſil.411.quatuor ſunt, Angel.conſil.119. & conſil. 272.Corneus conſil.269.volum.4.Alexan.conſil.36.num.5.li.6.& conſi.114. num. 2.eod.lib.& in.l. ex facto numer. 45.de vulgari, vbi Ripa nume.89. Benedictus in cap.Raynuntius, verſi.ſi abſque liberis.2.nu.32. Iaſſo. in d.l.tres fratres. num.18.& in.l.1.num.12.C. de ſuceſsio. edicto. Ne tamen ea controuerſa antinomia aliquibus videatur, credo fore intelligendam hanc ſecundam Bart. opinionem & ſequatium, vt legatum ſeu fideicommiſſum fratribus relictum non ſolũ comprehendat fratres ex vtroque latere coniunctos, ſed vterinos etiam, hac tamẽ conſideratione habita, vt ſi ſuper eſſent, ex vtroque latere coniuncti ipſi ſoli admitantur, ſin vero tempore diſpoſitionis vterini tantum forent etiam ſub ea vocatione, ſeu inſtitutione fratrum proprie comprehendantur. Vt ſic teſtator vocaſſe intelligatur conſanguineos fratres, & vterinos ordine tamen ſucceſsiuo, vt ſi deſſicerent conſanguinei, vterini videantur vocati, & in eorum fauorẽ relictum fideicommiſſum ſeu legatum, & hoc modo conciliando Pauli, & Barto.doctrinas deducitur etiam conſobrinos, ex vtroque latere coniunctos repreſentando parentum perſonas, vterinos excludere, vt dicendum erit in gloſ. ſequenti.

*SVMMARIVM.*

*Conſobrini ex vterinis non concurrunt cum patruis ex vtroque latere coniunctis.nu.1.& 2.*

*Conſobrini ex vtroque latere coniuncti excludunt patruum vterinum. numero.2.*

*Qualitas majoris coniunctionis an ſcilicet vterini vel vtrinque coniuncti ſint ſuccedere volentes non conſideratur vltra fratres & filios fatruum.nu.3.*

*Qualitas prædicta maioris coniunctionis an conſideretur quando agitur de ſuccedendo in hæreditate repudiata. numero.3.*

*Qualitas maioris coniunctionis an conſideretur in ſucceſsione maioratus. numero.5.*



# gloſsa.3.l.8.

*SVccedan a ſus tios in ſtirpem ino in capita.* Succedunt igitur conſobrini in ſtirpem cum patruis repreſentando perſonam patris eius in hæreditate patrum defuncti, Authentica poſt fratres. C.de legitimis hæred.l.5.titu.13.part.6. quod limitant Tellus.hic.num.4. Mieres in tract. maioratus.2.part.quæſti.7. num.3.quando conſobrini forent ex patre ex vno tantum latere cõiuncti, quia non repreſentarent ad concurrendum in ſtirpem cum patruo vtrinque coniuncto ſed eos omnino excluderet, ſicut patrem ipſorum repelleret, ex Authenti. itaque C.communia de ſucceſsio. Authenti. de conſanguineis, & vterinus fratribus. §. quia vero, verſi.vult autem. authenti. de hæredi.ab inteſta.venientibus.§.ſi igitur
2 defunctus.l.5.titu.13.part.6. ¶Sicut econuerſo conſobrini excluderent patruũ ex vno tantum latere coniunctũ, repreſentando patris vtrinque coniuncti perſonam.ex Authentica ceſſante in fine.C. de legiti.hæred.authentica poſt fratres.1. C.de legiti.hæredi.d.l. 5. in fin. titu. 13. parti.6.& aduertunt Gomez.hic.nume. 7.ad fin.Mieres dict.quæſtio. 7. num.8.
3 ¶Hæc tamen qualitas maioris vinculi & coniunctionis, an ſcilicet, vtrunque coniunctus ſit patruus vel conſobrinus non conſideratur, vltra fratres & filios fratrum, ſed omnes vterini, & conſanguinei, vel vtrinque coniuncti, æqualiter ad bona defuncti conſanguinei admituntur. hæc eſt doctrina Iacobi de Belloviſo in authentica de hæred. ab inteſtato.venient.§.ſi vero neque, quæſtio. penul.& Azonis in ſumma. C. communia de ſucceſ. quam ſequitur Paul. in dict. Authenti.poſt fratres.1.num.4.vbi Corneus col.1. Antonius Rubeus dicens cõmunem.conſil.102.Curtius Iunior conſil.46.colum.2.ſingul.Alexan. conſilio 166.ſuper propoſita quæſtione.num.2. cum alijs libr.5. Gozadinus conſil.19. nume.20.Bartol.Socinus conſil.89.lib. 4. & ex noſtratibus Gregorius verbo. *O hermana*.in.l.5.titul.13.part.6.Couar in epitome de ſucceſsione ab inteſta.nume.9.Tellus, hic.num. 5.qui prædictos
non referunt. ¶Secundo etiam non 4
conſideratur ea qualitas maioris coniũctionis ſeu vinculi quando inſtitutis quatuor filijs ex duobus matrimonijs, vnus eorum repudiauit hæreditatẽ, quia reliqui æqualiter ad eam admitterentur non habita conſideratione maioris coniunctionis reſpectu repudiantis, cum de ſuccedendo patri defuncti ad quem hæreditas deuoluitur agerent, & non fratri repudianti, ex doctrina Bartol in.l. Lutius col.fin.verſi.quæro.ff. de vulgari, ſequutus a Iaſſo. dicens communem, ibi, num.31.Bald.in.l.cum hoc iure.§.fin. ff.de vulgari, & poſt Aymon conſi.43. Curtium Iuniorem, & alios reſoluit bene Couarrub.in epithome de ſucceſsio.
num.10. ¶Tertio hinc deducitur non 5
conſiderari eam qualitatem maioris coniunctionis ſeu vinculi in ſucceſsione fideicommiſsi ſeu maioratus a patruo delata cum teſtatori, & non ipſi ſuccedatur, ex tradditis à Gregorio in quadam ſubſtitutione fideicommiſſaria in.l.5.titul. 13. parti.6.gloſſ.fin. & deducitur a capit. 1. de gradibus ſucceſsio. vbi Bald. & ipſe in.l.1.C.de legiti.hæred.& poſt Alexander conſil.14.num.9.lib.5.& Corneum reſoluit bene Mieres in tract.de maioratus.2. part. quæſtio.7.nume.7. vbi remiſsiue agit de intellectu dict.c.1.

# SEQVITVR interpretatio ad legem nonam Tauri.

*SVMMARIVM.*

*Filij naturales proprie nuncupantur baſtardi.num.1.*
*Omnes illigitimi (exceptis damnatis) ad matris ſucceſsionem admittuntur. num.2.*
*Filiorum illegitimorum ſpecies remiſsiue.num.2.ad finem.*

## Gloſa prima.

1 L*Os hijos baſtardos, o illegitimos de qualquier qualidad que ſean.* Vt natu
rales qui proprie baſtardi nuncupātur,
ex gloſ.in rubri.de concubinis, & reſol
uunt Couarru.in.4.2.part.c.8.§. 4. nu-
me.2.Rojas de ſucceſsio. ab inteſta. c. 1.
nume.16.& conſtat ex ead.l. dum dicit,
*O illegitimos.* Ad differentiam naturaliū
de quibus in verbis. *Los hijos baſtardos.*
Mentionem fecerat,& longe maiori ra-
tione procederet lex noſtra in naturali-
bus reſpectu matris quam in alijs illegi-
2 timis.¶Solum enim excipit filios ex ta-
li coitu natos, quod propter illum mater
incurret pænam mortis naturalis,omnes
alios illegitimos cuiuſcumque ſint quali
tatis, ad eius ſucceſsionem admittēs.quo
rum filiorum illegitimorum ſpecies, re-
fert ad longum Ioan.Rojas de ſucceſ.ab
inteſta.c.1.per totum.

*SVMMARIVM.*

*Lex intelligenda eſt in ſucceſsione illegitimorum ex parte matris.num.1.*
*Succeſsio illegitimorum reſpectu patris remanet in diſpoſitione iuris communis nume.2.*
*Filius ex coniugato, & ſoluta, matri ſuccedit per hanc. l. et de iure communi. nume.3.*
*Spurius ex coniugato,et matre ſoluta, patri non ſuccedit etiam ſtante hac.l.contra Gomezium.num.4.*
*Filius â matris ſucceſsione excluſus an â bonis conſanguineorum ex parte matris excludatur.num. 5.*

## gloſsa, 2.

N*O puedan heredar a ſus madres.* Er- 1
go de ſucceſsione matris agit.l. no-
ſtra conſtituens legitimis exiſtentibus
non poſſe illegitimos cuiuſcumque ſint
qualitatis ex teſtamento,aut ab inteſtato
matri ſuccedere. Quod ex dictis verbis
conſtat,& fere ex totius legis contextu-
ra,patet maxime,ibi, *En caſo que tengan*
*ſus madres*,& ibi. *Y en caſo que no tenga*
*la muger hijos*, & ibi. *De parte de la ma*
*dre*. & ibi. *A ſus madres*. Quæ omnia
clariſsime probant agi de matris ſucceſ-
ſione. ¶Vnde ſucceſsio illegitimorum 2
reſpectu patris remanet in diſpoſitione
iuris cōmunis, vt in omnibus caſibus in
quibus naturales, vel ſpurij ſuccederent
patri,vel repellerentur ab eius ſucceſsio
ne,nihil lex noſtra mutauerit,ſed ius cō-
mune ſeruetur,vt in caſibus, de quibus
latiſsime agit Ioan.Rojas de ſucceſsione
abinteſtato c.20.per totum vbi regulam
cum.44.ampliationibus conſtituit,&in
cap.ſequenti eam reſtringit. ¶Ex quo 3
notanter deducitur, quod quamuis per
hanc. l. filius ſpurius,ex coniugato, &
ſoluta matri ſuccedat: cum per eum coi-
tum ipſa non incurrat pænam mortis na
turalis,imo & ante ipſam.l.de iure com-
muni ſuccedebat ex teſtamento & ab in
teſtato,ex reſolutione Alberi. & Salice-
ti.in.l.1. C. de adulterijs. Soccin.conſil.
148



148. memini iam poteſt. poſt princip.
lib.2.Detius.conſil.306.in caſu propo-
ſito.Palatius hic. num.27. contra Alex.
conſil.60.viſa diligenter. num.32.vol.2.
4 ¶Patri tamen non ſuccederet, cum reſ-
pectu ipſius ſit adulterinus, & ſufficiat
eſſe coitum damnatum licet non pæna
mortis naturalis vt filij ex eo procreati
ab eius hæreditate omnino repellantur,
vt in gloſsis ſequentibus erit dicendum,
ex quo reprobamus Gomezium hic.
num. 14. ad medium dicentem quod fi-
lius coniugati & ſolutæ poterit hodie
per hāc leg. patri ſuccedere,cum non ſit
natus ex coitu punibili ex parte matris,
qui debuerat aduertere.l.hanc in ſola ma
tris ſucceſsione procedere, & coitum
iſtum adulterinum ac conſequenter dam
natum eſſe vt aduertit Couar. in. 4.2.p.
c.8.§.5.num.16.prope finem.& in patre
ſufficere damnari coitum licet non pæna
mortis vt inde filij procreati damnati nū
cupentur,& ab eius hæreditate repellan
5 tur. ¶ Si tamen agerent ſpurij de ſucce-
dendo conſanguineis maternis crederē
non eſſe excluſſos etiam ſtantibus legiti
mis. Sed ius commune in correctum mā
ſiſſe: cum reſpectu conſanguineorum ex
parte matris nihil lex noſtra mutauerit.
neque eadem ratio verſetur in vno caſu
quā in alio. Sed longe fortior & iuſtior
cum de matris ſucceſsione,quam conſan
guineorū ageretur vnde Gomezius hic.
num.49.idem in effectu tenuit.

*SVMMARIVM.*

*Naturales etiam ſtantibus legitimis ex teſtamento & abinteſtato erant legitimi hæredes matri.num.1.*
*Lex noſtra correctoria iuris communis. num.1.*
*Naturales ante hanc.l.cum legitimis matri ſuccedebant quamuis foret illuſtris. Et intellectus ad.l.ſi qua illuſtris.nu.2.*
*Spurius ante.l.hanc matri non illuſtri cū legitimis ſuccedebat.num.3.*
*Iuſtiſsima ratio correctionis noſtræ legis. num.3.ad finem.*

## gloſsa.3.

E*N caſo que tengan ſus madres hijo, o* 1
*hijos, o deſcendientes legitimos.* ergo
ſtantibus legitimis deſcendentibus filij
naturales vel ſpurij ſeu alij illegitimi non
poſſunt matri ſuccedere ex teſtamento
neque abinteſtato, in quo iuris commu-
nis correctoria eſt. Quia naturales antē
l.hanc ex teſtamento & abinteſtato erant
matri legitimi hæredes.l. hac parte.l.mo
deſtinus.ff. vnde cogna.l.1.§.ſed & vul-
go.ff.ad Orficia.l.2.in prin. eod. titu.l.ſi
qua illuſtris. C.eod §.nouiſsime inſtitu-
ta.eod.l.11.tit.13.part.6.de quo late per
Rojas de ſucceſ.abinteſta. c.14. per to-
tum. ¶Etiam ſi mater eſſet illuſtris quia 2
naturales ad huc ſuccedebant. ex.d. §. ſi
qua illuſtris,qui ſecundum verum intel-
lectum in ſpurio loquitur & ex.l.11. tit.
13.part.6.in fine. & probat Bar.in.l.fin.
num.4.ff.de hijs quib.vt dign. Ange.in.
d.§.nouiſsime. colum.2. ¶ Spurij autē 3
matri ſuccedebant etiam legitimis exiſtē
tibus ex omnibus iuribus ſupra dictis:
niſi matres forent illuſtres.d.l.ſi qua illū
ſtris.C.ad Orficia.l.fin.tit.14.par. 4.l.11
titul.13.part.6.quod a noſtra.l. mutatur
quæ abſque vlla diſtinctione, an filij ſint
naturales vel ſpurij vel an mater ſit illu-
ſtris nec ne legitimis exiſtentibus omnes
illegitimos filios, cuiuſcumq; ſint qualita
tis a matris ſucceſsione excludit, iuſtiſsi
me quidem condita iuxta illud geneſ.c.
21. *Non ſit hæres filius ancillæ cum filio li*
*bere.* vt habetur in.c.dicat aliquis.22.q. 4
c.non omnis mulier.32.quæſt.2.& iterū
probatur in lib.iudicum. c.11.vbi filij le
gitimi Galaad dixerunt fratri ſuo ſpurio
Iepthe hæres in domo patris noſtri eſſe
non potes, quia de adultera matre na-
tus es.

SVM

*SVMMARIVM.*

*Mater ſpurijs non tenetur præciſſe quin-
tum relinquere per hanc.l.num.1.*
*Mater ante hanc.l.præciſſe tenebatur legi
timam ſpurijs relinquere:alias teſtamē
tum querellæ ſubijciebatur.num.1.*
*Quintum de quo in hac.l.non ſuccedit lo
co alimentorum ſed iure ſucceſsionis ca
pitur.num.2.*
*Quintum de quo in hac.l.filio etiam diui-
ti à matre relinqui poteſt.nu.2.&.3.*
*Intelligit.l.10.Tauri contra Couarrub. &
Greg.num.3.*
*Quinto ſpurio à matre relicto non poterit
aliud pro anima relinqui.num.4.*
*Quintum à matre filio relictum non de-
bet excedere quantitatem legitimæ cæ-
terorum filiorum.num.5.*
*Quintum de quo in hac.l.etiam filijs dam
natis exiſtentibus legitimis poteſt re-
linqui.num.6.*
*Matre mortua abinteſtato filij quintū non
habebunt.num.7.*

# Gloſsa.4.

1 P*Ero bien permitimosque les puedan mā
dar en vida o en muerte haſta la quin-
ta parte de ſus bienes, de la qual podian
diſponer por ſu alma,y no mas ni aliēde:*
ex quibus verbis ſequentia notabilia de
ducuntur. Primum non teneri matrem
quintum iſtud filijs relinquere:neque ad
id poſſe compelli. ſed ita demum ſi vo-
luerit.in quo eſt correctoria iuris com-
munis,quo mater compellebatur natura
libus ſeu ſpurijs eandem partem relin-
quere quæ legitimis debita erat vt in iuri
bus relatis in gloſſa præcedenti proba-
tur.alias poterit ſpurius ſeu naturalis que
relare teſtamentum eius.l ſi ſuſpectus.§.1
vbi gloſ.ff.de inofficioſ.teſtam.gloſſ. &
Paulus.in.l.ſi qua illuſtris.C. ad Orficia.
vbi Odofred. Alberic. & alij.Lupus hic
num.6.&.7.Gomez.num.9.Couarr.in.
4.2.par.c.8.§.4.num.16.quod a noſtra
l.immutatur dum ſtātibus legitimis, quin
tum poſſe matrem illegitimis relinquere
non vero teneri ad id relinquendum cō-
ſtituit. ¶ Secundo ex eo infertur quin- 2
tum iſtud non ſuccedere loco alimento-
rum,ſed iure ſucceſsionis accipi a filijs
ſpurijs, ita quod lex tantum reſtringeret
quantitatem ſucceſsionis matris,non ve-
ro mutaret eius qualitatem.quod mani-
feſtiſsime conſtat ex eo quia ſi loco ali-
mentorum ſuccederet preciſſe filij quin
tum haberent, quod niſi volente matre
non habent & ita non iure alimētorum
id accipiunt ſed potius iure ſucceſsionis
vt noſter Tellus aduertit in præſenti.nu.
34.ex eo neceſſario deducensquod filio
etiam diuiti poteſt quintum relinqui.
Quia licet diues non ſit alendus, neque
quintum ad alimenta ſibi debeatur vt in
l.10.gloſ.1.erit dicendum.tamen quia nō
iure alimentorum ſed ſucceſsionis a ma-
tre relinquitur, diues accipere quintum
valebit,de quo vide quæ melius erunt di
cenda in.l.10. Tauri.gloſ.1. ad finem.
¶Ex quo ipſe Tellus in.l. ſequenti. nu. 3
6.&.7.merito reprobat Coua.qui in.4.
2.par.c.8.§.6.num. 10. intelligens hanc
l.& ſequentem intrepide tenuit quintum
de quo in eis poſſe filio etiam habenti vn
de ſe alere poſsit, a matre relinqui,refe-
rendo Aymon.conſi.199.cuius Aymo-
nis authorita.idem tenuit noſter Grego.
in.l.10.titu.13.par.6 gloſ.3.ad finem.nō
bene conſiderantes,quod cum alimenta
filijs debeantur ex eo quod vnde ſe ale-
re poſsint,egeant,vel officio perſonæ cō
digno careant, ſi diuites ſint non ſibi
debentur.& quod ita in terminis legis ſe
quentis non poterit quintum ad alimen-
ta filio diuiti relinqui,quare Tellus bene
improbauit meritiſsimi Couarrub. ſen-
tentiam & Tellum ſequitur Ioannes Ro
jas de ſucceſsi.abinteſtato.c.22. num.4.
& alijs licet in ſpecie noſtræ.l.Couarru.
ſaluet



ſaluet Matienço in.l.8. titu.8.lib.5.no-
uæ recopilat.gloſ.1.num.18.cuius defen
ſio neque etiam in terminis noſtræ legis
procedit. Quia Couarru.loquitur præ-
ſuppoſito quod quintum de quo in hac
l.ſuccedit & capitur iure alimētorum &
non iure ſucceſsionis quo caſu dici non
poterat filio diuiti poſſe quintum relin-
qui & ita ſaluari non poteſt ſentētia Co
uar.vt melius videbitur in.l.10.gloſſ.2.
4 ¶ Tertio, ex eiſdem verbis deducitur
quod ſi mater filio ſpurio vel naturali
quintum relinquat, nō poterit etiam pro
anima aliud quintū relinquere, cum ſibi
a noſtra.l.detur tantum electio diſponen
di de quinto inter ſpurios vel pro anima
dum dicit. *De la qual podian diſponer
por ſu alma.* ita quod ſi pro anima quin-
tum expendi iubeat,ſpurij nihil habebūt
ſin vero econuerſo quintum ſpurio lega
uerit,non poterit aliud deduci excumu-
lo hæreditatis vt pro anima expendatur
in preiuditium legitimæ filiorum legiti-
morum. Sed quis magis ſpurios quā a-
nimam ſuam diligeret: maxime cum ſpu
rijs neceſſario alimenta ſint danda pluri
mæ in aduertenter legarent materna affe
ctione ductæ quintum iſtud filijs ſpurijs
quæ a ſe omnino abdicarent facultatem
expendendi pro anima. Vnde conſulen
dum erit mulieribus ignorantibus quæ
ſpurios filios haberent quod ſi quintum
eis relinquerent non poſſent pro anima
diſponere. & forſam magis quā ſpurios
5 animā ſuam diligerent. ¶ Quarto, ſunt
intelligenda verba ſupradicta,vt quintū
non excedat quantitatem legitimæ cæte
rorum filiorum ne melioris conditionis
ſit filius ſpurius quam legitimus vt ex no
tandis doctrinis Alberici & Bart. poſt
Gomezium & Acoſtam cōprobat Tel-
lus in præſeti.num.27.vſque ad num.29
cuius ſententiam ſequor reiecta contra-
ria Ioannis Matiēço in.l.7.titul.8.lib.5.
nouæ recopil.gloſ.4.nu.5. qui referens
fundamenta Telli ex num.2.d.gloſ.de-
nique contrarium verius exiſtimauit neſ
cio quo fundamento ductus, cum in caſi
bus in quibus quintum ſpurio vel extra-
neo legari permittitur, neceſſario non
poſsit mater excedere legitimam cætero
rum filiorum ne ſit melioris conditionis
legatarius vt bene ipſe Tellus reſoluit in
præſenti.num. 30. vſque ad num. 32. &
apertius deducitur ex verbis. l. 26. *No
mas ni aliende:* & iterum ibi. *De la qual
podian diſponer por ſu alma.* præſuppoſi
to quod etiam pro anima in præiuditiū
legitimorum nihil mater relinquere po-
terat. ¶ Quinto, extenditur.l.diſpoſitio 6
vt non ſolum quintum a matre legitimis
exiſtentibus poſsit relinqui naturalibus
ſeu ſpurijs. Sed etiam reliquis filijs excoi
tu punibili procreatis, quia quamuis.l.
quæ in fin.permittit filijs damnatis poſſe
matrem quintū legare videatur proprie
accipienda legitimis deficientibus intelli
gendo finalē partem ipſius a verbis eiuſ-
dem ibi. *Y en caſo que no tenga la muger
hijos, o deſcendientes legitimos.* neceſſa-
rio tamen eſt verificanda ex identitate ra
tionis filijs legitimis exiſtentibus dum
reſtrictio illa. *Saluo ſi los tales hijos.* poſt
verba legis poſita.ibi. *En caſo que noten
gan ſus madres hijos, o deſcendientes legi-
timos.* vtrumque caſum comprehendit
ſcilicet extare vel deficere prolem legiti
mā.& tamē aperte in ea reſtrictione pro
batur poſſe matrem filijs damnatis quin
tum legare vnde hanc ſententiam contra
Palatium hic.num.48.tenuit Couarrub.
in.4.2.par.c.8.§.6.nu.6.Tellus.nu.33.
& bene reſoluit Rojas de ſucceſ. abinte-
ſtato.c.26.num.36.& hoc contra ius cō
mune quo omnino excludebantur a ma-
tris ſucceſsione authentica,ex complexu
C.de inceſtis nuptijs ibi. *Omni prorſus
beneficio excluduntur.* & dicendum e-
rit in glo.verbo. *Saluo ſi los tales hijos.*
& aduertit modernus Olanus in antino-
mijs ver.filius.n.45.&.46. ¶ Sexto, ex 7
verbis legis deducitur ibi. *Que los puedā
mandar.* quod ſi abinteſtato mater moria
tur non habebunt ſpurij quintum iure
ſuceſsio

ſucceſsionis ſed tantum alimenta ex prouidentia legis ſequentis, cum ita demum id quintum habeant ſi a matre ipſis fuerit relictum vt in principio, huius gloſſæ probauimus.

*SVMMARIVM.*

*Filij naturales vel ſpurij ſunt legitimi hæredes matri & excludunt aſcendentes numero.1.*

*Regula cum ampliationibus & limitationibus qua naturales vel ſpurij, deficientibus legitimis, ad matris bona admittãtur remiſsiue. num.2.*

## gloſ.5.l.9.

1 Y *En caſo que no tenga la muger hijos o aſcendientes legitimos, mandamos q̃ el hijo o hijos q̃ tuuiere naturales, o ſpurios por ſu orden y grado le ſean herederos legitimos ex teſtamento y abinteſtato* ergo deficientibus legitimis deſcendentibus quamuis aſcendentes ſuperſint filij naturales vel ſpurij ad matris hæreditatem ex teſtamento & abinteſtato tanquam legitimi hæredes admitterentur. in quo lex conformis eſt iuri communi, quo aſcendentes a deſcendentibus etiam ſpurijs excludebantur, vt ex omnibus iuribus quæ ſpurios cum legitimis admittebant, a fortiori deducitur, & apertius probatur a Caſsiodoro in deciſsione vnica de ſucceſsione abinteſtato relata & ſequta a Couarru. in.4.2.par.c.8.§.4.in

2 fine. ¶ Erunt tamen ad hanc gloſſam videnda quæ traddit Rojas de ſucceſsionib.abinteſtato. c. 14. &. 15. per totum vbi de filio naturali loquitur. & in. c.26 ex num.40. vſque ad finem vbi regulã cum. 26. ampliationibus ſcripſit & Couar.in.4.2.parte.c.8.§. 4. &. 5. Mieres in tractatu maioratus.2.par.quæſt.2.nu. 4.cum alijs vbi agunt de ſucceſsione naturalium & ſpuriorum reſpectu matris legitimis deficientibus, ad quos mitto lectorem ne quæ ſepius dicta ſunt inutiliter repetamus.

*SVMMARIVM.*

*Filij excoitu punibili nati etiam ante hãc l. â matris ſucceſsione repellebantur. num.1.*

*Ratio decidendi ad hanc. l. numero.1.per totum.*

*Filius natus ex damnabili coitu non ſolũ matri ſed neque auiæ ſuccedit.num.2.*

*Filij damnati an ſuccedãt conſanguineis ex patre matris.num.3.& 4.*

## Gloſſa.6.l.9.

S*Aluo ſi los tales hijos fueren de dañado y punible ayuntamiento de parte de* 1
*la madre, que en tal caſo mandamos que no puedan heredar a ſus madres ex teſtamento, ni abinteſtato.* hæc eſt prima limitatio legis vt filius natus ex coitu dãnato ex parte matris, etiam legitimis deficientibus ipſi matri non ſuccedat ex teſtamẽto neque abinteſtato, cuius ratio dicidẽdi fuit. Quia cum de iure digeſtorum omnes ſpurij cuiuſcumque eſſent qualitatis matri ſuccedebant etiam ſi ex damnato coitu naſcerentur. l. hac parte. l. ſi ſpurius. l. Modeſtinus.ff. vnde cognati cum vulgatis crediderunt multi hoc ita generaliter procedere quod adulterinos inceſtuoſos & nefarios comprehenderet, dicentes ſub ſpuriorum vocatione contineri. donec ius authenticorum & partitarũ ſuperuenit, iuſtiſsime conſtituens, inceſtuoſos, adulterinos, vel nefarios omnino excludi a materna ſucceſsione etiam legitima prole deficiente inodiũ coitus reprobati & vt omnes reprimerentur a peccatis luxuriæ, authentica, quibus modis



modis naturales efficiantur ſui.§.fin.l.11. titu.13.par.6.poſt quorum iurium deciſſionem quamuis receptiſsimum erat filiũ ex coitu punibili natum matri non ſuccedere ex teſtamento neque abinteſtato etiam legitimis non exiſtentibus ex gloſſ. fina.in. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfician. gloſ.in authentica ex complexu.C.de inceſtis nuptijs & reſoluunt Bart.in.l.fina. num.4.ff.de hijs quibus vt indign.Bal. in.l.eam quam num.25.C.de fidei commiſ.Abb.in.c.tanta num.13. qui filij ſint legitimi. Decius. conſil. 315. Alexand. conſil. 174.in fine.volum.5. Socin.conſil.188.volu.1.Paleot. de not.& ſpurijs. c.43.Cacia .Lupus in.d.l.ſi qua illuſtris. nu.75.Corraſ.in. l. hæres inſtituta.nu.5. C.de impuberũ.tamen quia plurimi crediderunt iura ſupra relata non generaliter procedere in omni coitu damnato ex parte matris. Sed in inceſtu, adulterio vel alio nefario verificari, ſuperuenit.l. noſtra prædictam dubitationem amputando generaliter conſtituens, filium ex quocumque damnato coitu procreatum non poſſe matri ſuccedere, cum hac tamen reſtrictione, quod propter coitum mater incurreret pænam mortis naturalis, dicens eum tantum coitum damnatum ad effectum excludendi filium a bonis eius vt in gloſſa ſequeti probauimus.

2 ¶ Cuius.l.conſtitutionem extendi debere ad auiam maternam vt natus ex tali coitu punibili neque auiæ valeat ſuccedere a maioritate rationis verum credimus ex eo quod ſi ad ſucceſsionem matris, reſpectu cuius filius certus eſt, & cũ qua maiorem cognationem habet non admittitur, a bonis auiæ remotioris a fortiori excludendus erit vt contra Soccinũ conſi.148.num.7.volum.1.reſoluit bene Tellus hic.nu.24.&.25.allegando Matheſilan. Ioannem Baptiſtam & alios.

3 ¶ Quid tamen ſit in ſucceſsione conſanguineorũ ex parte matris an admittantur filij damnati, & detur inter eos reciproca ſucceſsio eſt elegantis dubitationis in quavidebatur ſecure dicendũ non dari reciprocam ſucceſsionem. Quia cum.l.loquatur in matrẽ, deſicata radice ipſius id eſt ſucceſsione eius prohibita deſicantur fructus in ramis & materna ſucceſsio prohibetur atque infecta primitiua inficitur deriuatiua ex doctrina Bal.in.l.final. C.de verborum ſignificatione qua fortiſſima ratione id ante noſtram.l.tenuerũt Dinus in tractat. de ſucceſsio. abinteſtato.c.de inceſtuoſis & nefarijs cui acceſſerunt plurimi notabiles viri Matheſil. in eodem tracta. colum. penult.verſiculo ſecundum membrum.Hoſtien.in ſumma qui filij ſint legitimi in princ.Ioan.Faber in. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orficianum. Anania, conſi.95.Abb.conſi.50. lib.2 Detius conſi.311.volum.1. & idem contra deciſsionem conſilij Neapolitani. tenuit Matth.de Afflictis, deciſsio.96.per totam Alexand.conſil.75.num.3.lib.5. Graucta.conſil.6.Guillel. Benedi.in.c. Rainuntius verba & vxorem.num.206. Fulgoſius conſi.36.Bertr.conſil.6.Ale. conſil.57.libr.4. in fine & ex noſtratibus Gomez hic.num.51.Rojas de ſucceſſionib.abinteſtato.c.26.&.27.intelligẽtes tex.in.l.ſpurius.ff. vnde cognati procedere tãtum in vulgo quæſitis non filijs natis ex coitu damnato. Sed eos excludi a conſanguineorum ex parte matris bonis. ¶ Contraria tamen ſententia vt
ſcilicet.l.noſtra filios natos excoitu puni 4
bili a bonis conſanguineorum ex parte matris excludat ex eo iuſtiſsime conſtat quod cum lex tantum loquatur in ſucceſſione matris, reſpectu cuius peculiaris quædam ratio verſatur odium ſcilicet coitus punibilis. Imo & iure communi prohibita erat eius ſucceſsio vt ſupra diximus, merito ad ſucceſsionem cõſanguineorum ex parte ipſius ea prohibitio nõ extẽditur. Sed caſus iſte erit decidendus ſecũdum iuris communis diſpoſitionem, qua damnatus excluſus a ſucceſsione matris ſeu aſcendentium non excludebatur a bonis collateralium ex parte ipſius vt paſsim

vt paſsim ſcribentes probauerunt & ita
etiam de iure communi intelligendo. l.
ſi ſpurius. Vnde cognati generaliter in
omni filio excoitu damnato hanc ſecun
dam partem intelligentes, veriorem di-
xerunt Cinus in authentica.itaque.C.cõ
munia de ſucceſsionib. Iſernia in. c. 1.§.
naturales.in fine.ſi de feudo fuerit con-
trouerſ. Angelus in authentico quib.mo
dis naturales efficiuntur ſui.§.fin. nu.18.
Corne.in.l.ſi qua illuſtris column.final.
Ioan. Baptiſta num.57.C.ad Orficia. &
iterum, Corneus conſil.21.lib.1.vbi dicit
hanc cõmunẽ,& conſi.234.colum.pen.
lib.4.Curtius Iunior,conſil.227.& Co-
uar.in.4.2.parte.c.8.§.5.num.final.Gre
gor.in.l.11.titul.13.par.6 glo.magna ad
finem. itaque fuiſſe iudicatum in conſil.
Neapolitano reluctante Afflicto teſtatur
ipſe Afflict. deciſione. 96. quorum
ſententiam libenter amplector ex ratio-
nibus ab ipſis adductis.

*SVMMARIVM.*

*Filijs etiam ex damnato coitu procreatis quintum à matre relinqui poteſt. numero. 1.*

## gloſ.7.l.9.

P*Ero bien permitimos que les puedan
mandar en vida o en muerte haſta la
quinta parte de ſus bienes y no mas de la
qual podian diſponer por ſu alma.* ergo
filijs etiam damnatis legitimis exiſtenti-
bus quintum iure ſucceſsionis poteſt re-
linqui vel in vita irreuocabiliter ipſis do
nari, dummodo aliud quintum pro ani-
ma non relinquatur in quo iuris commu
nis correctoria eſt vt diximus in gloſsis
præcedentibus nempe autentic.ex com-
plexu.C.de inceſtis nuptijs, authentica li
cet.C.de naturali. liberis ibi. *Omni pror
ſus beneficio excludantur.* authenti. qui-
bus modis naturales efficiantur ſui.§.fin.
gloſ.in dicta.l.ſi qua illuſtris. & Bart. in
l. final.num.4.ff. de hijs quib. vt indig-
nis.Alexan.conſi.174.in fine. volum.5.
filios damnatos omnino a matris ſucceſ-
ſione excludentes, quatenus eam accipẽ
rent iure ſucceſsionis & non alimento-
rum.Et merito legitimis ſuperſtitibus dã
nati quintum iure ſucceſsionis habent.
Cum ſi mater id legare vel aliter ad libi-
tum de eo diſponere valeat, neque vllum
filijs preiuditium inde generetur.cum le
gitima ipſorum non ſit, quorum reſpe-
ctu damnati excluderentur dari nõ poſ-
ſit ratio ſufficiens qua à quinto exclude
rentur contra matris diſpoſitionem vn-
de cum Couarrub. quem ſupra retuli-
mus. gloſ. 4. in fine hanc ſententiam ſe-
quor.

*SVMMARIVM.*

*Quintum etiam filio damnato à matre relictum acquiritur ei in proprietate & iure ſucceſsionis ab ipſo capitur ita quod de eo ad libitum, diſponit. num. 1.*

*Quintum de quo in. l. 10. in proprietate etiam acquiritur, & in hoc correctoria. num. 2.*

*Filius de quinto poſtquam id accipiat an ad libitum excluſsis aſcendentibus valeat diſponere. num. 3.*

*Filio cui relinquitur quintum decedente abinteſtato ad quem expectet. num. 4.*

## Gloſſa.8.l 9.

D*E la qual deſpues que la huuieren* 1
*puedan diſponer en vida, o al tiempo
de ſu muerte los dichos hijos illegitimos co
mo quiſieren.* ergo quintum a matre filio
etiam damnato relictum non ſolum quo
ad vſumfructũ, ſed quo ad proprietatem
etiam acquiritur ei, ita quod in vita vel
morte ad libitum de eo diſponere pote-
rit, quod ex ea ratione procedit quia
quintum de quo in hac.l. non ſuccedit



loco alimẽtorum ſicut quintum de quo
in.l.ſequenti. Sed iure ſucceſsionis capi
tur vt diximus in gloſis præcedenti.qua
ratione nimirũ ſi pleno iure ipſi acqui-
2 ratur. ¶ Si enim ad alimenta filio dãna
to relinqueretur, quamuis de iure cõmu
ni non ita pleno iure legatũ quinti ſibi
quærebatur, ꝙ poſſet ad libitũ de eo diſ
ponere, ſed morte filij legatarij finieba-
tur.l.cum hij.§.ſi vni pluribus ve.ff. de
transſactionib.l.titio vſusfructus. ff. de
vſufruc. legato.l. dominus in fine.ff.de
vſufruc.& aduertunt Bal.in.l.eam quam
nu.41.C.de fideicõmiſ. & in authẽt.cui
relictũ in fine.C.de in dicta.viduitate tol
lenda.Bar.in.l.donationes.§.ſpecies.ff.
de dona.hodie tamen per.l.10.ſequentẽ
pleno iure acquiritur filio & poterit ad
3 libitũ de eo quinto diſponere. ¶ Dũ ta
mẽ per hãc.l.quintũ a filio iure ſucceſsio
nis capitur & libera ſibi facultas diſpo
nẽdi ad libitũ de ipſo cõceditur, aperte
deducitur ꝙ etiam ſi haberet aſcenden-
tes poterit libere extraneo id quintũ re-
linquere quod manifeſtiſsime probatur
tam ex verbis.l.ibi. *Como quiſieren.* quã
quod ſi eadem facultas excludendi filiũ
a quinto matri concedebatur, a fortiori
cõceſſa filio excludẽdi ecõuerſo ipſam
videtur ex argumẽto ab vrgẽtiori obli
gatione matris reſpectu filij vel ſaltẽ a re
ciproca quæ datur vni reſpectu alterius
ex fere infalibili regul.reciprocæ ſuceſ.
4 quam ſupra retulimus in.l.6. ¶ Si tamẽ
filius acepto quinto & matre ſuperſti-
te inteſtatus moriatur eſt ingenioſæ du-
bitationis an mater in eo quinto ſucce-
dat.& cum.l. tantũ filio dederit faculta
tem diſpoſitiuã, & matrẽ hæredẽ non ef-
ficiat, decedẽte filio inteſtato videtur ipſã
excludi, ſicut ecõuerſo matre mortua ab
inteſtato filius a quinto excluderetur de
cidendo hanc dubitationẽ ſecundũ ius
cõmune quo inter filiũ damnatũ & ma-
trem reciproce ſucceſsio prohibetur ꝙ
& verũ, & notatu dignũ credimus, niſi
mater poſtquã filio quintũ dederit, pau
per ita efficeretur quod ſibi deberentur
alimenta, quia tunc decedente filio abin
teſtato crederem matrem eſſe alendam.

*SVMMARIVM.*

*Coitus punibis ante.l.hanc dicebatur omnis à lege punitus licet non pœna mortis. num. 1.*

*A noſtra lege datur regula quædam qua damnati filij cognoſcantur ad excludẽdos eos a matris ſucceſsione. num. 1.*

*Ante.l.hanc coitus damnatus dicebatur inter coniugatum & ſolutam. nu. 2.*

*Confirmatur per hanc. l. Pauli Caſtrenſ. opinio. num. 2.*

*Non ſufficit matrem damnari pœna mortis ciuilis vt coitus dãnatus dicatur ad effectum excludendi filium. num. 3.*

*Sufficit accuſabilẽ & punibilem eſſe coitum pœna mortis licet mater non condemnetur vt filij ex eo procreati â matris ſucceſsione excludantur. nume. 4. & 5.*

*Filij adulterini hodie per hanc.l. damnati dicuntur vt â matris ſucceſsione excludãtur. num. 6.*

*Coitus adulterij ſimul cum inceſtu iuſte punibilis per hanc.l. num. 7.*

*Inceſtus punibilis per hanc.l. & inde filij inceſtuoſi damnati. num. 8.*

*Intellectus legum partitarum quæ de pœna inceſtus loquuntur. num. 8.*

*Quis proprie ducatur coitus inceſtus. numero. 9.*

*Coitus nefarius inter deſcendentes & aſcendentes quis. num. 10.*

*Coitus inter Chriſtianam & Mahometicum punibilis per hanc.l. num. 11.*

*Coitus mulieris cum proprio ſeruo punibilis per hanc.l. num. 12.*

*Coitus inter famulum & filiam vel conſanguineã domini, an punibilis ſit per hanc.l. num. 13.*

## gloſsa. 9. l. 9.

Y *Queremos y mandamos que enton-*
1 *ces ſe diga dañado y punible ayunta-*
*miento, quando la madre por el tal ayun-*
*tamiento incurriere en pena de muerte na*
*tural.* In quo lex eſt correctoria iuris cō
munis, quo punibilis coitus ad excludē
dos filios a matris ſucceſsione non tantū
ille propter quē mater incurreret pænā
mortis naturalis dicebatur. Sed omnis
a lege damnatus & punitus licet non pæ
na mortis vt notat Bart.in.l.final.col.2.
ff.de hijs quib. vt indignis. & aduertit
Palatius hic.num.30.& Tellus. num.3.
Gregorius.in.l.11.tit. 13. part.6.verbo.
ex damnato coitu.Coua.in.4.2.pa.c.8.
§.5.n.15.Olanus in verbo, coitus.nu. 4.
conſtituens in hoc.l.noſtra regulam in-
falibilem qua de inceps damnati filij
cognoſcantur ad excludendam non le-
uem controuerſiam dubitantium, qui ve
re damnati dicerentur, plurimi damna-
tos dicentes adulterinos, inceſtuoſos, ne
farios, imo & natos ex coniugato & ſo
luta, alij vero negantes adulterinos eſſe
damnatos & ſecure tenentes natos ex
coniugato & ſoluta non dici procreatos
ex coitu punibili. Sed tantum ſpurios,
quæ contrarietas omnino ſummouetur
a noſtra.l.dū natos ex coitu propter quē
mater incurreret pænā mortis naturalis
dānatos nuncupat & a matris ſucceſ.ex
cludit.ex cuius.l.reſolut.ſequentia nota
2 bilia deducūtur. ¶ Primū quod quāuis
de iure cōmuni verior ac receptior ſentē
tentia fuiſſet coitum inter ſolutā & con
iugatum dānatum eſſe ex eo quod mari
tus vxori per eum iniuriam irrogabat.
& quia negari non poteſt eſſe hunc coi-
tum adulterinū, vt bene probauerūt An
gelus Aretinus in.§. nouiſsime inſtit.ad
Orficia.Ioan. Baptiſt.in l.ſi qua illuſtris
col.2.C.ad Orficia. & dixit veriorē De
tius conſi.306.& Couarr.in.4.2.parte.
c.8.§.5.num.15.verſi.ex quibus dubiū.
Egidius Boſius in tractatu de coitu dam
nato & punibili num.22.vſque ad num.
30. hodie tamen per hanc. l. damnatus
non eſt. cum per eum mater pænam
mortis naturalis non incurrat. & con-
ſequenter filius matri erit legitimus hæ-
res ex teſtamento & abinteſtato.in quo
l.noſtra confirmat Pauli & aliorum opi
nionem econuerſo dicentium coitum
hunc non eſſe damnatum, neque aliqua
pæna per legem exteriorem punitum
maxime excluſsionis filij a ſucceſsione
materna. Eſt enim Paulus conſilio. 34.
num.4.volum.2. quem in hoc ſequun-
tur Alexand.conſilio.134. volumi. 7.
Aymon.conſil.166.colu.2.Soccin.con
ſil.148.volum.1.colum.2.& Dubitan-
do Detius conſil.311.Salicet.in.l.ſi qua
illuſtris num.3.C.ad Orfician. vbi Cor
neus.colum.2.Ioan.de Platea in.§.1. in-
ſtituta.eod.tit.colu.1. quorum ſententia
quamuis ante hanc. l. dubitatiſsima erat
imo verior contraria ex Couar. & alijs.
hodie tamen per eam confirmatur quan
tum ad hoc vt talis filius ex coniugato
& ſoluta vt damnatus nō excludatur a
matris bonis. ¶ Secundo ex eadem.l. 3
deducitur nō ſufficere quod mater prop
ter delictum incurreret pænā mortis ci-
uilis, ſed neceſſario requiri quod talis
coitus pænā mortis naturalis mereatur
dū.l.dicit: M*uerte natural*. quæ ciuilē ex
cludit neq; vna ad aliam extenditur, niſi
in caſsibus a iure expreſsis vt diximus
in gloſ.4.prope finem legis.4.& in ſpe
cie aduertit Palatius hic.nu.33. ¶ Ter 4
tio, & vtiliter aduertendum eſt non eſſe
neceſſarium quod mater de tali delicto
propter quod incurreret pænam mortis
naturalis accuſſaretur & cōdēnata eſſet
vt filij nati ex tali coitu ab hæreditate
eius reppellerētur neq; legē accuſationis
exercitiū ſeu actū executionis reſpexiſſe
intelligitur. Sed tātum delictum fuiſſe cō
miſſū & coitū habitū, filiosq; ex eo pro
creatos, & deniq; matrem poſſe accuſa
ri, licet nō accuſaretur conſtinuēs ſuffice
re ꝙ in potentia ſit coitus accuſabilis &
morte



morte naturali a lēge punitus vt ex hac
potentia filius redderetur in ſucceſsibi-
lis. quod manifeſtiſsime probatur a. l.
dum dicit. *Quando la madre por el tal*
*ayuntamiento incurriere en pena de muer*
*te natural*, & de iure communi bene cō
ſiderauit ſpeculator in titulo de ſucceſ-
ſio.abinteſtato.num.22.verſi. numquid
& nu.22.verſi.ſed damnati.& poſt eum
Soccinus conſi.148.nu.4.&.5.& poſt
Paleotum de notis & ſpurijs.c.40.nu.6
reſoluit noſter Tellus in præſenti nu.12
5 &.13. ¶ Quarto, quod. l. iſta requirit
coitum eſſe dāmnatū pæna mortis natu-
ralis ex parte matris, quo ad hunc effe-
ctū tantum vt filij ex tali coitu procreati
ab eius bonis repellerētur, nō vt genera
liter quo ad omnes alios effectus is ſo-
lus coitus dicatur dānatus. Sed omnes
qui a lege ante noſtrā dānabantur etiam
dāmnati de inceps nuncupentur vt ad
uertit Greg.in.l.11.tit.13.p.6.gl.verbo,
natus ex dānato coitu.col.1.verſi.hodie
vero per.l.9.& modernus Olanus in an
tinomijs verbo coitus dānabilis nu.42.
& ex noſta.l. probatur dum excludens
filios dānatos a matris ſucceſsione quo
ad hunc effectū damnatū vocat natum
ex coitu punibili pæna mortis naturalis.
6 ¶ Quinto, infertur legē proprie verifica
ri in filio nato ex adulterio a muliere cō
iugata & viro ſoluto vel cōiugato, quia
licet de iure cōmuni & partitarū pæna
mortis naturalis in mulierē adulterā non
ſit ſtatuta, authē. Sed hodie.C. de adulte
rijs.l.15.tit.18.pa.7. & late agit Tiraq.
de legib.connubialib.l. 13.nu. 19. cum
alijs, iure tamen regio nouiori ius anti-
quum fuit inmutatū & mortis naturalis
pæna adulterium punitum.l.1.tit.7.lib.
4.fori.l.2.in fi.tit.15.lib.8.ordina.l.80.
81.&.82.harum legum, neque obſtabit
quod prædictæ leges non ſpecialiter pæ
nā mortis naturalis adulteræ vxori de-
ſignauerint. Sed liberā marito puniendi
ipſam vſque ad mortē facultatem dede-
rint. Quia ſufficit coitū hunc ex permiſ-
ſione.l.& voluntate mariti damnatū eſſe
& punitum morte naturali vxoris vt pæ
nā mortis naturalis ex tali coitu ipſas in
curriſſe dicatur cum non ex mariti per-
miſsione. Sed ex legis diſpoſitione cui
ſe propter adulterij delictū ſubdit pænā
mortis incurrat & maritus non permiſ-
ſiue. Sed tanquā legis executor & mini-
ſter occidat eam, qua ſingulari ratione
ingenioſe ad.l.regni pēſitata poſt longā
diſputationē, ita reſoluit noſter Tellus
in præſenti nu.9.vſque ad nu.13.& ſum
marie tenet Couarru.in.4.2. p.c. 8.§.5.
nu.15.& idem confirmat Rojas de ſuc-
ceſ.abinteſtato.c.26.num.29. vſque ad
nu.32. reprobando omnes meritiſsimū
Gregorium qui dicens eſſe articulū hac
tenus non conſideratum ſub dubio eius
deciſsionem relinquit. quod euidentiſsi
me probatur a noſtra.l.dū dicit. *Quan-*
*do la madre por el tal ayuntamiento in-*
*curriere en pena de muerte natural*. quæ
tantum conſiderat pænam qua mater pu
niri poteſt & incurrit propter delictum
& non qua poſtea ex remiſsione iniu-
riati. Vel ex alia iuſta cauſa puniretur. ne
que remittendo maritus pænam vxori
a lege ſtatutam legitimis filijs vel cog-
natis quibus ob delictum vxoris ius ad
bona quæſitum fuit præiuditium pote-
rat irrogari. & nimirum ſi coitus iſte a le
ge noſtra damnaretur ad effectum repel
lendi filios a matris ſucceſsione, cum an
te ipſam de iure communi filij adulteri-
ni forent incapaces non ſolum patris ſed
matris ſucceſsione tamquam procreati
ex coitu damnato vt diximus in gloſ.7.
huius legis & probat gloſ. in.§.nouiſsi-
me inſtitut.ad Orficia. quam ibi ſequun
tur Faber.Ange.& Portius. Salicet.in.l.
ſi qua illuſtris.col.1.verſi.quærit gl. De
tius conſi.188.in prin.& conſi.311. Sua-
rez in.l.1.titulo.6.libr.3.fori.in.c. ſuc-
ceſsiones filiorum ſpuriorum ex parte
matris Paleot.de notis & ſpurijs.c.43.
vnde in coitu adulterij rectæ verifi-
cantur verba noſtræ legis. ¶ Sexto, 7

a fortiori.l. noſtra verificatur in coitu
adulterij ſimul cum inceſtu. Quia cum
7 mater propter concurſum ſimilium cri-
minium pænā mortis naturalis incurret
l.ſi adulterium cum inceſtu. ff.de adul-
terijs vbi Bart.idē notat.merito ab eius
ſucceſsione filij ex tali coitu damnato
procreati ex conſtitutione.l. noſtræ ex
cluderentur vt in ſpecie aduertit Gre-
gorius in.d.l.11.tit.13.par.6.verbo.na-
tus excoitu damnato.col.1. poſt mediū
Tellus in præſenti num.5.Rojas de ſuc
ceſsionib.abinteſtato.cap.29.nume.33.
¶Septimo etiā verificabitur in filijs in-
ceſtuoſis, quia propter coitum inceſtus
mater incurrit pænam mortis naturalis
8 quod ſic patet ex.l.3.tit.18.par.7.impo
nitur viro committenti inceſtum pæna
adulterij quæ mortis eſt vt ſupra dixi-
mus & ſtatim imponit.l. ipſa mulieri eā
dem pænam his verbis. *Eſſa miſma pe-
na deuē auer la muger que a ſabiendas hi
ziere eſte peccado*. quæ verba licet poſ-
ſint interprætari ſecundum benigniorem
ſenſum vt ſignificent. *Eſſa miſma pena*.
ſcilicet adulterij & ſic conſtituant mu-
lierē comittentē inceſtum incurrere pæ-
nā adulterij quæ reſpectu ipſius erat de
truſsionis in monaſteriū authen.ſed ho-
die.C.de adulterijs.l.15.tit.17.p.7.tamē
proprius interpretatis ſignificant. *Eſſa
miſma pena*. ſcilicet mortis qua vir pu-
niebatur vt ita conſtituant mulierē ex in
ceſtu ſicut virū penam mortis naturalis
incurrere ex intellectu earū quem ſum-
marie ſentit hic Tellus,nū.6.& Grego.
in.l.penul.tit.13.p.6. gloſ.magna verſi.
hodie vero per.l.9.contra id quod ipſe
Gregorius ſentit in.d.l.3.titu.18.par.7.
verbo,la muger.in princ. quem in hoc
impugnauit(ſecuto Tello)Matienço in
l.7.tit.8.lib.5.nouæ recopi.in prin.glo.
11.& idem ſentit ſummarie Rojas de ſuc
ceſ.abinteſtato.c.26.num.27.credentes
omnes penam inceſtus eſſe mortis natu
ralis etiam reſpectu mulieris. Imo & de
iure communi pæna committentis ince-
ſtum erat mortis vt fatetur Corneus,
conſilio. 19. in princ.volum. 4. Con-
rradus in practica criminali.nume.15.
Quod intelligebant Gregorius in.d.l.3
titu.18.par.7.verbo,la muger,& Iulius
Clarus,verbo.inceſtus,num.2. referen-
do Bart. & alios quando cum inceſtu
adulterium cocurrebat per. l. ſi adulte-
rium cum inceſtu de adulterijs. Sed eo-
rum reſtrictio procedere non poteſt ex
d. l. part. dum dicit. *Eſſa miſma pena
deue auer la muger*. quæ neceſſario eſt in
telligenda in muliere committente ince
ſtum abſque adulterio. Quia ſi adulte-
rium ſimul commiſsiſſet ratione decidē
di careret cum pæna mortis puniretur.
¶Quis tamen proprie dicatur inceſtus
vide in.l.3. tit.18.par.7.vbi per Grego
rium.Bernar.Diaz in practica criminali
c.78.Detius conſi.158. Couar. in.4.2. 9
par.c.6.§.8.Auend.reſponſo.7.& in di
ctionario verbo inceſtus. Iulius Clarus
receptarum ſententiarū verbo, inceſtus.
¶Octauo, poterit.l.noſtra verificari in- 10
coitu nefario inter deſcendentes & aſcē
dentes, qui mortis naturalis pæna puni-
tur.& a fortiori probatur in.l.13.titu.2.
p.4.Grego.in.l.penul.glo.magna. col.
1.in medio.tit.13.p.6. & in dicta.l.3.tit.
18.pa.7.vbi ſe refert ad ea quæ dixerat
in.d.l. penul. ¶Nono, verificabitur
in coitu inter Chriſtianum & Mahome 11
ticum per quem mater incurreret pæ-
nam mortis naturalis.l.9.ti.24.l.fin.tit.
27.par.7.& aduertit Tellus.hic.num.7.
¶Decimo. incoitu mulieris cū proprio
ſeruo per quem pænam mortis natura- 12
lis incurrit.l.1.C.de muli.quæ prop.ſer.
rijs.l.11.ti.13.p.6.& in ſpecie aduertūt
Tel.hic.nu.4.Rojas de ſucceſsioni.ab-
inteſtato.c.26.num.38. ¶Vndecimo 13
hanc.l.verificauerunt. Tellus hic.nū.8.
& Matienço in.l.7.titul.8.lib.5. nouæ
recopilationis.gloſ.11.num.5. in coitu
ſimplicis fornicationis inter famulum &
filiam ſeu conſanguineam domini exi-
ſtimantes per.l.1.titulo.15.libr.8. ordi-





namenti quæ habetur in.l.6.tit.20.lib.8
nouæ recopil.eſſe talem coitum dam-
natum pæna mortis naturalis. quorum
ſententiam improbat Ioannes Rojas de
ſucceſsionib.abinteſtato.c.26.num.35.
dicens quod in dicta.l. ordinamenti ſta
tuta non eſt aduerſus filiam vel conſan-
guineam pæna mortis. Sed contra famu
lum tale delictum committentem vt pro
bat.eadem. l. 1. ibi. *Y que lo maten por
ello*. & conſequenter quod cum mulier
pæna mortis naturalis propter famuli
coitum non damnetur, poterunt filij ex
tali coitu procreati ipſi ſuccedere. Cuius
Ioannis Rojas impugnatio ex ipſa.l.or
dinamenti reijcitur & Telli ſententia cō
firmatur, dum dicit. *Y la que eſte yerro
hiziere que ſea pueſta en poder de aquel
con quien viuiere que la de la pena que
quiſiere, tambien de muerte como de otra
manera*. vbi domino volente aduerſus
filiam vel conſanguineam vti pæna mor
tis naturalis datur ipſi facultas eam occi
dendi & conſequenter iam propter coi
tum cum famulo incurrit mulier pænā
mortis licet executio (ſicut in adulterio
diximus)in domini voluntatem confe-
ratur.quod ex.l.6.titul.20. lib.8. nouæ
recopilationis etiam probatur.

*SVMMARIVM.*

*Filij clericorum à matris ſucceſsione re-
pelli virtualiter in.l.cōtineri probatur.
num.1. Inductio vera legum ordina-
menti.num.2.*

*Filij clericorum an de iure communi ma-
tri ſuccedebant.num.3.& 4.*

*Prohibitio huius ſucceſsionis reſpectu
matris in tribus tantum caſsibus a Gre
gorio verificatur.num.5.*

*Verus intellectus noſtræ.l.num.6.*

*Filij clerici & ſolutæ an matri ſucdedāt
nu.7.vſque ad num.10.*

*Simplicem fornicationē iure diuino pro-
hibitam, num.7.*

*Simplex fornicatio an à lege humana pu-
niatur.numero.7.*

*Coitum ſacerdotis & ſolutæ adulterinum
dixerunt aliqui.num.8.*

*Coitum inter eoſdem inceſtum nūcupari
dixerunt alij.num.9.*

*Simplicem fornicationem inter eos com-
mitti receptius.num.10.*

*Filij ex clericis in minoribus ordinibus
conſtitutis an matri ſuccedant.nu. 11.*

*Clerici in minoribus ordinibus conſtituti
an matrimonium libere contrahant.
num.11.*

*Clericorū apellatione an in minoribus or-
dinibus cōſtituti comprehēdantur.nu.11
12.& 13.cum alijs.*

*Clericorum apellatione an contineantur cle
rici maiores & canonici vel epiſcopi.
num.14.15.& 16.*

*Intellectus ad.c.ſtatutum de electione in
6.num.16.*

*Diſpoſitio pœnalis in genere cōcepta quā
do comprehēdat ſpeciem qualificatam vel
mixtam.num.16.*

*Filij clericorum an ſuccedant cōſanguineis
ex parte matris.num.17.*

*Filij clericorum odioſiſſimi ſunt.num. 17*

*Nepos legitimus filij clerici an auo ſuc-
cedat remiſsiue. num.18.*

*Donatio, vēditio, ſeu legatum an filio cle
rici poſsit à matre fieri.num.19.*

## gloſſa.10.l.9.

*Saluo ſi fuerē hijos dē clèrigos*. ergo fi- 1
lij clericorum ſunt incapaces ſuceſsio
nis matris quamuis propter eum coitū
ipſa non incurrat pænam mortis natura
lis quod omnes in præſenti a noſtra.l.
deduxerunt ex relatione quam facit ad
legem Regis Ioannis ſecūdi Numantiæ
conditam.anno. 1418. quæ habetur in.
l.22.titulo.3. libro.1. ordinamenti di-
centes quod cum ibi filius a ſucceſsio-
ne patris clerici repellatur & in ſucceſ-
ſione matris idem ſeruari conſtituat. l.
noſtra, eadem prohibitio in ipſa virtua-
liter continetur, quaſi conditores eius
deciſsionem. l. Numantiæ quæ in pa-

tris ſucceſsione loquebatur,ad matrem integre extenderent.ita ex verbis noſtræ l.eam prohibitionem deduxerunt Ciſontan.in præſenti. num.4.Palatius nu. 37.Tellus,num.34.verſi.ex vltimis verbis. & bene aduertit Melchior Mieres in tractatu maiorat.2.part. quæſt.2. nu. 16.Ioannes Rojas de ſucceſsionib.abinteſtato.c.27.num.1. per totum. & referendo Menchacam Ioannes Matienço in.l.7.titul.8.lib.5. nouæ recopilation.
2 gloſſa final.in principio. ¶ Ad cuius inductionis veram intelligentiam aduertendum eſt quod Rex Ioannes ſecundus anno.1418.duas iuſtiſsimas leges in ciuitate Numantiæ condidit quibus filij clericorum incapaces ſucceſsionis erant. Vna continetur in.l.22.tit. 3.lib.1.ordinam.alia in.l.2.titu.3.lib.5. eiuſdem ordinamenti.quo præſuppoſito notabis quod ſi relatio noſtræ legis fiat ad.l.2.inductio ſcribẽtium bene procedit. Quia cum in dicta.l.2. nulla fiat mẽtio ſucceſsionis matris ſed patris clerici tantum,ex relatione ad ipſam inducitur ea ſucceſsionis prohibitio. Sin vero conſtitutio noſtræ.l. referatur ad aliam.l.22. non tantum ex relatione quã ex verbis eiuſdem conſtat prohibitam eſſe matris ſucceſsionem dum.l.22. ordinamenti dicit. *Si ſus hijos heredaſſen ſus bienes y de ſus padres.* quæ ad vtriuſque parentis ſucceſsionem neceſſario ſunt referenda ſit tamen ex relatione, vel ex verbis earum legum apertiſsime probatur eius ſucceſsionis prohibitio.
3 ¶ In quo leges clare confirmant veriorem opinionem dicentium quod filij clericorum de iure communi ſunt incapaces ſucceſsionis matris quam tenet Abb.in.cap.venerabilem.num.32. qui filij ſint legitimi idem Abb.Cardina. & Præpoſitus in capit. cum haberet de eo qui duxit in matrimon.quam polluit per adulterium & in capit. notuit. num.19.de electione Ioannes de Platea in princ. inſtitut.ad Orficianum Syluester in ſumma verbo filij. quæſtione. 7.
¶ Contra Ioannem gloſſatorem antiquum in.c.multæ.15.quæſt.fin.Affiictis in conſtitutionib.Neapolita.titul.82.co- 4
lum.2. ¶ Quod poſt longam diſpu- 5
tationem aborigine examinando reſtrinxit doctiſsimus Gregorius. in.l.3. titul. 21.par.4.gloſſa verbo.los de la madre, ad tres tantum caſus in quibus debere legem verificari exiſtimauit ſcilicet quando mater eius coniugata vel conſanguinea, aut clerici concubina eſt, quem in primo caſu ſequitur Montaluo.in.l.10.titul. 5. lib.3. fori. verbo en adulterio ad medium & melius in vtroque Didacus Perez in dicta.l.22.titul.3. lib.5.gloſſ. *No ayan ni hereden.* ad fin. dicens contrarium aliquando tenuiſſe. Sed demum Gregorij ſententiam ve-
ram eſſe. ¶ Quæ ſingularis reſtrictio 6
probatur, quia cum in his tribus caſibus coitus a lege punibilis ſit ex parte matris, licet non pæna mortis vt de coitu cumvxorata & conſanguinea clare conſtat & de publico concubinatu probat late Matienço in.l.6.titul.8.lib. 5.nouæ recopilat.gloſ.2.num.22. cum alijs proprie in eis verificantur verba noſtræ legis ibi. *Aunque por el tal ayuntamiento no incurra la madre en pena de muerte.* ſecundo etiam conſtat, quia.l. noſtra in caſibus in quibus coitus clerici punibilis eſt,tantum verificatur & ad coitum clerici lege non punitum ex verbis & mente extendi non debet quod patet ad ſenſum dum reſtrictio illa. *Saluo ſi fueren hijos de clerigos.* cadit ſubgenerali limitatione.l. ibi. *Saluo ſi los tales hijos fueren de dañado y punible ayũtamiento de parte de la madre.* & ita reſtrictio loquitur de coitu clerici damnato.Tertio, & fortius ex æquiparatione quam.l.facit de coitu clerici ad coitum monialis ſeu monachi profeſsi. ex quo datur intelligi loqui de coitu clerici punibili. cum igitur. l. iſta in caſsibus vbi coitus a lege punibilis eſt neceſſario verifice-



rificetur ad caſus per Gregorium adductos bene adaptatur,neque ad coitũ a lege non punibilẽ extenditur & hoc modo.l.intellecta cõfirmatoria erit opinionis dicẽtium filium damnatũ non poſſe matri ſuccedere de qua in gloſsis præcedẽtibus & reſoluit Bar.in.l.fin.nu. 3. ff. de hijs quib.vt indignis Tel.hic, num. 3.Gomez.13.Couarr.in.4.2.par.c.8.§. 5.num.15.Rojas de ſucceſsio. abinteſta-
7 to.c.26.num. 28. ¶ Ex qua vera reſtrictione Gregorij deducitur filium clerici & ſolutæ ex ſimplici fornicatione procreatum nõ eſſe ſucceſsionis matris incapacem. Quia licet ſimplex fornicatio iure diuino & naturali ſit prohibita, & peccatum mortale vt ſecure fatetur non tamen a lege humana punitur quæ in homine non exigit omnimodam virtutem vt habetur in.c.1.de filijs natis ex matrimonio ad morg.contrac.& per diuum Thomam.in.2.2.q.69.art.2.Gregorium in prohæmio titu.14.par. 4.gl. fina.in fine.Couar.in.4.1.pa.c.4.nu.8. ad finem & conſequenter ſi coitus punibilis non eſt ex parte matris ipſi ſicut
8 antea de iure cũmuni ſuccederent. ¶ Neque aduerſus hãc veritatẽ obſtabit dicere quod coitus iſte inter ſolutam & ſacerdotem ſit adulterinus ex gloſſa in. c. per venerabilem verbo adulterinus, qui filij ſint legitimi.quam dicunt menti tenendam Abb.ibi.num.32.& dicit communem Couarrub.in.4.2. par.c.8.§.5. num.17.ad medium & latius comprobat Plaza de delictis.c.41.nu.3. & conſequẽter punibilis & filij ex eo procrea-
9 ti excluſsi. ¶ Vel ſecundũ aliorum opinionem eſſe hunc coitum inceſtum,filiosque inceſtuoſos ex gloſſa verbo filij in. l.2.C.de epiſcopis & clericis vbi Bald. nu.2.Felinus in.c. cum dilectus num.5. de accuſſat.Bar.& Angelus in dicta.l.2
10 Rol. conſil.6.nu.12. volu. 4. ¶ Quia facile reſpondetur inter ſacerdotem & ſolutam ſimplicem tantum fornicationem committi vt reſoluit Felinus.in.c. at ſi clerici numer.13.&.14. de iuditijs, & dicit. communem Garcia Lupus in. l.ſi qua illuſtris numer.3.C.ad Orficianum,plures per Roland.conſil.12.num. 42. dicit communem & veram Iulius Clarus in.§.inceſtus num.1. verſi. numquid.& in.§.fornicatio.nume.18. & latius reſoluit Rojas de ſucceſsionib. abinteſtato.c.1.num.21. ad finem. & conſequenter ſi committitur ſimplex tantum fornicatio coitus punibilis non erit neque filij incapaces ſucceſsionis matris & reſtrictio Gregorij procederet, & dicentes coitum inter ſacerdotem & ſolutam eſſe a lege punitum & filios incapaces ſucceſsionis matris intelligendi erunt quando ſoluta fuit publica clerici concubina, non ſi forſam ex ſim-
plici fornicatione filij naſcãtur. ¶ Quid 11
erit in filijs clerici in minoribus ordinibus conſtituti an matri ſuccedant videamus, & ſi pater nullum beneficium eccleſiaſticum habeat dicunt plures filium ſuccedere. Quia tunc proprie naturalis eſt & per ſubſequens matrimonium tamquã naturalis legitimatur. Sin vero beneficium eccleſiaſticũ obtineat efficiunt eum incapacem vt quia legitimari nequeat per ſubſequens matrimonium,eo potiſsimum fundamento ducti quod inter parentes rebus ſic ſtantibus non poſsit cõtrahi matrimonium quam diſtinctionem fecerunt Bart.in.l.2.num. 5.ff.de concubin.Anchar.nu.9. Abb. 35. in. c. tanta qui filij ſint legitimi. & in.c.per venerabilem. numer.3. eodem titulo Ludouic.de Sard. in tractat.de legitimat. 2. parte.§.de legitimatione per ſubſequens matrimonium.quæſtione.3. Anton.de Roſel. de legitimat.lib.1. colum.4.Præpoſit. in. d. c. per venerabilem.§. quod autem numer. 12.quorum ſententiam aliqui ex noſtratibus tenuerunt ſtante noſtra.l. vt conſtat ex Ciſontan.in præſenti num.6.& in.l.12.numer. 16 Palatius in rubrica.numer. 39. & in c.per veſtras.3.notabili.§.21.numer.20.

12 ¶ Contrarian tamen ſententiam in vtro
que diſtinctionis caſu veriorem quam
plurimi exiſtimauerunt ex eo quod coi
tus iſte clerici in minoribus conſtituti
a lege exteriori non puniatur ſed filius
inde procreatus vere naturalis ſit, poſsit
que legitimari per ſubſequens matrimo
niũ, imo & ipſe clericus ſub pæna amiſ
ſionis beneficij matrimonium libere cõ
trahat. c. 1. &. 2. de clericis coniugatis.
Qua ratione merito impugnantes Bar.
ſententiam, qui cum totius iuris lucerna
foret huius veritatis principia ignorauit.
eam ſentẽtiam tenuerunt Ioan. Andreas
in regul. ſine culpa. colum. 5. verſic. ad
primum de regul iuris in. 6. Præpoſitus,
in. c. tanta, num. 12. qui filij ſint legitimi
Bald. in. c. 1. §. naturales, ſi de feudo fue-
rit controuerſ. inter domin. & agnatum,
vaſſa. & ex noſtratibus Gregor. in. l. 1.
gloſſa. mag. titu. 13. par. 4. Couar. de ſpõ
ſalib. 2. part. c. 8. §. 2. nu. 3. & §. 5. nu. 17.
verſi. nec temere diximus. Didac. Perez
in. l. 22. titul. 3. lib. 1. ordinamenti. colum.
168. verſi. queritur, Tellus Ferdinãdez
in præſenti, num. 3. Rojas de ſucceſ. abin
teſtato. c. 27. numer. 20. & 21. referendo
Dueñas & alios, quorum ſententia a mẽ
te & verbis. l. clare deducitur. ibi. *Saluo
ſi fueren hijos de clerigos, o freyles, o fray
les o monjas profeſſas.* quæ dum æquipa
rant eas perſonas & coitum ab ipſis ha
bitum neceſſario ſunt verificanda in cle
ricis in ſacris ordinibus conſtitutis, qui
matrimonium cõtrahere nequeunt, ſicut
neque monachi profeſsi quibus a lege
æquiparantur. & iterum confirmatur ex
legibus ordinamenti, dum omni titu-
lo vetant, donationis ſeu venditionis vel
alio legitimo filios habere bona clerici
patris ſui, omniaque priuilegia in con-
trarium conceſſa ab ipſis abrogãtur quæ
ſimiliter verificantur in clericis in ſacris
conſtitutis, & ad clericos in minoribus
nequirent proprie adaptari cum reſpe-
ctu ipſarum filij vere naturales ſint &
per ſubſequens matrimonium tanquam
naturales legitimentur. ¶ Quod non 12
careret difficultate ſi a mente & verbis
legum regni non deduceretur. cum ap-
pellatione clericorum receptiſsimum ſit
comprehendi etiam in minoribus conſti
tutos, ſecundum gloſ. Abbatem. & om-
nes. c. non licet deprehend. vbi Detius.
num. 17. Rolan. conſil. 16. nu. 10. vol. 4.
Palatius in rubr. de dona. inter. §. 42. nu.
8. non ſolum in materia fauorabili, ſed
odioſa. argum. c. clerici in princ. de vi-
ta & honeſt. clericorum, & ſecundum
communem relatam a Suarez in diſpu-
tatione maioratus, colum. penult. & ſatis
colligitur ex ethimologia verbi clericus
relata in. c. cleroſ. 21. diſtintion. & in. c.
duo ſunt. 12. quæſt. 7. & concilio Tridẽ.
ſeſsion. 22. c. 1. Alciatus. lib. 5. parerg. c.
22. Trocius. de vero & perfecto cleric.
c. 1. Ioan. Igneus. in. l. fidei commiſſum.
numer. 227. ff. ad Sylanianum. ſed quia
clare deducitur nihil impedit ex ſtricta
eius verbi ſignificatione clericos etiam
in minoribus conſtitutos comprehendi,
non enim principaliter conſiderauit. l.
qualitatem clericatus ſed naturã coitus,
vt inde deduceretur quis foret damna-
tus ad efficiendos filios matris ſucceſsio
nis in capaces, cum igitur filius clerici in
minoribus cõſtitutus naturalis ſit & per
ſubſequens matrimoniũ legitimetur, ne-
ceſſario dicendum eſt. mentem. l. ad ip-
ſum non extendi neque materna ſucceſ.
in capacem eum fuiſſe. Sed proprijſsi-
me verificari in filijs præsbyterorũ vel
eorum qui matrimonium contrahere ne
queunt. ¶ Ex quo econuerſo vtiliter 13
deducitur quod quamuis ex proprieta
te verbi clericus maiores clerici non cõ
prehendantur, vt ſunt qualificati nempe
canonici vel epiſcopi vt docet Abb. in
rubr. de vita & honeſtate clericorum ad
finem receptus a communi teſte Aufre
rio in repetitione Clement. 1. in prin. de
officio ordinarij, Felinus. in. c. non du-
bium, num. 1. de ſententia excommunica
tionis Præpoſit. in. c. 1. 21. diſtint. Abb.





in. c. bonæ notab. 1. depoſtula. prælato-
rum. Federic. de Senis. conſi. 73. factum
tale eſt per tex. in. c. ſtatutum de electio.
in. 6. & hanc dicit communem Detius
in. d. c. non liceat num. 18. depreben. Al
cia. in. l. 2. numer. 9. de verborum oblig.
Ruin. conſil. 18. num. 17. volum. 2. Rimi-
nal. conſil. 105. nu. 33. inter conſilia cri-
minalia, volum. 1. & late reſoluit Vincẽ
tius de Herculanis in diſputation. final.
colum. penul. ex verbis tamen & mente
noſtræ. l. etiam hij clerici comprehendũ
tur & filij eorum matri nõ ſuccederent.
Cum ita coitus iſte damnetur, ſicut a cle
ricis inferioribus habitus & l. tantũ reſ-
14 pexerit coitum damnari. ¶ Imo & de
iure communi contra prædictorum ſen-
tentiam verius exiſtimo clericorum ap-
pellatione canonicos & epiſcopos atq;
omnes ſuperiores clericos qualificatos
cõtineri tam in fauorabilibus quã odio
ſis ex opinione Cardinalis in. c. bonæ in
prin. notab. 2. depoſtulat. prælatorum.
Detius in. d. c. non liceat colum. 2. & 3.
iuxta. d. c. clerici de vita & honeſt. cleri.
& in. c. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. &
quia conſtitutio quamuis odioſa inter-
pretari debet vt comprehendat omnes
ſpecies quas ſignificatio verborum com
prehendit argu. l. cum lex. & ibi Aretin.
de teſtamen. & in. l. 1. §. quod autem de
aleæ luſu. vbi reponi negatiua de-
bet, que eſt *non*, in illis verbis quod pu
tauerunt ex Antonio Auguſt. lib. 4. emẽ
15 dation. pag. 227. ¶ Neque obſtabit di-
ctum. c. ſtatutum nam primo probat ſe-
cundum communem teſte Barbatia. in.
c. cum acceſsiſſent colum. 11. de conſtit.
& in tractatu de præſtantia Cardinaliũ.
1. par. quæſt. 7. Selua de benefi. 1. par. q.
5. nu. 6. diſpenſationẽ pænalem generi
cè conceptã non inducere ſpeciẽ qualifi
catam ſeu mixtam & conſtat ex illis ver
bis. *Cum pœnale ſit.* idque nõ ex defectu
ſignifiationis. Sed intentionis vt ſignifi-
cat verbum illud. *Declaramus.* vel ſecun
do, & melius cum Detio dic ſolum pro
bari in illo tex parrochialem, collegia-
tam. quia dignitas eſt iuxta. c. niſi depre
bend. non includi ſub collegiali ſimpli-
ci de qua agit tex. in. d. c. licet canon de
electione in. 6. quo ſtatuitur obtinẽtem
dignitatem eſſe priuandum tantum ſi nõ
fuerit promotus tẽpore a iure præſcrip-
to. denique præter Detium & alios pro
bat tex. ille. l. pænalem reſtringi etiam ſi
non tendat in fauorem eccleſiarum & a-
nimarum ſimul contra glo. verbo, alios
in. c. ſciant cuncti de election. licet eam
cõmendet Iaſſ. in. l. cum quidam. nu. 25.
de lib. & poſthum. Gomezius regul. de
publica. reſign. quæſt. 3. Rebuf. in con-
cordan. titulo. de excommunica. non vi
tand. §. præterea. neque dictũ. c. quia pe-
riculoſum probat cõmun. opi. cum epiſ
copi ex defectu intentionis non compre
hendantur ſub interdicto contra cleri-
cos. idque propter dignitatem pontifica
lem vt probatur ex illo tex. & c. 2. de of
ficio delega. in. 6. Barbat. in. c. paſtoralis
num. 18. de officio delegati Gomezius
in prohæmio regul. cancel. quæſt. 1. co-
lum. 2. ¶ Quid tamen erit dicendum 16
in ſucceſsione conſanguineorum ex par
te matris, an filij clericorum ipſis ſucce-
dant & inter eos detur reciproca ſucceſ
ſio. Quia licet ſupra dixerimus gloſ. 6.
num. 4. veriorem eſſe ſententiam dicen-
tium filios damnatos eſſe capaces ſucceſ
ſionis conſanguineorum ex parte matris
hæc tamen proles magis odioſa ſemper
fuit non ſolum iuris canonici conſtitutio
nibus ſed & regni legibus vt conſtat ex
Concilio Toletano. 9. c. 10. & c. cum
multæ, 15. quæſt. 8. & aduertit Couar. in
epithome de ſponſalib. 2. par. ca. 8. §. 5.
num. 17. Menchaca de ſucceſ. creatione.
§. 10. num. 648. verſi. in fero quod ſi im
perator. vnde nimirum ſi a bonis cõſan
guineorum ex parte matris repellantur
ſecundũ vnam ex hijs opinionibus quæ
damnatos filios repellit. quod euiden-
tius probatur ex verbis noſtræ. l. ibi.
*Que ſe guarde lo contenido en la ley que*

*hizo el ſeñor Rey don Iuan el primero*
*en la ciudad de Soria.*ex qua.l. Soriæ cla
re deducitur non poſſe filios clerici ſuc
cedere conſanguineis patris vt videre eſt
in.l.2.tit.3.lib.3.ordinam.& in.l.22.ti.3.
lib.1.quæ habetur in.l.6.titu.8.lib.5.no
uæ recopi. & conſequenter.l.noſtra per
relationem ad ipſas virtualiter confir-
mat eam prohibitionem, quo argumen.
id ſecure tenet Ciſontan. in præſenti.nu.
12.Gomez.num.51.Gregor.in.l.11.titu.
13.par.6.gloſ.magna.& Acoſta in. c. ſi
pater verbo omnia num.13.de teſtam.in
6.& alij ex hijs quos in.d.gloſ.6.nu.4
retulimus. ¶ Sed ea opinio impugna-
17 tur tam ex eo quod in filijs damnatis di
ximus ſupra in gloſſa.6.numer.3. &.4.
quam ex verbis fortiſsimis.l.ibi. *Manda
mos que ſe guarde lo contenido en la ley
que hizo.*quæ neceſſario ſunt accipien-
da vt iubeant ſeruari prohibitionem.l.
Soriæ reſpectu ſucceſsionis matris de
qua.l.ipſa fecit mentionem vt ſicut in. l.
Soriæ patris ſucceſsio prohibetur virtua
liter a noſtra.l.per relationem ad ipſam
matris ſucceſsio tantum prohibeatur ne
plus legis relatæ contineatur in referen-
te reſpectu ſucceſsionis filiorum quam
in ipſa lege referente habetur. Sed ea tan
tũ prohibitio ſucceſsionis matris de qua
principaliter agit velit. l. noſtra confir-
mare per relationem ad.l.Numãtiæ quo
fortiſsimo fundamento credo ſucceſsio
nem filiorum clericorum in bonis con-
ſanguineorum ex parte matris non eſſe
regulandam ſecundum ſucceſsionem cõ
ſanguineorum ex parte patris quæ per
legem Numãtiæ prohibita eſt ſed in diſ
poſitione iuris remanere quo matris con
ſanguineis filij ſuccedebant, cuiuſcũque
eſſent qualitatis vt diximus in.d. gloſſa
6.nu.3.&.4.longe enim differunt ſuc-
ceſsio matris & patris & facilius mater
na quã paterna permittebatur, magisque
odioſi ſunt clericorum filij reſpectu ma
tris quam patris, vnde nimirum ſi prohi
bitio legum ordinamenti reſpectu ſuc-
ceſsionis patris ad caſum nõ expreſſum
in noſtra.l.ſucceſsionis conſanguineorũ
ex parte matris non extendatur vbi mi-
nor ratio verſatur. ¶ Quid in nepote 18
legitimo ex filio clerici vide Gregor. in
l.11.titu.13.par.6.gloſſ.5. verſi.ex quo
ſimiliter Couar.in.4.2.par.c.8.§.5.nu.
13.&.14.Olan.in antinomijs verbo ne-
pos.num.4.cum alijs. Ioannes Matien-
ço in.l.6.titul.8.lib.5. nouæ recopilat.
gloſ.8.num.21.vſque ad num.25. ¶Erit 19
tamen neceſſarium aduertere dum.l. di-
cit. *Mandamos que ſe guarde lo conteni-
do en la ley.* an per hæc verba in totum
confirmauerit. l. noſtra reſpectu matris
quod in.l.Numantiæ continetur reſpe-
ctu patris.ita quod filij clericorum non
ſolum ſucceſsionis incapaces ſint, ſed &
donationis, venditionis, ſeu legati, &
quamuis exceptio.l.ibi. *Saluo ſi fueren
hijos de clerigos.* a regula declarationem
accipiat & ſecundum eam reſtringi de-
beat vt prohibitio in ſucceſsione matris
tantum videatur verificanda ex mente
& ratione.l.prohibentis hanc ſucceſsio
nem caſus contenti in.l.Numantiæ con-
firmata compræhenſi etiam cenſentur
in Taurina confirmante & alias effectu
careret. l. cum ſi non ſucceſsionis iure,
ſaltem titulo donationis vel emptionis
ficte haberent filij clericorum bona.

*SVMMARIVM.*

*Monachi non veniunt apellatione cleri-
corum.num.1.*
*Monachi non profeſsi libere matrimo-
nium contrahunt. num.2.*

## glo.11.l.9.

O *Frayles, o freyles, o mõjas profeſſas*
neceſſario. l. exprimit monachos,
qui ſecundum veriorem opinionem
apel-



appellationẽ clericorum non continen
tur.l. omnes.§. præterea.C.de epiſco.&
clericis.clem. 1. vbi Abb.ne clerici vel
monachi Felin.in.c.fin.circa princip.de
2 Simon. ¶ Bene etiam exprimit mona
chos profeſſos, cum ante profeſsionem
libere valerent matrimonium contrahe-
re.& filij ad matris ſucceſsionem admit
tantur, vt aduertit Palatius hic.num. 41.

# Ad.legẽ.10. Tauri, explicatio.

*SVMMARIVM.*

*Filio habenti vnde ſe alere poſsit alimẽ-
ta non debentur num.1. Intellectus.l.
num.2.vſque ad finem.*
*Quintum de quo in hac.l.an filio diuiti
poſsit dari.num.2.3.&.4.*
*Quintum quod capitur iure ſucceſsionis
etiam filius ditiſsimus accipit.nu.4.*

## Gloſſa.1.l.10.

1 Q*Ve en caſo que el padre o la madre
ſean obligados a dar alimentos a
alguno de ſus hijos.*ergo in omnibus caſsi
bus in quibus parentes filios illegitimos
alere non tenentur cõpelli non poſſunt
quintum eis relinquere cum deficiat pri
meua ac fundamentalis ratio huius obli
gationis & conſequenter cum filio ha-
benti vnde ſe alere poſsit alimenta non
debeãtur.l.ſi quis à liberis.§.ſed ſi filius.
de liberis agnoſcen.l.fin.§.ipſum autem
C.de bonis que liberis ibi. *Si inopia ex
vtraque parte vertitur.* & reſoluunt no-
tanter Detius conſi.576.Alexan.conſi.
74.nume.4.lib.2.Aymon.conſil. 199.
num.1.Calcaneus.conſi.72.num.14. &
plurimos referẽdo Molina lib.2. de Hiſ
pan.primogen.c.15.num.46. Rojas de
ſucceſsion.abinteſta.c.22. in princ.Lara
de alimentis.§.cum filius in prin.non te
nerentur eidem parentes quintum relin
quere neque ad id poſſent compelli.
¶ Ex quo reprobamus meritiſsimum 2
Couar.qui in.4.2.p.c.8.§.6.nu.10.au-
thoritate Aymonis conſi.199.non bene
conſiderans mentem & verba.l. ſecure
tenuit filio diuiti, poſſe quintum legari
quod etiam eiuſdem Aymonis authori
tatem ſequutus, verum creddidit Grego
rius in.l.10.tit.13.pa.6.glo.3.ad finem.
ſi enim.l.iſta non voluntarie dat faculta
tem relinquẽdi filio quintum. Sed in ca-
ſu quo ipſum alere teneatur vt conſtat
ex verbis eius ibi, *Que en caſo.*& alen-
dus non ſit diues, clare conſtat ſenten-
tiam Couarru.non admitti neque poſſe
ſuſtineri. ¶Præſertim quia quotieſcum 3
que ex.l.diſpoſitione vel officio iudicis
alimenta alicui debentur, filio diuiti vel
aliunde habenti vnde ſe alere poſsit nõ
preſtantur, vt plurimos referendo aduer
tit Roland.conſi.55.numero.4.volu.2.
Qua ratione iuſte eam ſententiã impug
nauerunt ex noſtratibus Tellus in præ
ſenti numero. 6.Rojas de ſucceſsion.
abinteſtato.c.22.num.5.vſq; ad num.7.
latius Ioan.Matienço in.l.8.ti.8. lib.5.
nouæ recopilat.gloſſ.7.nume.16.&.17.
vbi Tellus conſiderat allegationem Ay
monis impropriã eſſe in alio quæ longe
diſsimili caſu loquutum fuiſſe ex quo
clare Gregorij. & couarrub. ſententia
periclitatur. ¶Poſſet tamen verificari 4
in caſu.l.præcedentis vbi non iure alimẽ
torum, ſed ſucceſsionis quintum relin-
quitur vt in terminis eius poſsit filius
quantumcumque diues ſit ipſum iure
ſucceſsionis conſequi vt aduertit noſter
Tellus in.d.l.9. numero.34. & ſaluan-
do Couarrub. conſiderauit Matienço.
d.gloſſ.1.nu.18.pro cuius intellectu ad
l.9.vrgenter facit quod quando alimẽ-
ta debentur ex conuentione vel ratione
legati ſeu donationis filio etiam diuiti
relicta

relicta ſoluerentur ex Bart.in.l. libertis
quos.§.1.ff.de alimentis & cibarijs le-
gatis Paul.in.l.diuortio in princ.ff.ſolu
to matrimonio. Ruinus conſi. 80. pro
clariori.num.3.volum.2.Rolan. conſil.
55.num.2.volum.4. quiquidem intelle
ctus ad.l.9. licet verus ſit.verificatio ta
men ſententiæ Couarrubiæ in terminis
eius non procedit vt diximus in ead.
l.9.gloſſ.4.in fine.

*SVMMARIVM,*

*Regula negatiua & affirmatiua relinquē*
*di quintum à lege deducitur.num.1.*
*Quintum ſpurio nō debetur ſi plures quā*
*quinque legitimi ſuperſunt. num.2. vſ*
*que ad num.5.*
*Vncia quæ datur filio naturali ad alimen*
*ta non ſibi debetur quando plures quā*
*duodecim filij legitimi ſtarent.num. 3.*
*Filiolegitimato an plus quam lègitimo rē*
*linqui valèat.num 4.*
*Statutum quod pater tertiam partem do-*
*tis vxoris lucretur, reſtringitur vt fi-*
*lius minorem portionem non habeat.*
*numer.5.*
*Quintum ſpurio dari poteſt etiam ſi non*
*egeat integre eo ad alimenta.numer.6.*
*vſque ad num.7.*
*Impugnatur Molina & proprie ad ipſum*
*reſpondetur.nu.6.ad finem.*
*Quintum integrum reduceretur ad neceſ*
*ſaria alimenta ſi conſtiterit patrem eo*
*animo id reliquiſſe.num.7.*
*Quintum non poteſt excedi quamuis nō*
*ſufficiat ad neceſſaria alimenta.nu.8.*
*vſque ad finem gloſſæ bene examina-*
*tur.*

## glo.2.l.10.

1 *QVe por la tal obligacion no le puedā*
*mandar mas de la quinta parte*
*de ſus bienes.* duæ regulæ ex his verbis
apertiſsime deducuntur, vna, negatiua,
altera affirmatiua,negatiua quod pater
non poſsit ſpurio vltra quintum aliquid
relinquere, quæ probatur etiam dum di
cit. *Y por cauſa de los tales alimentos no*
*ſea mas capaz el tal hijo*, affirmatiua
quod libere valeat quintum pro alimen
tis ſpurio præſtare & hæc etiam aperte
probatur ex eiſdem verbis quæ licet ali
quātulum negatiue proferātur, proprie
affirmatiue ſunt accipienda dum princi-
paliter agitur de facultate dandi alimen
ta.& clarius patet ibi. *De la qual parte*
*deſpues que la ayan*.quæ magis affirmati
ua ſunt,neque vllus vnquam dubitabit,
eas regulas deduci ex verbis.l. quamuis
ingenioſus Tellus in præſenti num.9.ſa
tis ſummarie de affirmatiua dubitaue-
rit. ¶ Reſtringitur tamen affirmatiua 2
vt ſcilicet pater poſsit ſpurijs integrum
quintum pro alimentis dare ſi plures
quamquinque legitimos haberet,ne me
lioris conditionis foret ſpurius quam le
gitimus neque maiorem partem ſucceſ-
ſionis paternæ conſequeretur ita reſtrin
git.l.hanc Tellus in præſenti num.5. &
diligentius in.l.9.num.26.vſque ad nu
mer.29.quem ſequitur Molina.lib.2.de
Hiſpanorum primogenijs.c.15.nu.51.
licet in dote ſpuriæ loquatur. & hoc his
potiſsimum fundamentis ducti. ¶ Pri- 3
mo quia vncia quæ filio naturali da-
tur propter alimēta ex conſtitutione au
thenticæ licet.C.de naturalib.liberis exi
ſtimauerunt interpretes ibi non ſibi de-
beri cum plures quam duodecim filij le
gitimi ſuper eſſent vt in dubitanter cre-
diderunt Albericus ibi per.l. communi-
nium.§.finali.C. eod.titul. Bal.in.c. per
tuas.num.2.de maioritate & obedientia
& ex noſtratibus Gregorius in.l.8. tit.
13.partit.6. verbo la vna. & referendo
Suarez idem traddidit Rojas de ſucceſ.
abinteſtato.c.11.numer.7.&.8.Molina
lib.2.c.15.num.51. ¶ Secundo autho
ritate Angeli per tex ibi in authentico, 4
quibus modis naturales efficiantur ſui.
§.& quoniam dicentis non poſſe patrē
filio legitimato pluſquam legitimo relin
quere



quere.qui tex.licet loquatur in legitima
tione per oblationem curiæ debet veri-
ficari in legitimato per reſcriptum prin-
cis vt probāt Soccinus in.l. Gallus.
§.& quid ſi tantum num.28. ff. de libe-
ris & poſthum. vbi Iaſſo.nu.108. idem
Soccin.conſil.246.num.11.in fine vol.
2.dicens communem Detius conſi.393
nu.2.ingenioſus Acoſta in.d.§. & quid
ſi tantum.2.parte.num.137.& plurimos
referendo Tellus in dicta.l.9.num.28.
vbi inter alios non fideliter adducit Go
mez in præſenti num. 68. cum ibi Go-
mezius contrarium licet male teneat.
5 ¶ Tertio,probatur ex notanda doctri-
na Bar.in.l.hac edictali.C. de ſecundis
nuptijs dicentis quod ſi maritus ex ſta-
tuto lucraretur tertiam bonorumpartem
deberet reſtringi id ſtatutum vt filij mi-
norem partem non acciperent,quem ſe
quuntur plurimi relati & ſequti a Tel-
lo in.d.l.9.num.29. quibus & alijs fun
damentis quæ facile adduci poterant
hanc exiſtimo veriorem quamuis leui-
bus fundamentis contra noſtrum Tellū
tenuerit Matienço in.l.7.titul.8. libr.5.
nouæ recopilation.gloſ.4.num.5. refe-
rendo ad literam fundamenta Telli. &
nullum eijſdem quæ fortiſsima ſunt reſ-
6 ponſum aſsignando. ¶ Secundo, &
principaliter intellige regulam a noſtra
l.affirmatiue deductā etiam ſi filius ſpu-
rius non egeat integro quinto ad alimē-
ta,quia ad huc poterit integrum pro ali
mentis a patre relinqui vt ſummarie ad-
uertit Couar.in.4.2.par.c.8.§.6.num.8
ad finem referens Palatium in.c.per ve-
ſtras.3.notabili.§.24.num.10.ad finem.
& idem ſentit licet obſcure Gomez. in
præſenti num.41. & deducitur ex Ma-
tienço in.l.8.titul.8.lib.5.nouæ recopi-
lationis,gloſſa.1.num.10.ad finem dum
alegat Couarrubiam & Palatium licet
ſatis ſummarie procedant, quiquidem
omnes quamuis nullam eius opinionis
rationem traddiderint,aperte deducitur
ex mente &verbis legis dum liberam fa
cultatem relinquendi filijs ſpurijs vſque
ad quintum parentibus tribuit. & quia
ſi diſpoſitio de integro quinto ad neceſ-
ſaria alimenta reduceretur, ſuperflua fo
ret.legis conſtitutio.cum antea parentes
libere valuiſſent filijs neceſſaria alimen
ta præſtare,imo præciſſe ad id tenerentur,quare
veram credo ſententiam Co-
uarrubiæ quamuis eam impugnauerit
Ludouicus Molina lib.2.de Hiſpanorū
primogenijs.c.15.num.59.verſi.is autē.
eo ſolo fundamento ductus quod cum
facultas relinquendi quintum ab obliga
tione alendi filios pendeat vt ex verbis
legis probatur.& alimenta filijs non de
beantur ſi vnde ſe alere poſsint habeant
exiſtimat non quintum integrum debe-
ri quando filio ad alimenta neceſſarium
nō eſt,cū ceſſet ratio relinquendi ipſum
cui repōdetur veriſsimū eſſe facultatē re
linquēdi,quintū ab obligatione alendi fi
lios pēdere.& ideo diuiti filio nō debe
ri a patre alimēta.Sed nō inde bene dedu
ci quod in caſu quo deberētur,non poſ
ſet quintum a patre relinqui, licet inte-
gro quinto filius non egeat,cum princi-
paliter lex reſpiciat obligationem alen-
li filios: vt ex ea iuſtificetur diſpoſitio
de integro quinto. & non an egeat nec
ne toto quinto ad alimenta,imo aduer-
ſus ipſum,Molina eius fundamentū re-
torquet.ſi enim in caſu quo filio deben-
tur alimenta datur facultas patri relin-
quendi quintum, non eſt cur eam pote-
ſtatem quando neceſſarium non eſt in-
tegrum quintum reſtringamus,cum iam
tunc alimenta debeantur ita etiam reſpō
detur ad Tellum in præſenti num.9.qui
licet magis ſummarie idem quod Moli-
na ſenſerat,dum legem hanc dicit nega-
tiue non permiſsiue dare facultatem re- 7
linquendi quintum. ¶ Poſſet tamen
ſententia Molinæ verificari quando cō
ſtiterit quintum a patre filio relinqui ad
neceſſaria alimenta tantum vt quia nun
cupatim habuit eam conſiderationē di-
cens quod filio quintum daretur ad ali-
menta

menta neceſſaria quia tunc diſpoſitio
quinti reduceretur ad id quod præciſſe
ob alimenta filius conſequeretur. vt ad-
uertit Palatius Rubeus in repetitione. c.
per veſtras. 3. notabi. §. 24. numer. 10. ad
8 finem. ¶ Negatiua vero regula, qua
cõſtituitur nõ poſſe patrem vltra quintũ
aliquid filio ſpurio relinquere ſecure
credimus extendendam etiam ſi ad ali-
menta non ſufficiat. Quia dum lex data
in patre obligatione alendi filios ad
quintum reſtringit eam, nulla alia ratio
ne mouetur niſi quod quintum conſide
ratur extra legitimam filiorum legitimo
rum & ita ſi pater quintum excederet le
gitimus grauaretur propter ſpurium.
magnum equidem abſurdum & contra
receptas iuris ſententias. Quare ex hac
viua ratione & ſimul ex mente & verbis
legis quæ exiſtente legitima ſobole ve-
tat parentes quintum excedere eam ſen
tentiam probauit bene Tellus in præſen
ti. nu. 3. per totum & poſt eum Ioannes
Rojas de ſucceſsionib. abinteſtato. c. 21.
9 num. 17. ¶ Contrariam tamen ſenten
tiam ex eo multi prouauerunt quod cũ
obligatio liberos alendi a iure naturali
procedat. l. 1. §. penult. verſi. hinc libero
rum. ff. de iuſtitia & iure & in principio
inſtitut. de iure naturali. ibi. *Hinc deſcẽ-
dit liberorum procreatio & educatio.* effi-
cere non poteſt lex ciuilis quod ſpurius
alimentis ſibi neceſſarijs priuetur. quam
opinionem poſt Rodericum Suarez vi-
detur tenere Gregorius in. l. 8. tit. 13. par
tit. 6. gloſſa verbo, meneſter, & eam ſum
marie ſequitur Couarrubias. in. 4. 2. par
te. c. 8. §. 6. num. 8. ad finem allegans Pa
latium in repetition. c. per veſtras. 3. no-
tabili. §. 24. num. 10. ad finem. idem Di-
dacus Peres in. l. 22. titul. 3. lib. 1. ordina-
menti. folio. mihi. 165. Baeza de non me
liorandis. c. 8. num. 28. Ioannes Garcia
de fructibus & expenſis. c. 3. numer. 28.
10 ¶ Vnde Molina deſiderans eam ſcribẽ
tium controuerſiam conciliare & reſ-
pondens ad fundamenta Telli Ferdinã
dez in lib. 2. c. 15. num. 52. & . 53. vtitur
quadam ingenioſa diſtinctione. & Mo-
dernus Matienço in. l. 8. titul. 8. libr. 5.
nouæ recopilat. gloſ. 1. num. 6. vſque ad
9. dicens neminem ex ſupra adductis
erraſſe. Sed in diuerſis caſus ſpeciebus
loqutos fuiſſe, forſam errando conatur
eos ad concordiam reducere. ita obſcu
re procedens quod vera eius concilia-
tionis reſolutio violenter ex verbis eius
deducitur. Vnde quãtum ex eius & Mo
linæ (qui clarius loquitur) diſtinctioni-
bus deducere potui, ſi legitimi filij ſta-
rent. Prima opinio procederet cum ab
eodem iure naturali legima filijs debita
ſimpliciter ſumpta (quo ius alimentorũ)
reguletur? Sin vero deficiant ſecunda iu
ſtiſsima ratione admittitur, vt bene ex
Molina conſtat quem pro implemento
legatis.

*SVMMARIVM.*

*Quintum quo ad vſumfructum & pro-
prietatem filio quæritur per totam
gloſſam.*
*Proprietatem ſpurio relinqui non poſſe
etiam ex cauſa alimentorum. num. 1.*
*Alimenta morte finiri. num. 1.*
*Alimenta an ad hæredes ſpurij tranſmit
tantur. nu. 1. & per totam gloſſam.*
*Filijs naturalibus proprietas legati alimẽ
torum acquiritur quam tranſmittit.
num. 2.*
*Filio ſpurio an acquiratur proprietas le-
gati alimentorum, & ad hæredes eius
tranſmittatur. num. 3. et. 4.*
*Spurius de quinto diſponere potuit ſi con
ſtiterit teſtatorẽ voluiſſe acquirere ei-
dem proprietatem. nu. 5. et. 6.*
*Verus intellectus ad verba legis. n. 5. et 6.*

# Gloſſa. 3. l. 10.

*DE la qual parte deſpues que la aya el
tal hijo pueda diſponer en ſu vida, o* 1
*en ſu muerte, o hazer lo que quiſiere o por
bien tuuiere.* ergo quintum ad alimenta
ſpurio relictum quo ad proprietatem ei
dem acquiritur, vt libere de ipſo quin-
to diſponat. & ad hæredes eũ tranſmit-
tat. In quo licet videatur correctoria iu-
ris communis cum ſpurio proprietas re
linqui nequeat. authentica quibus mo-
dis naturales efficiantur ſui. §. finali. l. 10.
tit. 13. partita. 6. & alimenta vita finian-
tur. l. cum hij. §. ſi vni. de tranſactionibus.
l. ſi dominus. §. finali. ff. de vſufructu. at-
que conſequenter ex eo tenuerunt plu-
rimi impediri eam iuris tranſmiſsionem
vt probant Baldus in. l. eam quam. C.
de fidei commiſsis. Nicolaus de Vbald.
in tractatu de ſucceſsionib. abinteſtato.
colum. 13. num. 47. Abb. conſi. 115. col.
2. Ioannes Baptiſta in. l. ſi qua illuſtris.
colum. penul. C. ad Orficianum. & iterũ
Bald. in. d. l. cum hij. §. ſumi. ff. de tranſa
2 ctionib. Detius conſi. 311. nu. 4. ¶ Pro
prius tamen conſiderando mentem legis
& iuris communis receptas ſententias
potius declaratoriam quam correcto-
riam eſſe conſtabit. Quia in filijs natura
libus quibus proprietas eo iure legari
poterat. contrarium receptius dixerunt
Thomas Ferrarienſis cautela. 2. Paulus
a Monte pico in. l. Titia cum teſtamẽ-
to. ff. delegat. 2. ¶ Imo & in ſpurijs
3 fortiſsimis conſiderationibus idem de-
fendit reſpondens ad Baldi doctrinam
Suarez in. l. 1. incipienti, *todo ome.* tit. 6.
lib. 3. fori legum. nu. 24. dicens in fauo-
rem cuiuſdam nobilis Gundiſalui ſemel
in facti contingẽtia id obtinuiſſe. ¶ Vn
4 de ad tollendam huiuſmodi controuer-
ſiam, doctiſsimis huius. l. conditoribus
viſſum fuit eã Roderici ſententiã æquio
rem & iuri conſonam confirmare. per
quam deciſsionem dum dicit. *Pueda en
ſu vida o en muerte hazer lo que quiſie-
re y por bien tuuiere.* & proprietatẽ cen-
ſeri relictam & ad hæredes ſpurij tranſ-
mittendam probauerunt ex noſtratibus
Rodericus Suarez ſupra num. 26. Due
ñas regula. 396. num. finali. Gomez hic
num. 42. Tellus. nu. 16. Couarr. in. 4. 2.
parte. c. 8. §. 6. num. 15. & bene poſt lon
gam diſputationem Palatius in. c. per ve
ſtras. 3. notabili. §. 24. ex num. 3. vſque
ad finem. Baeza de dote. c. 27. nu. 7. Ro-
jas de ſucceſsionibus abinteſtato. ca. 21.
num. 84. & . 85. ¶ Cum hoc tamen ad
ditamẽto quod ſpurij irreuocabiliter ha- 5
berent donationem quinti ex verbis no
ſtræ legis ibi. *Deſpues que la huuieren.*
quæ ſic neceſſario ſunt accipiẽda ex Pa
latio hic. nu. 23. Suarez ſupra num. 25.
quia eo caſu aperte lex conſtituit poſſe
de quinto ſpurium diſponere, quaſi ſen
tiat facultatem diſponendi de quinto pẽ
dere a volũtate donantis deducta ex actu
traditionis irreuocabilitatem inducenti
vel ex alio inductiuo voluntatis transfe
rendi proprietatẽ in ſpurium, quaſi per
eam tradditionem detur ipſi proprietas
& facultas diſponendi de quinto, quia
cum tunc ex diſpoſitione patris teſtantis
conſtet voluiſſe quintum filio acquiri
in vſufructu & proprietate libere poſſe
de eo quinto diſponere iuſtum eſt. ¶ Si
cut antea de iure communi deducceba-
tur tranſlatio proprietatis huius quinti,
& facultas diſponendi de ipſo a ſola vo
luntate patris volentis transferri ad filios
ſpurij proprietatem & ius diſponendi
vt in ſpecie allegãdo. l. finalem. C. de na
turalib. liberis & Bar. in. l. finali. C. de
hijs quibus vt indignis, probat Palatius
in. d. §. 24. num. 7. ad finem. Rodericus
in dicta. l. 1. num. 24. verſi. 1. & Baraho-
na additionator ad Palatium in dicto. §.
24. nu. 7. litera. G. quod notatu dignum
eſt. Reliqua ad legem neceſſaria quæ de
ſucceſsione filiorum naturalium reſpe-
ctu patris ex teſtamento & abinteſtato
dici poterant ommittere decreuimus cũ
vulgaria ſint & a quam plurimis addu-
cta præcipue per Rojas de ſucceſsionibus
abinteſtato. c. 10. vſque ad capitul. 15.

Finis huius. l.

# SEQVITVR interpretatio ad l.11, Tauri,

*SVMMARIVM.*

*Filij naturales qui dicebantur de iurê ciuili, regio & canonico.num.1.2.et.3.*

*An tempore conceptionis, natiuitatis vel vtroque requiratur habilitas ad contrahendum vt filij dicantur naturales.numer.4.et.5.*

## glo.1.l.11.

1 *QVe entonces ſe digan los hijos natu-*
*rales quando al tiempo que nacieren*
*o fueren concebidos ſus padres podian ca-*
*ſar con ſus madres.* qui dicerẽtur filij na
turales multi ex noſtratibus dubitaue-
runt. & de iure ciuili Romanorum eos
eſſe naturales dicebant, qui ex vtroque
parente ſoluto & concubina domi retẽ-
ta naſcebantur.l.penult.l.final.de con-
cubinis.iuncta.l. ſi quis officium. ff. de
ritu nuptiarum. authentico quibus mo-
dis naturales efficiantur ſui.§. ſi quis au
tem filios & aduertit gloſſa in.c. per ve
nerabilem verbo, naturalibus, qui filij
ſint legitimi & hanc diffinitionem filij
naturalis poſt Azonem in ſumma.C. de
naturalib.& in ſumma.C. de concubi-
nis traddunt gloſſa & Bar.in.l. penulti.
ff.de concubinis.Bald.per tex.ibi in au
thentica licet. C. de naturalib. liberis.
Abb.& alij in.c. per venerabilem, qui
filij ſint legitimi.& probat de iure parti
2 tarum.tex.in.l.2.tit.14.par.4. ¶ Quod
a iure pontificio cui omnino ſtandũ eſt
& a iuſta & generali totius regni con-
ſuetudine immutatur & filius naturalis
dicitur ex ſolutis procreatus quamuis
vt publica concubina domi retenta ma
ter non ſit vt reſoluit Abb.in.d.c.per ve
nerabilem ſuper gloſſa verbo naturali-
bus.Baldus conſil.129.lib. 2. & conſil.
206.ad finem.lib.3.Aymon conſi.266
num.8.Ripa.in.l. ſi vnquam. num. 55.
C.de reuocandis donationib. Mayne-
rius in.l.quoties idem num.12.ff.de re-
gulis iuris & ex noſtratibus Gomezius
in.l.9.Tauri.num.1.Dueñas regul.350
num.11.Suarez in.l.1.tit.6.lib.3.fori ver
ſic.hoc ſuppoſito.Gregorius in.l.2.glo.
penult.tit.14.& in.l.1.gloſſa.1.titul.15.
part.4.Coua.in.4.2.par.capite. 8.§.4.
num. 2. ¶ Cum iuſtiſsime pontificia 3
iura impugnauerunt concubinatum vt
late reſoluit Rojas de ſucceſsionibus ab
inteſtato.c.10. per totum. præcipue ex
num.20.cum alijs. ¶ Sed licet hæc fo 4
ret ipſa veritas ad huc vrgenter dubita-
batur an conceptionis, natiuitatis, vel
vtroque tempore foret neceſſarium poſ
ſe parentes libere contrahere matrimo-
nium vt inde filij procreati vere dicerẽ-
tur naturales & præciſſe debere conſi-
derari habilitatem ad contrahendum tẽ
pore conceptionis filij.cum ex concep-
tione & non natiuitate crimen a paren-
tibus committatur clare deducitur a mẽ
te Cini & Pauli in.l.ex libera.C. de ſuis
& legitimis hæredibus & a Saliceto in
l.& ſi contra.C. de nuptijs & in.l. filiũ.
C.de ſuis & legitimis hæredi. Antonius
de Roſellis de legitimatione.colu. 8. &
9.& ita limitat regulã tex.in.c.tãta, qui
filij ſint legitimi. Antonius Gabriel lib.
5.communium opinionum.concluſio-
ne 2.in tit.de legitimatio.num.1. & me
lius eam ſententiam defendit meritiſsi-
mus Sarmiento lib.1.ſelectarũ.c.5.nũ.
10.&.11.per tex.quem expreſſum dicit
in.l.Paulus.ff. de ſtatu hominum reſpõ
dens dicto.num.11.ad omnia in contra
rium adducta & maxime ad. l. nuper.
C.de naturalib.liberis. ¶ Contrariam 5
tamen ſententiam longe veriorem exi-
ſtimauerunt gloſſ. quam omnes ibi ſe-
quuntur in.c.2. qui filij ſint legitimi &
plurimi



plurimi relati & ſequti per Antonium Gabrielem.libr. 5. comunium opinionum.titul.de legitimatione concluſio.2. numer.10.Dueñas regula.350.ampliatione.19.Gregor. in.l.2.titulo.15.parti. 4.verbo.caſaſſe, & in.l.1.titulo.13.partita.4.gloſſa.verbo ſe caſaſſe. Couarru. in.4.2.parte.capit.8.§.2.numero.2. per totum.Rojas de ſucceſsionib. abinteſtato.capit.10.numer. 39. &. 40.vnde in hac ſcribentium varietate ſuperuenit elegans noſtræ.l. conſtitutio quæ hanc ſecundam opinionem approbat vt in vno ex his temporibus ſufficiat interuenire habilitatem ad contrahendum matrimonium inter parentes ad hoc vt filij vere naturales nuncupentur.quod tamen ipſa reſtrinxit quando parentes libere poſſent abſque diſpenſatione contrahere, vt in gloſſa ſequenti explicabimus.

*SVMMARIVM.*

*Habilitas ad contrahendum tempore conceptionis requiritur vbi diſpenſatio eſt neceſſaria.nu.1.*

*Infertur ad titulum de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium.num.1.*

*Dictum Saliceti & Palatij Rubei interpretatur.num.2.*

*Ignorantia quando efficiat prolem naturalem & legitimam.numero.3.vſque ad finem.*

*Filius habitus â conſanguinea ignoranter quando legitimetur per ſubſequens matrimonium.num.6. & præcedentibus.*

## Glo.2.l,11.

1 *IVſtamente ſin diſpenſacion.* Ergo in
omnibus caſsibus in quibus diſpenſa-
tio eſt neceſſaria non ſufficeret interue-
nire habilitatem ad contrahendum vno
ex his duobus temporibus. Sed præciſ-
ſe deberent parentes tempore concep-
tionis eſſe habiles ad contrahendum ſe
cundum Cini & Pauli opinionẽ in gloſ
ſa præcedenti relatam, vt quando vxo-
ratus ſolutam cognouerit, quia ſi prop-
ter adulterium foret neceſſaria diſpen-
ſatio ex titul.de eo qui duxit in matrimo
nium quam polluit per adulterium, vt
eſt in aliquibus caſsibus de quibus in. c.
ſi quis viuente.31.quæſt.7.c. ſignificaſti
& per totum titulum, de eo qui duxit in
matrimonium.l.19. titul.2.parti.4. non
eſſet naturalis filius ex eo quod natiui-
tatis tempore pater ſolutus a coniugio
erat. Cum vtroque tempore impedi-
mentum contrahendi foret nempe tem-
pore conceptionis, quia coniugatus
erat, tempore vero natiuitatis quia diſ-
penſatio erat neceſſaria, ita credo ve-
re intelligendam noſtræ.l. conſtitutio-
nem vt ſcilicet ſemper attendatur tem-
pus conceptionis filij ſecundum Cini,
& Pauli opinionem & ſtatim natiuita-
tis, vt tempore partus ſufficiat poſſe pa
rentes contrahere matrimonium abſque
diſpenſatione tamen. ¶ Ex quo inter 2
pretatur illatio, Palatij Rubei quam in
præſenti numero. 10. deducit ex verbis
legis referendo Salicetum in. l. nuper
ſupra relata ſcilicet quod ſi coniugatus
cognouerit vxorem alterius, & poſtea
mortuo marito ex vxore adulteri puer
naſcatur conſiderabitur tempus par-
tus & filius diceretur naturalis. quod
etiam authoritate noſtræ.l. ſequitur non
referendo Palatium, neque Salicetum
Rojas de ſucceſsionibus abinteſtato. c.
10. numero. 38. ſunt enim intelligendi
in caſsibus vbi propter adulterium non
eſſet neceſſaria diſpenſatio ad legi-
time contrahendum. ¶ Secundo e-
tiam deducitur quod ſi quis iuſta igno- 3
rantia conſanguineam cognouerit, &
inde filij naſcantur non eſſent natu-
rales, cum vtroque tempore foret, na-
tiuitatis & conceptionis neceſſaria in
ter eos diſpenſatio ex gloſſa Ioanne
Andrea,

Andrea.Antonio,& Abb.numero.8.in dicto cap.tanta. & latiſsime Suarez in. l.1.titulo.6. verſiculo. vſque ad prædicta vt de naturalibus libro.3.fori. Caſtellus in præſenti verbo podrian ca-
4 ſar.Palatius numero.16. ¶ Quod ex ea ratione procedit, quia licet ignorantia parentum ſi dediſſent operam actui licito vt eſt matrimonium efficeret filios legitimos. cap.2. c. ex tempore, qui filij ſint legitimi. l. 3. titulo. 15. partita. 4. ¶ Dando tamen operam
5 rei illicitæ, vt quia citra matrimonium etiam ignoranter ex conſanguinea filios procreauerint non efficeret ignorantia prolem legitimam, vt aduertit Abb. & omnes in dicto capit.tanta, & Tellus Ferdinandez in. l. 6. Tauri. ¶ Sicut neque eadem ratione per ſubſequens matrimonium legitimabitur filius cuius conceptionis tempore impedimentum legitimum erat quod eius parentes ignorabant, ſi ſub figura matrimonij & ignoranter non eſſet conceptus vt ex ſupradictis colligitur & clarius probant Bart.in.l.eum,qui.ff. de ſtatu hominum & elegantiſsime reſoluit Antonius Gabriel.libro.5.communium opinionum.titul.de legitimat. concluſio.2 per totam.

SVMMARIVM.

*Recognitio patris quando ſit neceſsaria ad probandam filiationem. nu. primo.*
*Filiatio quomodo probetur remiſsiue. numero.1.*

## gloſ.3.l.11.

1 *Con tanto que el padre le reconozca por ſu hijo.* ergo ad probandum filium eſſe naturalem: quando ex publica concubina domi retenta natus non eſt, non ſolum requiritur quod ex parentibus ſolutis inter quos matrimonium contrahi poterat naſcatur, ſed ſimul quod pater ipſum recognoſcat. vnde ſi vel ex concubina domi retenta natus ſit, vel ex alijs probationis ſpeciebus conſtet filium naturalem eſſe, non ideo excluderetur euidens filiationis probatio, quod pater filium non recognouerit. Sed adhuc omnes antiquæ probationis ſpecies admitterentur, de quibus videndi ſunt Couarrub. in. 4. 2. parte. capit. 8. §.3. per totum. Dueñas. regula.342. late Rojas de ſucceſsionibus abinteſtato capit.10.numero. 4. & 5. & .6. vſque ad finem capitis. Matienço in.l.9.titulo.8.libro.5. nouæ recopilationis. gloſ.3.per totam.

Finit. l. 11.

# Sequitur interpretatio ad. legem. 12. Tauri.

SVMMARIVM.

*Legitimatus quando ſit hæres legitimus ex teſtamento & abinteſtato remiſsiue.num.1.*

## gloſ.1.l.12.

Legem hanc diligenter & ingenioſe 1
explicuit Tellus noſter hic vbi notanter interpretatus eſt materiam legitimationis, & poſt eum plurima ad eius intellectum conducibilia adducit Molina libro.3.de Hiſpano.primogen.cap.3.per totum. & latius Rojas de ſucceſsion.abinteſtat.c.23.& c. 15. Gutierrez in.§. ſui inſtitut. de hæredi. qualitate



litate & differentia.num.187.cum alijs. Ioan.Matienço.in.l.10.titulo.8.libr.5. nouæ recopilatio. quare nihil adendum eorum dictis decreui.

# SEQVITVR explicatio ad l.13. Tauri.

SVMMARIVM.

*Abortiuus filius non dicebatur ante legem hanc etiam ſi natus integer non eſſet hodie ſic.num.1.*

## Gloſſa.1.l.13.

1 *Quando nacio viuo todo.* hoc eſt primum requiſitum.l. vt filius non dicatur abortiuus corrigentis ius digeſtorum quo etiam ſi natus integer non eſſet dummodo viueret abortiuus non dicebatur.l.quod dicitur ad fin.ff. de liber.& poſth.l.non ſunt liberi.14.ff. de ſtatu hominum. & confirmantis ius Codicis.nempe.l.quod certatum ad fin. C. de poſthum. hæred. inſtituend. ibi. *ſi viuus ad orbem totus proceſsit, ad nullum declinans moſtruum.* vnde ſi non integer naſceretur quamuis viueret.24.horis, & fuiſſet baptizatus abortiuus eſſet vt aduertit Palatius hic.numero. 14. & a verbis.l.deducitur dum tria copulatiue requirit non tamen erit moſtruoſus ſi ſex digitos haberet. Ciſuentes hic. numero.4.

SVMMARIVM.

*Abortiuus dicitur qui natus non viuit.24 horis.num.1.*
*Teſtamentum hod iē non rumpitur agnatione poſthumi niſi vixerit.24. horis.num.2.*
*Conditio filiorum quando in poſthumis verificetur.num.3.*
*Mortuus ſtatim cum naſcitur non dicitur extitiſſe.num.4.*

## Glo.2.l.13.

Y *Que alomenos deſpues de nacido vi* 1
*uio veynte y quatro horas.* hoc eſt ſecundum requiſitum legis, vt filius non dicatur abortiuus corrigentis ius commune.nempe.l.quod certatum.de poſthum. hæred.inſtituend.ibi. *Si viuus perfecte natus eſt, licet illico poſtquam in terram cecidit, vel in manibus obſtetricis deceſſerit.* l. vxoris abortu.ibi. *Quamuis*
*natus illico deceſſerit.*.C.eod.titul. ¶ Ex 2
qua etiam corrigitur conſtitutio, iurium dicentium agnatione poſthumi rumpi teſtamentum, vt aduertunt hic Gomez, Palatius.numero.9.& pro antinomia iuris conſiderat Olanus in verbo naturaliter.numer.1.&.2. & in verbo poſthu-
mus. numero. 48. ¶ Reijcitur etiam 3
alia ſententia dicentium conditionem filiorum in poſthumis verificari, vt intelligens hanc. l. contra Bald. & Cuman. conſiderat Acoſta in.c.ſi pater.verbo.ſi abſque liberis.num.33.de teſtam. in.6.
¶ Neque in merito hæc conſtitutio pro 4
cedit, cum ille qui ſtatim cum naſcitur mortuus eſt non proprie dicatur extitiſſe neque ius vere ſibi fuit quæſitū vt deducitur ex Abbate in.c. nam & ego.de verborum ſignificatione.Bald. per tex. ibi.& gloſ.in.c.1.§.quin etiam.titu. epiſcopum vel abbatem. & ipſe Bald. in.l. 2.C.de poſthum. hæred. inſtitut. & in.l.vnica.§.innouiſsimo.C. de cadu.tol.

*SVMMARIVM.*

*Baptiſmum neceſſarium eſt vt filius non dicatur abortiuus.num.1.& per totam gloſſam.*

## gloſsa.3. l.13.

1 Y *Fue baptizado antes que murieſſe.* hæc verba videntur efficere ſuperflua præcedentia ibi. *veynte y quatro horas naturales.* quia ſi filius debet baptizari, vt dicatur naturaliter natus. Et ſemper tranſactis octo diebus baptizatur, ſufficeret dicere. *Y fuere baptizado.* vt neceſſario deberet viuere .24. horis, & ita videmus quod lex fori.3.titul.6.libro.3. ſolum dicit, *Y fuere baptizado.* pro conſtanti præſupponens, quod baptizatus debet viuere.24.horis. ne tamen de ſuperfluitate arguamus legem hanc neceſſario erunt verificanda eius verba ibi. *Y fue baptizado.* in filio qui ſtatim cum naſcitur tranſactis.24. horis, abobſtetrice aquam ſpituſancti recepit, quia is non diceretur abortiuus ſed naturaliter natus, qui intellectus aperte deducitur dum. l. principaliter agit de filijs, qui paulo poſt natiuatem moriuntur, vt conſtat ibi. *Que mueren recien nacidos.* vnde fuerunt ingenioſe & neceſſario adiecta verba illa. *Viuio veynte y quatro horas, y fue baptizado.* quaſi non ſufficeret viuere id tempus ſi non baptizetur, neque baptizari ſi antea moriatur, cum in primo caſu, abſque baptiſmo moriatur, ſufficiens cauſa vt abortiuus dicatur.cap. nam & ego de verborum ſignificatione.d.l.3.titulo.6.libr.3.fori. & Palatius hic.num.8.& in.ſecundo etiam ſi baptizetur non potuiſſe viuere naturaliter credatur quod etiam ſufficeret ad efficiendum eum abortiuum, vt in gloſ.ſequenti probauimus.

*SVMMARIVM.*

*Abſentia mariti quando probet filium abortiuum eſſe late diſcutitur per totam gloſſam.*

*Natus in ſeptimo vel octauo menſe an abortiuus dicatur per totam gloſſam.*

## glo.4.l.13.

P*Ero ſi por el auſencia del marido, o por el tiempo del caſamiento ſe prouaſſe que nacio en tiempo que no podia viuir naturalmente.* ergo per abſentiam mariti ſeu tempus matrimonij, probatur filium eo tempore naſci, quo naturaliter viuere nequeat, verba æquidem ſingularia, & ita obſcura quod præciſſa declaratione indigerent, cum videatur abſurdum ex matrimonio vel abſentia probari filium, eo tempore naſci, quo naturaliter viuere nequit, cum eius vita non pendeat a matrimonio vel abſentia, vnde ab origine intelligendo mentem & verba legis verificanda erunt quando maritus per duodecim, vel quatuordecim menſes abſens fuit, & interim vxor peperit filiũ, quia ſi hunc filium mariti eſſe dicamus, quod ſemper credere debemus ne adulterium præſumatur, iam conſtat per abſentiam natum eſſe tempore, quo naturaliter viuere non poterat. ſcilicet in vndecimo menſe, ſimiliter quando marito abſente vxore non grauida poſtquam reuerſus eſt, ante ſeptimum menſem filius naſcitur, quia ne tunc filius dicatur adulterinus contra parentum honorem & forſam voluntatem ingenioſe præſupponit.l.noſtra natũ eſſe eo tẽpore quo naturaliter viuere nõ poterat, ſcilicet ante ſeptimum menſem. ex.l. ſeptimo menſe.ff. de ſtatu homin. capitul. ne tales de conſecratione.diſtin. 5 .l. 4. 1



titu.23 titul.23.par.4.Boerius deciſ. 220. nu.1.
2 & per totam. ¶ Vel etiam quando duobus, tribus, vel octo menſibus poſt contractum matrimonium tranſactis filius naſcitur, quia ne tunc præſumatur mariti non eſſe, fingit.l. naſci eo tempore quo naturaliter viuere non poterat, vt hac artificioſa fictione & ingenioſa cautella, & pro filio mariti habeatur, & tamquam ſi naſceretur tempore quo naturaliter viuere nequiret ab hæreditate eius repellatur. & denato in octauo mẽſe quod abortibus dicatur vide Boerium, deciſsion.20.num.2. Afflictus deciſsione.236.per totam. Soccin. conſil. 65 .num.2.lib.3.Detius conſil.657.& conſil.288.Aretinus conſil. 31. Detius & alij in.c.per tuas deprobationibus.

Finit.l.13.

# SEQVITVR explicatio ad l.14, Tauri,

SVMMARIVM.

*Vxor an poſsit conſtãte matrimonio diſponere de medietate lucrorum acquiſitorum.nu.1.& per totam gloſ.*

*Dominium medietatis lucrorum conſtante matrimonio acquiſitorum an ſtatim transferatur in vxorem.numer.1. 6.& .7.& .5.*

*Vxor conſtante matrimonio non poterit à marito petere diuiſsionem lucrorum, ſed demum ſoluto.num.3.*

*Dominium medietatis lucrorum conſtante matrimonio eſt apud vxorem quaſi nebula detentum quo ad effectum diſponendi.num.6.*

*Alienatio bonorum multoties impeditur vero domino.num.7.*

*Maritus conſtante matrimonio an poſsit diſponere de lucris acquiſitis.num.8.*

## Gloſſa.1.l.14.

S*Velto el matrimonio.* quid erit conſtante an liceat coniugibus de his bonis lucratis ad libitum diſponere, & cũ l.in marito & vxore loquatur, hac diſtinctione vtendum exiſtimaui. Aut loquimur in vxore, aut in marito, primo caſu videtur dicendum vxorem poſſe libere diſponere de medietate horum lucrorũ, quia ſecundum exterorum & noſtratũ ſententiam ſtatim cum ea bona acquirũtur, etiam cõſtante matrimonio transfertur dominium & poſſeſsio medietatis in ipſam: vere quæ domina eius ſtatim effecta eſt. vt in ſimili ſtatuto ſeu conſuetudine reſoluunt, Guilel.Benedi.in.c.Rainun.verbo, & vxorem nomine.nu.788 Caſa.in conſue.Burg.rubr.4.§.2.in tex. ibi. *Es partes frant.* num.6.in fin.& ead. rubr.§.3.in tex.ibi. *Perdonation.* nu. 4. verſi.ſed credo. & in ead.rubric.§.19.in tex.ibi. *Et auccene prendia.* num.1. verſi.
ſed cum conſuetudo, Molineus in con- 1
ſuet.Pariſ.§.25.num.1.&.2. & ex noſtratibus aduertũt Segura, in.l.3.§.fin.ff. de liberis & poſth.col.5.verſi.4.hoc.& ſequenti.& latius in tractatu de bonis lucratis conſtante matrimonio. col.17. & 22.Greg.in.l.55.verbo.comunalmente. col.2.prope fin.& col.3.titu.5.par.5.& in.l.5.verb. otra manera.col.6. verſi.2. quia non poteſt, & colu.2.verſi.5. moueor, titu.11.par.4.Couarr.lib.3. variarum.c.19.num.2.Palatius in.l.16. nu.9. & in rubr.de don.inter.§.66.nu.8.ver. præſertim.Anton.Gom.in.l.51. Tauri. nu.76.& in.l.77.nu.2.Baeza de nõ meliorand. c.11. nu.106.&.120.Ioan.Gartia de fructib.& ſpenſ.c.13.nu.12.&.13. cũ igitur vera domina & poſſeſſor eius medietatis lucrorum. vxor conſtante

matrimonio efficiatur neceſſario dicen
dum videbatur libere poſſe de ea diſpo
2 nere. ¶ Contrariam tamen ſententiam
veriorem omnino exiſtimamus ex vul-
gari & fere infalibili regula, qùa mu-
lieri matrimonio conſtante, adminiſtra-
tio ſeu quælibet alia diſpoſitio, marito
pugnante prohibetur cum ad eum non
ſolum dos, ſed & omnia alterius qualita
tis bona pro oneribus matrimonij ſub-
ſtinendis accedāt, ita referendo Bald. &
quandam. l. fori, aduertit in ſpecie Pala-
tius hic. num. 21. & latius ab eo compro
batur in rubrica de donationibus inter
3 §. 68. per totum. ¶ Quæ ſentētia veriſsi
ma & recepta, ex eo vltra ipſum confir
matur, quia vxor conſtāte matrimonio
non poterit a marito petere diuiſsionem
eorum bonorū, ſed demum ſoluto dedu
cenda erit medietas quæ ad ipſam expe
ctaret ex bonis quæ tempore quo matri
moniū ſolueretur ſuper eſſent, vt aduer-
tunt bene Ancar. conſi. 101. contra. col.
1. verſi. ex quibus verbis. Boerius in cō-
ſuet. vituricēs. tit. *Deſcoſtumes concertās
les iuges.* §. 10. col. 1. verſi. & non ſolum.
Benedict. in. c. Rainūtius. verb. *Et vxorē
nomine Adelaſium.* nu. 788. & ex noſtra
tibus Caſtel. in. l. 46. Tauri. col. 3. verſi.
dic & melius. Rodericus Suarez in titu.
de las ganancias. lib. 3. fori. l. 1. num. 58.
prope fin. Gregor. in. l. 55. verb. *Comu-
nalmente.* col. fin. prope fin. titul. 5. part.
5. Palatius hic. num. 20. & 21. Vnde a
fortiori ſibi prohibetur conſtante matri
4 monio eorum alienatio. ¶ Neque iſtud
indiget altiori probatione quam ex ver
bis noſtræ. l. dū ſoluto matrimonio, quā
do iam medietas ſublato impedimento
mariti, irreuocabiliter ad vxorem expe
ctat, dat ipſi facultatē alienandi bona, ex
quo clare conſtante prohibet eorū alie-
5 nationē. ¶ Quo quidem habito pro cō
ſtanti non obſtat fortiſsimum fundamē-
tum de tranſlatione dominij in vxorem
etiam conſtātę matrimonio, quia præter
quam quod plurimi contrariū verius ſe
cure exiſtimauerunt, vt de iure cōmuni
probauit Ancar. d. conſ. 102. col. 1. verſ.
ex quibus. Petrus Pechius in tractatu de
teſtamento coniugū. lib. 2. c. 1. num. 3. &
ex noſtratibus Caſtel. in. l. 16. verb. *Ha
de hauer.* col. 1. verſi. & ex hoc. vbi Pala
tius. n. 9. hanc dicit eſſe veritatē, & Tel.
Ferdin. nu. 14. cū alijs. de quo latiſsime
videndus eſt Matienço. in. l. 2. tit. 5. lib.
5. nouæ recop. gloſſ. 3. per totā maxime
ex nu. 2. ¶ Tamē quāuis fateremur prio 6
rē ſententiā eſſe veriorē, dominium hoc
matrimonio conſtante in vxorē tranſla
tum, in habitu tantum eſt, & ita anichila
tum & quaſi nebula detentum quo ad
effectum diſponēdi donec morte, diuor
tio, aut ſeparatione matrimonium ſolua
tur, quod vxor nequiret de his bonis
diſponere, neque vllum reale exercitiū
huius medietatis habebit, ita reſpondent
& intelligunt primam opinionē Caſan.
in conſuetud. Burgund. rubric. 4. §. 2. in
verb. *Et participant.* num. 6. Segura in
tractatu de bonis lucrat. conſtāte matri.
col. 17. verſic. 2. Caſtell. in. l. 46. Tauri.
verb. *Ha de hauer.* col. 1. verſi. vel dic. &
verſi. ſolutio eſt. Moli. in conſuet. Pariſs.
§. 25. nu. 1. & 2. Cou. lib. 3. variarū. c. 19
nu. 2 in fin. Gre. & Suarez ſupr. ¶ Non 7
enim pugnans eſt vxorē dominā eſſe &
ſibi prohibitū bonorū exercitium, cum
paſsim videamus dominis impediri bo-
norum alienationē abſque eo quod veri do-
mini eſſe deſinant. l. non ideo minus. ff.
de rei vendicat. l. ex aſſe ad Trebelian.
l. 1. §. ſerui ad Silanian. l. ſi fur. ff. de vſu-
fructu. & reſoluunt Oldral. conſil. 203.
col. 1. Detius conſi. 419. Tiraq. de retra
ctu conuētio. §. 2. gloſ. 1. nume. 36. & in
ſpecie ad longū aduertit Ioa. Gartia. de
fructibus, & ſpenſ. c. 13. nu. 10. cum alijs
quare longe verius eſſe conſtat.

In ſecundo vero caſu receptiſsimum 8
eſt maritū poſſe conſtante matrimonio
etiam vxore vetante, diſponere de lucris
eo durante quæſitis ex. l. 205. ſtilli &
l. 5. titulo. 9. libr. 5. nouæ recopilation.
vbi



vbi latiſsime id explicuit Matienço per
tot. l. maxime gloſ. 6. cui accedant quæ
traddit Burgos de Paz Iunior in quæ-
ſtionibus maioratus. quæſt. 9. per totam
Ioan. Gartia de fructibus & ſpenſis. c.
13. fere per totum, vbi circa poteſtatem
donandi vel aliter diſponendi per con-
tractum latiſsime egerunt referentes plu
res ex antiquioribus, qui in ſimili ſtatu-
to locuntur.

*SVMMARIVM.*

*Vxor an teneatur reſeruare filijs prioris matrimonij medietatem eo conſtante acquiſitorum. nu. 1. & per totam gloſſ.*

*Lucrum quod maritus mortua vxore acquirit ex ſtatuto an teneatur reſeruare filijs prioris matrimonij. num. 1. & 2.*

*Ratio decidendi ad. l. num. 3. & 4.*

*Lucra conſtante matrimonio quæſita potius ex vtriuſque coniugis induſtria quam à lege obueniunt. num. 4.*

## glo. 2. l. 14.

A *Vnque caſen ſegunda o tercera vez
1 o mas.* In hac ampliatione conſiſtit
tota difficultas huius. l. quia ex. l. fæminæ
C. de ſecund. nuptijs. quidquid ex facul
tatibus viri, titulo lucratiuo vxor acqui
rebat, tenebatur moriens liberis commu
nibus reſeruare, omni alienatione pæni-
tus inter dicta, & ſtatim ex. l. cum alijs
ſponſalitiam largitatem ex donatione, ſe
cundi viri ad eam deuolutam, atque
demū ex. l. generaliter eod. titulo vir lu
cra dotis integra filijs ſeruabat ex quo
multi credditerunt, idem eſſe iudican-
dum in bonis conſtante matrimonio
quæſitis dicentes, id lucrum a lege con-
iugi ſuperſtiti immediate delatum, tran-
ſeuntem ad ſecunda vota liberis prio-
ris matrimonij reſeruare ponderantes
ad id ſimile ſtatutum conſtituēns quod
ſi maritus mortua vxore lucretur cer-
tam partem dotis, id lucrum amitteret
per tranſitum ad ſecundas nuptias &
liberis prioris matrimonij teneretur in-
tegrum reſeruare, vt dixerunt Bald. in
authentica ex teſtamento. C. de ſecund.
nuptijs. num. 9. cui adhærent Salicetus
Paul. Caſtrenſ. Romano. & Soccin. ibi.
Ripa. in. l. fæminæ. numero. 45. & 59.
Ioannis Gatro. in. l. generaliter. numer.
49. Bertrand. in. l. hac editali. nume. 41.
eodem titulo Alciat. lib. 1. de verborum
ſignificatione. numer. 34. Detius conſil.
451. numer. 7. Cremes. ſingul. 172. Cor
neus conſil. 269. in fine. libr. 4. Gratus
conſil. 35. volum. 1. ¶ Contraria ta- 2
men ſententia verior aliquibus videba-
tur, etiam ante noſtram. l. ex alia Bald.
doctrina in. l. final. C. de bonis mater.
dicentis in ſpecie ſimilis ſtatuti, id lu-
crum a lege delatum non amittere con-
iugem per tranſitum ad ſecundas nup-
tias, quem ſequitur Corneus ibi. in fine.
& in authentica ex teſtamento. verſic.
prædicta. C. de collationibus Aretin. in
l. ſi ab hoſtibus. §. fina. ff. ſoluto matrim.
Signorolus conſilio. 37. & 69. Segura
in tractatu de bonis lucratis conſtante
matrimo. numer. 86. & 87. ¶ Cuius 3
ſecundæ opinionis authoritate, quam
veriorem eſſe ſentierunt, inductam eſſe
l. hanc exiſtimauerunt ex noſtratibus
Caſtellus in præſ. gloſ. 1. Gomez Arias.
& Anton. Gomez. numer. 3. Ioann. Lu-
pus hic. nu. 5. & 6. & in rub. de do. §. 56
nu. 35. & §. 67. nu. 17. Greg. in. l. 26. tit.
3. partita. 5. Montal. in. l. 13. in fin. titu. 1.
lib. 3. fori. Perez ad Segur. in loco ſupra
citato. ¶ Qui omnes licet verum di- 4
xerint, errauerunt tamen in ratione de
cidendi noſtræ. l. quia non fuit conſti-
tuta ad confirmandam, eam ſecun-
dam opinionē, neque ex ea ratione pro
cedit, quod lucrum a lege immediate de
latum ſit, & conſequenter non reſer-
uandum, quia vtrumque falſum eſt,
 eſt enim

eſt enim longe verior, prima opinio dicentium eſſe lucrum a lege delatum, immediate coniugi ſuperſtiti, reſeruãdum filijs prioris matrimonij, vt ex fundamẽtis & authoritate ſequentium eam conſtat, ſed quia lucra hæc conſtante matrimonio quæſita, potius ex vtriuſque coniugis induſtria & labore atque titulo oneroſo habita quam ex cauſa lucratiua a lege ipſa deferuntur vt ex ipſa rei euidentia conſtat, & prior opinio etiam hodie atenta noſtra. l. ſequenda erit & eius cõſtitutionis ratio decidendi patet non eſſe quam prædicti ſcribentes crediderunt. ita diligenter conſiderando naturam huius lucri ad coniuges expectantis, dixerunt Ripa in. d. l. fœminæ. nu. 43 &. 45. C. de ſecund. nupt. etſi bene intelligatur. idem dixit noſter Palatius in rubrica. d. §. 50. num. 33. & hic. Couarr. in 4. 2. parte. c. 3. §. fin. num. 8. Pinel. in. l. 1. C. de bonis maternis. 1. part. num. 73. & iterum in. l. fin. num. 1. &. 2. eod. tit. Tel. bene hic. dicẽs ſic debere intelligi, quod ſcripſit Menchaca de ſucceſsion. creatione. §. 1. num. 25. & mutato conſil. Gomez in. l. 50. num. 74. vt aduertit Ioan. Gartia de fructibus & ſpenſis. c. 13. nu. 17. ex quo inferri poterat ad multa de quibus per Palatium hic. num. 6. vſque ad. 14.

*SVMMARIVM.*

*Medietas lucrorum conſtante matrimonio acquiſitorũ mortuo marito vel vxore ad alterum irreuocabiliter ſpectat. num. 1.*

*Maritus vel vxor ſoluto matrimonio non poteſt diſponere de medietate quæ ad defunctum ſpectaret per totam gloſ.*

*Coniuges poſſunt renuntiare lucris conſtante matrimonio acquiſitis. nu. 2.*

*Reſeruatio bonorum quæ ad vnum ex cõiungibus titulo lucratiuo obuenerunt hodie non immutatur. num. 4.*

## Gloſſa. 3. l 14.

P*Veda diſponer libremente de los bie-* 1
*nes multiplicados.* non intelligas de omnibus ſed de medietate diſponere volentis, quia vno ex hijs defuncto, medietas quæ ad ipſum expectaret ſtatim ad ſuos hæredes irreuocabiliter tranſmitteretur vt aduertunt Guilel. Benedictus in. c. Rainuntius verbo. & vxorem nomine. nu. 785. in fin. Caſaneus in conſuet. Burgund. rubri. 4. §. 19. in tex. ibi. *Fayre la renunciacion.* num. 7. & ex noſtratibus Segura in. l. vnum ex familia §. ſed ſi fundum. col. 46. verſic. ex quo ego infero delegat. 2. Palatius Rube. in rubr. de donat. inter. §. 62. num. 3. verſic. amplia. 4. & hic. num. 17. vbi Caſtellus verbo, puedã diſponer. Gomez. in. l. 51. numer. 79. in prin. quorum ſententiam aprobo, rationem improbo, dicunt. n. quod quia lucrum a lege delatum eſt ad hæredes morientis abſque vlla agnitione tranſmittitur ſicut aliud quodlibet lucrum legis quare in probata ratione reprobauit eorum opinionem Pinellus in. l. 1. 1. parte. nume. 38. C. de bonis mater. exiſtimans non admitti eam tranſmiſsionem, ſed noſtrates in effectu verum dicunt, & Pinel. non bene acceſſante ratione eorum ipſos impugnauit quia licet ratio vera non ſit, cum lucrum hoc conſtante matrimonio quæſitum, a lege non obuenerit ſed ex induſtria coniugum proprius ad eos accedat, vt ſupra probauimus in gloſ. præced. tamen quia dominium matrimonio durante vxori reuocabiliter quæſitum, ſoluto in totum a marito abdicatur merito ad hæredes eius irreuocabiliter tranſmitteretur.
¶ Qui ſi vellent habebunt ius renun- 2
tiandi de quo in. l. 60. ſequenti vt aduertit Caſaneus. d. §. 19. & Ioann. Lupus in rubrica. §. 66. numer. 3. Phanus de Phanu. in tractatu de lucro dotis gloſſa. 4. nu. 10.



numer. 10. &. 11. & Pinel. in. l. 1. C. de bon. mater. 1. parte. numer. 36. ¶ Vnde
3 merito ſuperſtes de medietate tantum quæ ad ipſum ſpectaret, poterit ad libitum ſoluto matrimonio diſponere quod non obſcure deducitur a lege dum dicit. *Como de los otros ſus bienes proprios.* ſua. n. non eſt medietas ad hæredes tranſmiſſa & ita in ſpecie intellexerunt Palatius hic. numer. 21. Couarubias in. 4. 2. parte. c. 3. §. 9. numer. 8. Gartia de ſpenſis. c. 13. num. 15. quod confirmatur ex
4 Palatio. in. l. 16. numer. 8. ¶ Et dum lex. dicit. *De los bienes multiplicados.* regulam reſeruationis cum prohibitione alienationis, in tactã relinquit in omnibus alijs quæ ad coniuges titulo lucratiuo obuenerint. vt aduertit Palatius hic. numer. 16. Tellus in prin. & eſt ſatis iuri conſonum. Pro complemento tamen huius. l. vide, Antonium Gabriel. regul. 1. 2. &. 3. in titulo de ſecund. nuptijs. vnde plurima notatu digna ad rem conducibilia deducerentur.

Finit. l. 14

## Sequitur explicatio ad. l. 15. Tauri.

SVMMARIVM.

*Reſeruatio bonorum æquiparatur in marito & vxore ad ſecundas nuptias tranſeunte. num. 1.*

*Reſeruatio bonorũ in quibus caſsibus procedat. num. 2.*

## gloſsa. 1. l. 15.

1 EQuiparationem huius. l. admiſſam videmus de iure communi, vt conſtat ex. l. generaliter. C. de ſecundis nuptijs. & in authentica de nuptijs. §. ſi vero expectet, & aduertunt Oldral. conſi. 32. 2. dubio. Azo. in ſumma de ſecund. nuptijs. verſic. item quæcumque. Cæpola. caut. 336. Bertrand. conſil. 95. volum. 2 & conſil. 115. volum. 3. Gratus conſil. 35. volum. 1. Boerius deciſsione. 137. & ex noſtratibus pro conſtanti præſupponũt. poſt Ciſon. omnes hic. ſed quia non ita generaliter ea regula procedebat quod multi caſus non exciperentur, vt bene aduertit hic Palatius. numer. 2. & per tot. neceſſaria fuit cõſtitutio huius. l. vt omnino reſeruatio in marito & vxore æqualis foret. ¶ Caſus tamen qui- 2
bus hæc bonorum reſeruatio admittitur ne ſit procedere in infinitum. vide per Gabriel. titulo de ſecund. nuptijs per totũ. maxime regul. 1. 2. 3. 6. 7. &. 8. & noſtrates in locis ſupra relatis. Mieres. 1. parte. quæſtione. 54. per totam. Acoſta in. c. ſi pater. 3. parte. verbo. cenſendum. numero. 16.

Finit. l. 15.

## Sequitur explicatio ad. l. 16. Tauri.

SVMMARIVM.

*Legatum relictum à marito vxori an cõputetur in partem quæ ad ipſam ſpectaret, ex lucris conſtante matrimonio quæſitis. num. 1. & per totam legem.*

*Maritus reſpectu medietatis lucrorũ & reſtitutionis dotis an debitor voluntarius vxori ſit. num. 2. cum alijs.*

*Debitor volũtarius an videatur habuiſſe animum compẽſandi legatum cum debito. num. 2. et alijs.*

*Maritus legãdo vxori an videatur habuiſſe animum compenſandi. num. 3.*

*Maritus quãdo videatur legaſſe vxori animo compenſandi. nu. 4. et. 5.*

*Pater ſi filiæ dotis nomine aliquid legauerit et*

*rit et poſtea eandèm dotauerit an poſ-*
*ſit filia exceſſum legati petere.num.6.*
*&.7.vſque ad.10.*
*Intellectus ad.l.imperator delegat.2.nu-*
*mero.9.*
*Legatarius accipiens lègatum ſibi relictũ*
*ſub clauſula quod debitum non petat*
*an ſibi preiudicet.num.7.èt ex num.5.*
*vſque ad.10.*
*Debitor ſpeciei quando legando quanti-*
*tatem intelligatur habuiſſe animum cõ*
*penſandi.num.11.cum alijs.*
*Voluntarius ſeu neceſſarius debitor quis*
*dicatur.num.13.*
*Dèbitor neceſſarius an videatur habere*
*animum compenſandi cum debito lega*
*tum.num.14.cum alijs.*
*Intellectus ad.l.fin.C.communia vtriuſ-*
*que num.15.cum alijs.*
1 *Intellectus ad tex.in.l.ſi pater.§.pro filia*
*ff.de collatione dotis.num.16.*
*Pater qui promiſſit dotem pro filia legan*
*do an videatur habuiſſe animum com-*
*penſandi.num.16.*
*Compenſatio quando admittatur de quan*
*titate ad ſpeciem.num.18.cum alijs,vſ*
*que ad num.20.*
*Intellectus Couarrub.ad hanc.l.nu.21.*
*Verus intellectus ad.l.num.22.*

# Gloſa vnica ad.l,16.

1 NO *ſe la cuente en la parte que la mu*
*ger ha de auer en los bienes multipli*
*cados.* lex iſta ſingularis eſt & a nullo
quem ego legerim ab origine intellecta
vnde veniamus ad intellectum & inde
deduceretunr plurima ſatis notatu dig-
na. Et primo noſter Palatius Rubeus in
princ. nu.3. intelligit legem hanc ex eo
principaliter procedere, quod maritus
ſit debitor voluntarius vxoris medieta-
tis lucrorum ad ipſam ſpectantium con
ſiderans ad efficiendum eum debitorem
voluntarium originem contractus ma-
trimonij,vnde ſocietas inter eos fuit or
ta dicens quod cum is contractus a prin
cipio fuiſſet voluntarius merito maritus
voluntarius debitor lucrorum dicere-
tur, & conſequenter legando vxori vi-
deretur in dubio animum habuiſſe non
compenſandi legatum cum lucris, ex.l.
creditorem.87.delegat.2.l. ſi compen-
ſandi.C.de hæred.inſtituend. l. vnica.§.
ſciendum.C.de rei vxoriæ actione.cuius
Palatij intellectus duo notabilia præſup
ponit, primum quod maritus reſpectu
horum lucrorum debitor voluntarius
eſt. Secundum quod cum debitor volũ
tarius ſit.non compenſat legatum cum
lucris. ¶ Quo ad primum veriſsimũ 2
eſt maritum debitorem volũtarium eſſe
tam reſpectu lucrorum cum a principio
contractus matrimonij, a quo ſocietas
oritur voluntarius fuiſſet, quam reſpe-
ctu reſtitutionis dotis in conſequentiam
eius matrimonij ſibi datæ cum potuiſſet
libere in dotatam vxorem accipere. l.
fin.C. de donationibus ante nuptias &
hac ratione maritum dici voluntarium
debitorem probat elegãter Fanutius de
lucro dotis gloſ.8.numer.42 pag.337.
Bart.num.3.in.l.ſi cum dotem.§.ſi pater
num. 3. ſoluto matrimo.& reprobando
Iaſſonem,Detius.nu.11. Curtius Iunior
num.19.in authentica.præterea.C. vnde
vir & vxor,& melius deducitur ex Cor
neo.conſil.292.num.5.volum.1.Ruinus
conſil.92.numer.5.volum.5. & ex no-
ſtratibus aduertunt Ciſontan.hic.nu. 18
ad fin. Suarez in titulo de las arras. nu.
37.atque ex his, quæ de venditione ne-
ceſſaria & voluntaria egerunt compro-
batur. ¶ Ad ſecundum,quod quia ma-
ritus debitor voluntarius eſt non com- 3
penſat legatum cum lucris, etiam in ſe
receptiſsimum eſt licet ea ratio ad.l. nõ
bene adaptetur vt ex infra dicendis cõ-
ſtabit,& quod verum ſit probatur in.d.
l.creditorem cum alijs ſupra relatis, &
fuit ſingularis doctrina Petri de Bella-
pertica.in.l.ſi compenſandi.C. de hære
dibus



dibus inſtituendis dicentis quod legatũ
factum per maritum vxori nunquam
intelligitur animo compenſandi,cũ ſit
debitor voluntarius,& ita conſuluerunt
Bald.conſil.58.volum.2.& conſil.84.
eodem.volumine. Cumanus conſilio.
12.Paul. conſilio. 247. legatum præ-
dictum,Capra.conſil.72.Ruinus conſi.
92.num.5.volum.7.Afflictus deciſsio.
44.num.9.ſingu.Aymon. conſil.149.
num.2.& alijs.Riminald.Iunior.conſil.
393.volu.4.Menochius conſi.56.lib.1
Octauian.Pedamon.deciſsio.68.nu.3.
Veroius quæſ.9.&.92.Simon de præt.
conſil.182.Detius conſil.425. num.10.
Paris conſi.95.num.10.34.& ſequent.
volum.2.Corneus.257.volum. 1. & ex
noſtratibus non referentes ſupradictos
Ciſont.hic.num.8.Tellus.6.Suarez. in
titul.de las arras.num.36. Couarr. in.c.
officij.nu.2.de teſtam. dicentes omnes
in dubio non præſumi in marito legan-
te vxori,animum compenſandi, cum de
bitor ſit voluntarius,& ita in ſpecie no-
ſtræ deciſsionis nimirum ſi cum maritus
debitor ſit voluntarius vxoris quo ad
medietatem lucrorũ credendum ſit non
habuiſſe animum compenſandi legatũ
vxori factũ cum lucris, vt Palatius exi-
ſtimauit. ¶ Cuius intellectus ad.l. &
4 prædicta recepta ſententia iuridice re-
ſtringitur quando conſtiterit,maritũ vo-
luiſſe legando vxori compenſare cum
lucris legatum, quia tunc cõpenſaretur,
vt probat Paul.cõſ.193. ſuper iſto pun-
cto.2.dubi.lib.2.Abbas conſi.81.col.2
lib.1.Corneus conſ. 115.lib.4.bene Ay
5 mon.conſi.149.nu.3.cũ alijs. ¶ Quod
eleganter reſtringendum eſt ad quantita
tem concurrentem legati,vt in caſu quo
conſtat maritum voluiſſe legatum ab eo
relictum compenſari cum lucris. vſque
ad eam quantitatem fiat compenſatio,
& quod excedit legatũ repetetatur quod
in dote & alijs bene probatur in. l. 1. §.
fin.ff.de aliment. & Cibarijs legat. ibi.
*Si non minus valerent.* & colligitur ex
l.ſi cum dotem.§.ſi pater.ff.ſoluto matri
monio.vbi probauit Alexand.nume. 2.
Corneus conſil.132.num.2.volu.2.Rui-
nus.conſil.70.num.3.volu.2. ¶ Quod 6
confirmauit Oldrald. quem refert & ſe
quitur Baldus, & Angel.in.l. Lutius.1.
delegat.2.dicentes,quod ſi dotis nomi-
ne quidpiam pater filiæ reliquerit,ac po
ſtea eandem dotaberit,poterit filia exceſ
ſum legati recuperare quod ſequti ſuut.
Alexand.num.5.Iaſſo.19.in.l.huiuſmo
di.§.cum pater.ff.de verborum,& dicit
communem Alexand.conſi.7.num.10
lib.1.Iaſſo.in.l.filia numer.3.C.delegat.
Soccinus conſil.101.num.3.lib.3. Bene
dictus in.c.Rainuntius. verbo, dotem.
num.14.Detius conſil.81.num.6.Pariſ.
conſil.61.num.36.lib.2.& eleganter id
comprobando Couarrubias in c.officij
num.10.de teſtament. quamuis contra-
rium,id eſt nihil amplius poſſe filiam pe
tere,tenuerunt Dinus quem ſequuntur
Cumanus.nu.3.Paul.4.in.l.Lutius Cam
petius de dote 1.par.quæſt.36. Hipoli
tus in.l.vnica,num.27.C.de raptu virgi
nũ,& omiſſa diſtinctione, an pater pro
filia maritanda ſeu pro dote filiæ relin-
querit.de qua Paul.conſil.214.lib.1. Pa
latius Rub.in.c.per veſtras.3.notab,§.12
num.12.quam vltra prædictos reprobat
Couarrub.in d.c.officij.num.10.per to-
tum. ¶ Quæ Oldraldi & aliorum ſen 7
tentia(quam pro nunc vt veriorem eli-
gimus)procederet etiã ſi teſtator adiece
rit clauſulam quod vxor plus legato pe
tere non poſsit,& ipſa ſub ea conditio-
ne legatũ aceptauerit, quia licet in alio
legatario,qui teſtantis creditor eſſet,re-
ceptiſsimum ſit quod accipiens legatum
ſub ea clauſala relictum ſibi preiudicet
vt reſiduum debiti petere nequeat etſi
multo minus ſit in legato, vt probatur
in.c.officij de teſtam.& notauit Paul.&
Alexand.in.d.§.ſi pater late Ruinus cõ
ſil.79.volum.2.per totum. Soccinus Iu
nior conſi.173.n.3.volu.2.atque ex.l.im
perator.42,ad.fin,delega.2,ſatis cõſtat,
¶ Tamẽ

8 ¶ Tamen id non eſt accipiendum in
debitore dotis, qui legauit animo com-
penſandi adiecta prædicta clauſula, ſed
reſiduum repeteret vxor quamuis liben
ter accipiat legatum, vt tenet Imol. in.l.
contra pater.§.qui dotale ad fin.delega.
2.Pro quo facit.l.dotale.l.3.§.fin. defun
do dotali, & eleganter probauit Caſtrẽ.
conſi.73.nu.3.vol.1.quem dicit ſingul.
Ruinus conſi.79.num.6.volum.2.inge-
nioſe conſiderans. multum intereſſe an
alicui legetur quantitas & grauetur ma-
iorem quantitatem Titio præſtare, quo
caſu locum habet ratio Caſtrenſis.an ve
ro legetur quantitas & grauetur actio-
nem ſibi alias competentem remittere.
quia tunc credit acceptando legatũ non
poſſe actionem intentare.ſed Pauli ſentẽ
tiam in diſtincte teneo ex eo quod idem
de actione quod de dote dicendum exi
ſtimem.vt conſiderauit Alexand.in.l. ſi
cum dotem.§.ſi pater.num.1. ſoluto ma
trimon. Vincentius in. l. pater filium.
col.3.ad.l.falcidiam.intelligendo tex.in
l.dotale.13.§.fin.defundo dotali ſpecia
le eſſe in dote quod ex eo deduxerunt.
9 ¶ Sed & tex. in.d.l.imperat.42.ad. fin.
delega.2.Præter quã ꝙ non loquitur in
dote, debet intelligi quando legatur quã
titas & legatarius grauatur rem propriã
alicui dare, quia tunc accipiendo lega-
tum tenetur rem præſtare.licet plus va-
leat ex eo quia pro tanto videtur eam ſti
mare, ſi vero quantitas & non res lega-
tarij legaretur & maiorem quantitatem
præſtari iubeatur quamuis legatarius le
gatum accipiat non teneretur maiorem
quantitatem ab eo tertio relictam præ-
ſtare . ſed tantum concurrentem , quia
tunc in exceſſu non valuit legatum.l.fi-
lius familias.117.§.apud Marcelum de-
legat. 1.& notanter diſtinguit iuriſcon-
ſult.in.l.imperat.72.delegat.2.quæ om-
nia notanda quidem ſunt ad probandũ
ſecundum præſuppoſitum Palatij, id eſt
debitorẽ voluntarium legando intelligi
indubio legaſſe animo non compenſan-
di veriſsimum eſſe. ¶ Non tamen ex 10
eo quod verum ſit infertur in ſpecie no-
ſtræ.l.ideo legatum non compenſari cũ
lucris acquiſitis conſtante matromonio
quia maritus ſit debitor voluntarius, vt
Palatius exiſtimauit, quia licet fateamur
debitorem eſſe maritum medietatis ho-
rum lucrorum, tempore tamen quo lex
præſupponit non dari compenſationem
ſcilicet poſt mortem mariti non poteſt
debitor nũcupari: cum non ſit in rerum
natura neq; vxor creditrix eius, ſed iam
vera domina effecta ſuæ medietatis lu-
crorum quo ad actuale & reale exerci-
tium, & conſequenter dici non poteſt,
ex eo non dari compenſationem: quod
maritus ſit debitor voluntarius. quare
alia ratio querenda eſt qua compenſa-
tio non fiat.
Vnde Tellus ingenioſus hic.num.16 11
fatetur maritum debitorem legalem eſſe
& inde legando neceſſario debere intel
ligi animum compenſandi habuiſſe, tan-
quam debitor neceſſarius , ex doctrina
Imolæ.in.c.officij num.10.de teſtamen.
& eorum quæ antea num. 6. adduxerat
ſed ideo in ſpecie noſtræ. l. credendum
eſſe maritum debitorem legalem nõ ha-
buiſſe eum animum compenſandi, quia
non eſt debitor quantitatis ſed ſpeciei,
nempe omnium ſpecierum rerum acqui
ſitarum conſtante matrimonio. præſup-
ponens debitorem in ſpecie legando
quantitatem non habuiſſe animum com
penſandi, quantumcumque debitor ne-
ceſſarius ſit. vt ipſe antea probauerat.
num.2.ex doctrina Bar. in.l.huiuſmodi
§.ſi pater.num.1.delegat.1.
Qui quidem intellectus iuſte reijcitur 12
ex eo quia præſupponit maritum reſpe
ctu horum lucrorum debitorẽ eſſe vxo
ris neceſſarium & legalem in quo certe
labitur Tellus , quia cum lucra hæc
conſtante matrimonio quæſita potius
ex vtriuſque coniugis induſtria & labo
re atque titulo oneroſo acquiſita ſint
quam ex cauſa lucratiua a lege ipſa defe
rantur



rantur vt diximus in.l.14.gloſ.2.ad finẽ
merito maritus voluntarius debitor eo-
rum bonorum potius quam neceſſarius
diceretur, vt bene inprincipio huius gl.
probauimus.num.2. ¶ Quod vt cla-
13 rius conſtet aduertẽdum eſt quod licet
omnes obligationes a lege procedant
diuerſo tamen modo naſcutur. quædam
enim ſunt inductæ expartium conuen-
tione.l.1.§.ſi conuenerit.depoſiti.l.3.ff.
de actio.& obligat.& in hijs debitor di
ceretur voluntarius quamuis ad iuditiũ
deueniatur vt in marito , circa reſtitu-
tionem dotis ſeu medietatis lucrorum
videmus quædam originem habent a ſo
la.l.prouidentia & neceſsitate prætervo
luntatem hominis.vt in caſu legis qui li-
beros.ff.de riptu nuptiarum & in hijs di
ceretur quis debitor neceſſarius, vt eui-
denter conſtat ex hijs , qui in debitore
voluntario locuntur & eleganter expli-
cuit Corneus conſil.295.num.5.vol.1.
Ruinus conſi.92.num.5.volum.5.& ita
conſtat clare maritum reſpectu dotis ſeu
medietatis lucrorum eſſe debitorem vo-
luntarium & conſequenter non benedi
xiſſe Tellum eſſe neceſſarium , & le-
galem.
Secundo , dum Tellus præſupponit
14 debitorem neceſſarium & legalem ſem-
per intelligi habere animum compenſan
di legatum cum debito legatarij.recep-
ta ſententia eſt ex authentica præterea.
C.vnde viret vxor.l.3.§.ſi debitor.de bo
nis libertorum , & reſoluunt eleganter
omnes ſupra relati.num.3. qui fecerunt
diſtinctionem inter voluntarium & ne-
ceſſarium debitorem. Et Alexand.in.l.
ſi cum dotem. §. ſi pater ſoluto matrim.
Curtius Iunior in authentica præterea.
num.19.Afflictus deciſsio.44.num. 9.
Pariſius conſil.95.ex num.37. volu. 2.
Ruinus conſil.92.num.5.volum.5. Ay
mon, conſil. 86. Couarrub.in.c. officij.
num.2. de teſtament. & pro ea recepta
ſententia facit.tex.notandus in.l. ſi cum
dotẽ.§.ſi pater.ibi. *Compenſandum*.ff.ſo
luto matrimonio, vbi pater inſtituendo
filiam videtur eam animo compenſandi
inſtituiſſe ex eo quod reſpectu ipſius de
bitor neceſſarius eſt. ¶ Neque aduer 15
ſus hanc veritatem & deciſsionem. tex.
in.d.§.ſi pater obſtabit fortiſsimus tex.
in.l.fin.C. communia vtriuſque ad me-
diũ.ibi. *Tunc omnino præcipuum trahere*
vbi ſi pater dotẽ filiæ datam quacumq;
ratione recuperaberit, atque poſtea ean-
dem filiam cum extraneis inſtituat hære
dem, habebit filia dotem præcipuam &
etiam iſtud in quo a patre fuit inſtituta
cui difficultati Romanus in.d.§.ſi pater
nu.13.creddit reſpondendũ d.§.ſi pater
per tex.in.d.l.fin.eſſe limitandum quaſi
non procedat ſi filia cum extraneis fue-
rit inſtituta defendit.ibi.num.13. & in.l.
huiuſmodi.§.cum pater.numer.1. & ibi.
Iaſſon.num.13.delegat.1. ſed verius vi-
detur dicendũ dictam.l. procedere quã
do pater iure dotem exegit, & non vide
tur, procedere in terminis. d. §. ſi pater,
cum enim gener ſemel dotem ſoluiſſet
iniquum enim eſſet eam iterum ſolui.l.
bona fides.ff.de regul.iuris. æquitas aũ
tem in dotibus magis conſideratur.l. iu
re ſuccurſum. ff. de iure dotium. neque
obſtat ratio ſupradicta, quoniam pater
non tenetur pure dotem receptam filiæ
reſtituere, ſed ſub conditione ſi illa iterũ
nubat.d. authentica, ſed quamuis vnde
nimirum ſi inſtituendo filiam non videa
tur habere animum compenſandi, quia
quando debitor neceſſarius ſub condi-
tione debet, & pure inſtituit non videtur
animum compenſandi habere cum ex-
tra caſum neceſsitatis pure & volunta-
rie inſtitueret, vt traddit Alexand. in.d.
§.huiuſmodi.num.5. Ruinus conſil. 58.
num.24.& conſil.64.num.7.volum.2
Fabro, in authentica præterea.num.56.
C.vnde vir & vxor & hac ratione in.d.
l.fin.non præſumitur animus cõpenſan-
di, at in.§. ſi pater , præſumitur nam.ibi.
pater iam pure debebat.l.qui homines.
§.ſi gener.ſoluto matrim.& ideo ſi pure
inſti-

inſtituat videtur habere animum com-
16 penſandi. ¶ Minus etiam obſtat tex.
notandus in.l. ſi pater. §. pro filia.ff.de
collatione dotis.vbi ſtat clara conſtitu-
tio pro opinione Imolæ.contra commu
nem.in.l.huiuſmodi.§. cum pater.colu.
fin.delega.1.ſcilicet quod pater,qui pro
miſsit dotem pro fiila legãdo non videa
tur habuiſſe animum compenſandi, &
licet tenentes communem varie connen
tur ad hunc tex.reſpondere tamen mini
me illi ſatisfaciunt,vt late oſtendit. Fa-
nutius de lucro dot.gloſ.8.ex.num.97.
pag.340.& multo minus ſatisfacit reſo
lutio ab eod. Fanutio ibidem adducta.
nu.5.ſcilicet, in illo tex.non agi de præ-
ſumẽda compenſatione,ſed de iure col-
lationis, & alia eſt quæſtio collationis
faciendæ, alia vero præſumendæ com-
penſationis,nam ius collationis eſt cer-
tum & ſcriptum, ius autem inducendæ
compenſationis,incertum pendẽs ex cõ
iecturis,& ideo ex reſponſione data per
iuris conſul. ſuper iure conferendi non
infertur reſpondere voluiſſe ſuper quæ
ſtione compenſationis cum explicite di-
cat filiam dotem præcipuam habere &
legatum, atque ita videtur hic tex. irre-
fragabilis contra communẽ,contra quã
videtur etiam tex.in.l. ſi ſocer.45.§.1.in
17 fine ſoluto matrimo. ¶ Sed adhuc ni
hil obſtãtibus his cõſtitutionibus fortiſ
ſimis prior reſolutio tex.in.d. §. ſi pater,
verior eſt, ſcilicet patrẽ dotem promit-
tentem ſi ſimpliciter leget videri legari
animo compenſandi,vt reſoluunt ex re-
latis plurimi.& Bart.in.l.huiuſmodi.§.
cum pater.num.1.delega.1.vbi Alexan.
num.3.Iaſſon 8. aſſerunt receptum, &
Iacobinus.in.l.cum pater.num.2. de iu-
re dotium.Paris conſil.95.num.38.vo-
lum.2.Palatius in rubric §.27.nu.3.mo
ti ex eo quia pater per legem cogitur do
tare filias.l.qui liberos. ff. de riptu nup-
tiarum & ſic tanquam debitor neceſſa-
rius debet videri legaſſe animo compẽ-
ſandi iuxta.d.§. ſi pater, & eorum quæ
ſcribentes ſupra reſpondendo in contra
rium adductis referunt.
Tertio, & principaliter dum Tellus 18
præſupponit,in hac.l.non dari compen
ſationem,quia fuiſſet eam admittere, de
quantitate ad ſpeciem contra receptam
regulam compenſationis.l.fin.C.de cõ-
penſationibus.l. ſi conuenerit depigno-
ratitia & magis in ſpecie. l. 2. §. mulier
de dote prelegata.l. plane. §. ſed ſi non
corpus delegat. 1. receptiſsima eſt eius
ſententia ex relatis iuribus deducta, vt
probant Bar.in.d.l.huiuſmodi.§.1.dele-
gat.1.vbi Iaſſon num.12.& eſſe recep-
tiſsimum in iudicando & conſulendo
aſſerit Corneus.conſil.257.nu.10.vol.1
Soccinus conſi l.93.num.23.vol.1.Co-
uar.in.c.officij.num.2. de teſtam.& di-
cit communem Galdenſ.de act.teſtand.
titul. 6.cautela.5.nu.3.Ciſont.hic.nu.18
Tellus num.2.& hanc eſſe veram ratio
nem decidendi ad eam.declaratione ta-
men præciſſa indiget. ¶ Quia licet in 19
compenſatione quæ fit in iuditio nõ ad-
mittatur compenſatio de quantitate ad
ſpeciem.l. ſi conuenerit de pignoratitiã
actione.tamen incompenſatione quæ fit
ex voluntate teſtatoris etiam de quanti-
tate ad ſpeciem admittitur, quod notan-
ter videtur deduci, a.l.ſi cum dotem.§.ſi
mater ſolu.matri.ibi.*Compenſandum*.dũ
tex.ille loquitur de filia inſtituta & a cõ
muniter accidentibus, in hæreditate in-
ueniatur ſpecies, & etiam colligitur ex
generalitate authenticæ præterea. vnde
id poſt alios reſoluit Alexand.in. d.§. ſi
pater col.pen.& in.d.authentica.nu. 13.
Iaſſon.26.Detius.10.Afflictus deciſsio.
138.num. 4. & late defendit Fanutius,
de lucro dotis.gloſ.8.nu.59. pag. 147.
¶ Vnde ad veram Telli & aliorum re 20
ſolutionem aduertendum eſt,quod ſi cõ
ſtet de voluntate expreſſa teſtatoris vo
lentis inducere compenſationem.Ea ſine
dubio admittenda eſt de quantitate ad
ſpeciem nulla habita diſtinctione an ſit
voluntarius vel neceſſarius debitor ſic,
Intelli



intelligendo ſecundam opinionem ex
hijs quæ ſupra late diximus. Sin vero ſi
mus in dubio in debitore neceſſario
ſemper præſumeertur animus cõpenſan
di quamuis debeatur ſpecies & legetur
quantitas,quia huiuſmodi compenſatio
principaliter prouenit a lege volente in
hoc releuare debitorem neceſſarium,&
ita procedit generalitas tex. in.d.l. ſi cũ
dotem.§.ſi pater.ibi. *Compenſandum*. &
d authentica præterea.& reliqua omnia
quæ de debitore neceſſario ſupra dixi-
mus.cæterum ſi debitor fuerit volunta-
rius licet regulariter non præſumatur in
eo animus compenſandi,vt ſupra dixi-
mus niſi in aliquibus caſsibus, per Ay-
mon conſil. 149. tamen hunc animum
nunquam præſumitur habere ſi debens
ſpeciem legauerit quãtitatem,cum enim
ius hoc caſu compenſationem non ad-
mittat,credendum eſt teſtatorem iuri ſe
conformare voluiſſe iuxta regulam.l.
ſi duo de acquirendo,& ita colliges ex
Alexand. conſil.12.num.5.volu.2.Rui-
nus conſil.137.num.8.vol.5.& ad hoc
eſt reducendus Corneus. in authentica
præterea.num.3.verſi.4.limita. Et con-
ſil.130.num.6.volum.4.quomodo con
ciliantur prædictæ opiniones,& ita con
ſtat non eſſe congruum intellectum quẽ
traddit Tellus ad hanc.l.quamuis in a-
liquibus bene ad ipſas adaptetur.
21 Vnde Couar.in.c.officij num.5.de te
ſtam.tenet.quod cum dimidia pars lu-
crorum ſtatim cum ad ſocietatem acreſ-
cit etiam ſoluto matrimonio vxori quo
ad dominium quereretur non poteſt di
ci a marito debita ſed verius propria ip
ſius vxoris,& ita conſtat male Palatium
dixiſſe procedere.l.hãc ex eo quod ma
ritus erat debitor voluntarius,ſed debue
rat aduertere doctiſ.Couarr. quod licet
verior ſentẽtia,ſit vxorem conſtante ma
trimonio dominam ſuæ medietatis eſſe,
non tamen habet exercitium reale, ſed
econuerſo maritus facultatẽ donec mo
riatur de lucris diſponendi ad libitum
eius & ita iuſte poſſe in vita nuncupari
debitorem eius medietatis ad ipſam ex-
pectantis quaſi ab eo non dum abdica-
tã fuerit neque ad vxorem obuenerit, in
actu vſque ad mariti mortem quod ma-
nifeſte conſtat ex hac.l.ibi. *En la parte
que la muger ha de auer*.ſcilicet poſt mor
tem mariti debitoris eius.
Vnde verus intellectus ad hanc.l. eſt
quod cum tempore quo agitur de com 22
penſatione ſcilicet poſt mortem mariti,
medietas lucrorum in actu ad vxorem
irreuocabiliter ſpectet,ita quod vera do
mina eius medietatis ſit effecta, non po-
terit maritus non exiſtens in rerum natu
ra eius debitor nuncupari,neque conſe-
quenter dici tanquam debitorem volũ-
tarium intelligi: Voluiſſe compenſare
lagatum cum lucris,ſed potius non ha-
buiſſe animum compenſandi,ac ſi fecii-
ſet extraneo legatum, qui verus ſenſus
ad.hanc.l.eſt.

Finit.l.16.

# Sequitur explicatio ad.l.17.Tauri.

*SVMMARIVM.*

*Verbum melioratio quid importet. nu.1.*
*Donatio quælibet licet non ſit melioratio tertij an facta filio reuocari valeat vel irreuocabilis fiat ſecundum formam. huius.l.num.2.*

## gloſſa.1.l.17.

M*Ejorare*.quid importet verbum *me* 1
*jorar*.aduertunt Ciſont.hic.num.7
Mieres in tractatu maioratus.1. p.q.70.
per totam. ¶ Et idem eſſe in qualibet 2
alia donatione filio in poteſtate vel emã
cipato facta licet non ſub nomine melio
rationis

rationis fiat cum in meliorationem tertij & quinti computetur ex.l.26. ſecure teneo, atque pro conſtanti præſupponunt, omnes hic, & contra Gregorium aduertit Matienço in.l.1.tit.6.lib.5. noue recopil.gloſ.3.ad fin.qui male conſiderauit mentem Gregorij non enim id fatetur, ſed vltra tertium non poſſe patrem aliquid filio prelegare vt ex ipſo Gregorio conſtat in.l.3.verbo. *Non Valdra*.ad.fin.titul.4.par.5.

SVMMARIVM.

*Melioratio an poſsit fieri vnico filio vulgaris quæſtio remiſsiue.num.1.*

# Gloſſa.2.l.17.

1 *ALguno de ſus hijos o deſcendientes* quid ſi tantum vnicum habeat, vide vulgarem quæſtionem.per Gomez hic. num.19. Segura in.l.vnum ex familia.§. ſed ſi fundum.nu.88.delegat. 2. Lupus in.l.27.num.23. Tellus in.l.18.num.2. Couarrub.lib.1. variarum.c.19. Bernardus Diaz.regula.213. fallen.4. Gregorius in.l.8.titul.4.part.5.verbo. *A otro.* Baeza de non meliorand.c.9.num 6.& 7. Molina lib.2.c.11.num.3. Burgos de Paz Iunior.quæſt.1.maior.num.9. omnes contra Parladorium, rerum quotidianarum.c.7.per totum. Tenentes fieri non poſſe vnico filio meliorationem, ſeu aliud prælegatum aliquibus modis id reſtringentes quod non intendo examinare quia maiora nos expectant.

SVMMARIVM.

*Melioratio tertij & quinti an per tradditionem efficiatur irreuocabilis reſpectu quinti vel ſolum reſpectu tertij bene diſcutitur.num.1.& per totam gloſſ.*

# gloſ.3.l.17.

*EN el tertio.* an lex procedat in quinto dubitauerunt noſtrates, vt cõſtat ex Grego.in.l.3. titul.4.par.5. gloſ.2. in fin. Gomez hic.num.10. Tellus.11.& 12.& declarando Gomez, latius examinat ipſe Tellus, num.8.cum alijs,& iterum, in.l.22.num.14.vbi Gomez num. 26.& eos non referens Baeza de nõ meliorandis.c.1.num.28.& his non relatis Molin.lib.1.c.12.num.19. Mieres in tractatu maiorat.1.par.quæſt.28.per tot.& relatione Gometij & Telli contentus. Ioan. Matienço.in.l.1.titul.5.lib. 6. nouæ recopil.gloſ.4.numer.20.vſque ad nu.22.qui omnes ita confuſſe eam quæſtionem examinauerunt, vt hac neceſſaria diſtinctione eius vera reſolutio indigeat. 1

Aut parentes meliorationem tertij & quinti ſimul fecerunt, & quamuis tradditio rerum ſequatur vel ex cauſa oneroſa fiat videbatur dicendum poſſe quantum ad quintum reuocari, ex eo quod cum reſpiciat præſentia & futura bona quæ tempore mortis ſuper eſſent, ex. l. 23.harum legum, ſi valeret irreuocabiliter reſpectu quinti efficerentur parentes inteſtabiles & in effectu eſſet ea melioratio donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, quæ a iure reprobatur & tanquam impeditiua factionis teſtamenti prohibetur, qua ratione fatendum eſſe, etiam ſequta tradditione poſſe ad libitum reuocari quo ad quantitatẽ quinti, & ideo.l.dixiſſe. *En el tercio*.nul la facta mentione de quinto, conſtanter exiſtimauit Gomez hic.num.10.& ante ipſum probauit Rodericus Suarez in.l. quoniam in prioribus prope finem.in.§. nono, queritur, num.5.verſi.præterea in caſu.C.de inofficioſo teſtamento. Gregorius in.l.3.titul.14.par.5 gloſ. verb. *Non Valdra*, ad fin.& neminem referens Matienço.in.l.1.titul. 6.lib.5.nouæ recop.gloſ.4.num.21.&.22. ¶ Contrariam tamen ſententiam longe veriorem exiſtimamus, ex eo quod cum in hac.l. hij duo caſus æquiparentur fieri ſcilicet meliorationem ex cauſa lucratiua ſecuta tradditione & ex cauſa oneroſa non traddita re, & in.l.22. harum legum. non ſolum melioratio ſed pactum de meliorando in. 3. &. 5. ex cauſa oneroſa matrimonij irreuocabile fiat merito ex ea æquiparatione, & rationis identitate dicendum eſt.l.hanc reſpectu etiam quinti debere ſeruari quod non minus aperte probatur in.l. 44. præſuppoſito quod procedit in maioratu ex tertio & quinto inſtituto, vt ibi probauimus. Vnde hanc partem videntur tenere Palatius hic in principip.& Ciſon. in. l.26. dum generaliter intelligunt legem in melioratione tertij & quinti, & iterum deducitur ex Palatio.in.l.22.verſicul.ſed pulchra eſt dubitatio dum tenet quod ſi pater filio promiſsit meliorare in tertio.& quinto, non poterit quintum pro anima relinquere ex quo præſupponit non poſſe quo ad quintum eam meliorationem reuocare, idem ſentit Peralta in.l. qui teſtamento. numer.20.delegat.2. dum probat quod ſi pater filio in poteſtate aliquid reliquerit quod ex.l.26.in donationem tertij & quinti, computetur non poterit in preiuditium eius meliorationis, aliam quinti facere, & denique eam ſententiam, in ſpecio probauit contra Gomez Tellus hic.ex numero.8.cum alijs, & latius Baeça de non meliorand.capit.1. numero.28. Mieres in tractatu maiorat. 1.parte.quæſtione.28.numero.2. quam intrepide veram exiſtimo intelligendo eam, vt non in toto tertio & quinto irreuocabilis fiat melioratio, ita quod parentes omnino inteſtabiles fiant, ſed tantum detur irreuocabilitas in tertio, & reſiduo quinti deductis funeris impenſis, & alijs ad exonerationem conſcientiæ neceſſarijs, quorum reſpectu valeant teſtari, vt inde euitetur abſurdum quod Gomezius conſiderauit. & teſtamenti factione apparentibus in totum non abdicata in tertio & reſiduo quinti irreuocabilis ſit melioratio, & vtraque opinio procedat. Aut melioratio non tertij & quinti, ſimul ſed quinti tantum facta eſt, & in hac ſpecie dixerunt Tellus hic.numero.11.&.12.& in.l.22. numero.3. Molina lib.1.c.12.nume. 19. libere poſſe reuocari quamuis tradditio in vita ſequatur exiſtimantes quod cum.l. noſtra de tertio tantum faciat mentionem, ad quintum non extendatur. Sed eius irreuocabilitas pendeat a regulis iuris communis, vt ſi tradditio in vita ſequatur morte ea donatio confirmetur alias etiam tradditio ne ſecuta vſque ad mortem valeat reuocari quorum ſententiam veram eſſe non credimus, imo veriorem contrariam cum ſi melioratio tertij bonorum ſequta tradditione irreuocabilis fiat a fortiori reuocari nequiret quæ de ſolo quinto facta eſſet cum minus periuditialis filijs ſeu deſcendentibus ſit & ſub tertio comprehendatur ſi enim de tertio ad libitum pater diſponere valebat, & irreuocabilis erat melioratio cur non de minori portione maxime quia ceſſaret abſurdum a Gomezio, & alijs deductum cum ex ſola quinti diſpoſitione non redderentur parentes inteſtabiles omnes enim donationes licet ſub nomine tertij non fierent in tertium & quintum neceſſarie computantur, ex. l. 26. harum legum, quaſi non fieri ſub nomine tertij non mutet earum donationum ſubſtantiam & ideo ſecuta earum tradditione irreuocabiles efficerentur ac ſi de parte tertij ſpecifice fierent. ita quod ſi filio melioratio quinti fiat in parte tertij intelligatur patrem ipſum melioraſſe. Vt inde ſecuta tradditione in vita irreuocabilis fieret melioratio

ratio quam veritatem ſecure amplector
contra Molinam & Tellum quos intel
ligo quando de tertio & quinto ſimul
melioratio facta eſt ſecundum ea quæ
ſupra diximus.

SVMMARIVM.

*Melioratio facta de bonis alienis conſen tiente vero domino efficitur irreuocabilis ſecundum formam huius. l. numero.1.*

*Melioratio ex bonis conſtante matrimonio quæſitis quando irreuocabilis fiat ſecundum formam huius.l.nume.2. & alijs.*

*Maritus an poſsit donare bona conſtante matrimonio quæſit.i.nu.3.& 4.*

*Intellectus ad.l.4.titul.9.lib.5.nouæ recop.num.6.*

## glo.4.l.17.

1 DE *ſus bienes*. idem ſi de alienis bo-
nis conſentiente domino vero parẽ
tes feciſſent meliorationem ſecundũ for
mam. h. l. quia morte ſolius melioran-
tis efficeretur irreuocabilis , ita ꝙ etiam
ſi dominus ſuper viueret, non poſſet eã
reuocare,ex.l.ſicut.§.venditionis.quib.
mod.pignus vel pypot. ſoluitur. & ad-
uertunt Suarez in.l.quoniam in priori-
bus.C.de inofficioſo teſtam. in lectura
l.fori limitat.5.nu.13.Couar.in rubric.
de teſtam.2.p.nu.8.& eos referens Tel
2 lus.hic.nu.14.¶Ex quo venit dicendũ
quod ſi maritus & vxor ſimul feciſſent
meliorationem ex bonis conſtante ma-
trimonio quæſitis vel vnus eorum alte-
ro conſentiente ſecundũ huius.l. formã
efficeretur irreuocabilis. Sin vero mari-
tus vxore pugnãte ex eiſdem lucris præ
legatum efficeret, vel id aſsignauerit in
aliquare ex acquiſitis durantem matri-
monio nullius momenti erit melioratio
quo ad dimidiam ad vxorem expectan
tem tanquam ex alienis bonis facta vt
aduertit bene Molina lib.2.c.10. ex nu
mero.65.cum alijs Mieres in tractatu
maiorat.1.par.quæſt.23.num.10.& an-
te ipſos id aliquibus modis reſtringẽdo
Tellus in.l.19.nu.7.cum alijs. ¶Quo
rum ſententiam veram non exiſtimo,
imo crederem meliorationem ſeu aſsig
nationẽ eius valere tam ex eo ꝙ libera
diſponẽdi facultas de his lucris marito
concedatur,vt remiſsiue. diximus. in.l.
14 gloſ. 1. ad fin. quam ꝙ ea dubitatio
an ſcilicet maritus poſsit ea lucra dona
re de qua latiſsime egerunt exteri & no
ſtrates,vt conſtat ex Suarez in.l.1.tit.3.
de las ganancias.lib.3.fori. verſi. vlte-
rius quæro de quæſtione. Segura in tra
ctatu de bonis lucratis conſtant, matri.
nu.151. Lupus in rubri.de donationib.
§.66.nu.29.Iacob. Simancas de catho
licis inſtitutionibus.c.9.nu.90. Tellus
in.l.19.n.2.Gom.in.l.53.n.73. & latius
Matienço in.l.5.titulo.9.libr. 5. nouæ
recopilation.gloſ.6.nume.3. cum alijs.
¶Eo modo conciliatur. vt ſi donatio
magna & exceſsiua ſit. Procedat opi- 4
nio Ioann.Lupi. & aliorum dicentium
non valere. Sin vero parua ſeruetur
Ancharr.ſententia,& ſequatium contra
rium exiſtimantium , vt in ſimili aduer-
tunt Bald.conſili.235.libr.2. colum.2.
verſicul.modo quæritur.Ioann.Lupus.
in.d.§.66.numer.26.& in.l.16.num.9
vbi Ciſuent.numer.13. Gregorius in. l.
13.verbo , *Ganancias*. col. final. in fin.
titu.10.par.5. poſt Caſaneũ in conſuet.
Burgundiæ.rubrica.4.§. 3. in tex.ibi.
*Pardonation*.num.1.& plenius ead.rub.
§.3.in tex.ibi.*Desheredita ſes*.nu.3.ver.
ſed aduerte.& ita videbatur valere me-
liorationem filio ex eiſdem lucris factã,
ſub ea diſtinctione ſi non exceſsiua ſit.
¶Ego tamen ſecure exiſtimarem me- 5
liorationem indiſtincte valere . ita
tamen , vt vxori preiuditium non fiat
circa medietatem eorum lucrorum,
quo-



quo minus valeat tantumdem deducere
ex bonis communibus eius matrimonij
vt in effectu ſentierunt Ioannes Gar-
tia de fructibus & ſpenſ. capit.13.num.
20.& clarius Ioann.Matienço in.l.7.ti-
tul.6.libr.5. nouæ recopilation. gloſ.1.
numero. 4. neminem ad id referens.
6 ¶Neque ex.l.4.titul.9.libr.5.nouæ re-
copilation. dum prohibet omnem alie-
nationem in fraudẽ vxoris anullatur cõ
tractus a marito factus(cum ex eo quod
marito permittitur alienatio recte alie-
nat)ſed exceptio.l.ibi.*ſaluo ſi fuere pro-
bado que ſe hizo cauteloſamente por de-
fraudar y damnificar a la muger*. ſolum
reſpicit damnum vxoris,ne ſcilicet pre-
iuditium eidem irrogetur ex alienatione
ſeu donatione mariti , vnde cum dedu-
cendo tantundem ex bonis communi-
bus maneat integre ſuæ medietatis ſatiſ-
facta & regula.l permittentis alienatio-
nem vigeret & melioratio hoc modova
lebit,ita intelligo Molin.& alios,vt non
valeat melioratio ad impediendam de
ductionem medietatis vxoris : valebit
igitur , ita vt ex parte bonorum melio-
rantis tam acquiſitorum conſtante ma-
trimonio quam cæterorũ ſit deducẽda.

SVMMARIVM.

*Melioratio in contractu inſtituta qua ratione irreuocabilis fiat.num.1.*

## gloſs.5.l.17.

E*N teſtamẽto,o en otra poſtrimera volun-
tad, o por algun contracto entre
viuos*.melioratio facta in teſtamento,vel
in alia voluntate.vt in codicillis ſeu di-
uiſione facta per patrem inter filios, ni-
mirum ſi ad libitum reuocabilis ſit vſ-
que ad mortem,ea vero quæ ſit in con-
tractu , durum videtur poſſe reuocari
maxime ſi fiat filio emancipato. cum. l.
9.tit.5.libr.3.fori. quæ ſimilem præle-
gandi facultatem patri concedebat, in
diſpoſitione ex vltima voluntate loqua-
tur,& ad prælegatum in contractu re-
lictum nõ eſſe extendendã aliqui tenuiſ
ſent quare reddebatur ratio dicidẽdi hu
ius.l.difficilis & incognita. Vnde reie-
cta Palatij Rubei in præſ.in princ. refe-
rentis ſe ad ea quæ dixerat in repetione
cap.perveſtras.& Seguræ in.l.vnum ex
familia.§ ſed ſi fundum delegat.2.dicẽ-
tis.l.hanc ideo procedere. quia omnia
quæ in teſtamento fieri poterant , vale-
lebant & fieri per contractum. Verior
decidendi ratio eſt,quod cum ea reuo-
cabilitas conſiſtat in ſola voluntate me-
liorantis volentis reuocare vel non me-
liorationem,vt bene dicendum erit in. l.
44.Tauri.nihil intereſt an in contra-
ctu vel in teſtamento melioratio fiat dũ
modo tradditio eius non ſequatur.

SVMMARIVM.

*Donationem non poſſe reuocari qui dicebat fundabat intentionem ante.l.hanc num.1.*

*Donatio non ſolũ expreſſe reuocatur ſed etiam tacite per actum.Voluntatem reuocandi inducentem.num.2.*

*Donatio facta filio in poteſtate ſeu emancipato,vſque ad mortem hodie reuocatur.num.3.& .4.*

*Reuocabilitas ſeu irreuocabilitas donationis non in patria poteſtate ſeu emancipatione,ſed in ſola voluntate donantis conſiſtit.num.3.*

*Donatio de qua in hac lege an ſicut morte confirmatur cõfirmetur & profeſsione.numer.4.& .5.*

*Teſtamentum,an cõfirmetur profeſsione ſicut morte.num.5.*

*Donatio tradditione vera vel ficta irreuocabilis efficitur.num.6.*

## gloſs.6.l.17.

LA *pueda reuocar quando quiſiere.* de
iure communi, qui dicebat non va-
1 luiſſe donationem reuocari habebat re-
gulā pro ſe ex Romano conſi.171.nu.7.
Tiraquel. in.l.ſi vnquam verbo.liberis
num.19.C.de reuocand. donationibus.
Mieres.1.par.de maioratu.quæſtio.22.
num.7.ad fin.hodie vero per hanc.l. in
ter patrem & filium econuerſo regula
conſtituitur,vt poſsit ad libitum reuoca
ri vſque ad mortē meliorantis. ¶Quod
2 omnes hic intelligunt non ſolum expreſ
ſe ſed tacite per quemlibet actum reuo-
cationem inducentem, vt per alienatio-
nem voluntariam. de quo latiſsime e-
gerunt Tellus hic.numer.117.vſque ad
nu.127.& alij vt per Matienço in.l.10.
3 tit.6.lib.5.gl.3.n.3.vſq; ad fin. ¶Quod
veriſsimū eſt ſiue donatio fiat filio eman
cipato aut in poteſtate ex verbis. l. ibi.
*Aora el hijo eſte en poder del padre, aora
no.* in quo eſt correctoria iuris commu-
nis quo donatio facta filio in poteſtatē
nullius erat momenti.l.donationes quas
parētes.C. de donationibus inter virum
l.2.C.de inofficioſis donationibus l.4.
tit.15.par.6.facta vero emancipato ſta-
tim irreuocabilis erat.d.l.2.l. vt liberis.
C.de collationibus.l.ſiue emācip.l.ſi de
bonis.C.de donatio.& ideo huiuſmodi
melioratio facta filio in poteſtate ſeu e-
mancipato,vſque ad mortem valet reuo
cari, & donātis morte confirmatur atq;
tradditione in vita ſecuta irreuocabilis
efficitur, quod validitas ſeu irreuocabi
litas eius non ab emancipatione ſeu pa-
tria poteſtate pendet ſed a voluntate me
liorantis regulatur volentis vel non eam
reuocare vt cōſtat ex verbis.l.ibi. *La pue
da reuocar quādo quiſiere.* & in.l.44.ibi.
*A ſu voluntad.* Et conſiderant bene Co
uarrub.lib.3.variarum.c.16.num.12.ad
fin.Molina lib.4.c.2.num.29. atque in
l.44.gl.10.latius probauimus,cum igi-
tur animus non reuocandi ante traddi-
tionem vel quemlibet alium actum irre
uocabilitatem inducentem euidenter de
duci nequeat, merito vſque ad mortem
poterit eam faciens reuocare,qua quidē
morte voluntas reuocandi eam finitur,
& ideo ex tunc irreuocabilis eſt. ¶Ex 4
quo clare conſtat non bene dixiſſe Tel
lum hic.numero.6.quod ſi pater moria
tur ciuiliter,vt quia ingreſſus eſt religio
nem,non efficeretur melioratio irreuo-
cabilis,cum non ſit naturaliter mortuus
ſed ciuiliter tantum,& quia ingreſus re-
ligionem reuocat teſtamentum antea fa-
ctum,vt ipſe Tellus exiſtimat poſt Ci-
num in authentica ſi qua mulier.num.4
C.de ſacroſanctis eccleſijs referens in
comprobationem eius opinionis. Boe-
riū decſsion. 537.quod vltra ipſum pro
bauerunt Butrius in.c. in præſentia. nu.
34.de probationibus Benedictus in. ca.
Rainuntius.verb, mortuo,itaque teſtato
re.1.nu.297.Rodericus Suarez allegat.
20.nu.18.cū igitur irreuocabilitas a ſo-
la voluntate meliorantis pendeat volētis
vel non reuocare donationē & non ſo-
lum morte naturali ea volūtas, ſed & ci
uili,vt profeſsione finiatur,merito dona
tio ſeu melioratio facta apparente,qui in
greſſus eſt religionem reuocari amplius
nequiret,ad quod bene ponderat.l. ſed
ſi miles.ff.de dona.inter vir.& nos id ſe
cure amplectimur,cum ingreſus mona-
ſterium pro mortuo habeatur,ſaltē quo
ad hunc effectum,vt velle ſeu nolle ca-
reat,quod ſpecialiter cōſideratur in ſpe
cie noſtræ.l. ¶Et id procedere exiſtima
mus non ſolū ſi fiat melioratio in cōtra- 5
ctu,ſed etiā in teſtamēto cū longe verius
& receptius ſit cōtra Tellū & alios ab
eo relatos,nō poſſe monachū reuocare
teſtamentū ante ingreſſum religionis ab
eo factum. Sed profeſsione cōfirmari ſi
cut morte naturali.ex auth.ingreſſi.C. de
ſacro



ſacroſanct. eccleſ. vbi ſi monachus te-
ſtari non poteſt neque reuocare teſta-
mentum velebit, cum aliud teſtamen-
tum ſolemne ſit neceſſarium. Argumen
to.l.tria prædia.§.final. iunct. gloſſ. ff.
de ſeruit.ruſticorum,capit. cum inferior
de maioritate & obed.& vrgentius pro
batur in authentica ſi qua mulier. C. de
ſacroſanct.eccleſ.ibi. *Antea quam de re-
bus ſuis diſponāt.* quaſi vellit poſt pro-
feſsionem nullo modo poſſe diſponere
& ideo contra Cinum hanc ſententiam
probant. Abb.in.d.c.in præſentia.num.
61.vbi Felinus, Detius & Beroius dicūt
eam magis communem Iaſſ.nu.27. De-
tius.3.in authentica ſi qua mulier.Imol.
& Angel.in.d.l.1. de teſtam.Rubeus cō
ſil.155.col.fin. & referendo vtrāq; opi
nionem hanc ſequitur Couarru. in.c.2.
6 num.9.de teſtament. ¶Quæ quidem
omnia limitantur ex traditione vera vel
ficta poſſeſsionis rei ex qua fit meliora-
tio ſeu maioratus inſtituitur, quia ſimilis
tradditio efficit meliorationem ſeu maio
ratum irreuocabilem etiam inſtitutum
in fauorē filij in poteſtate quod de iure
communi non ita erat cōſtitutum & ho
die multis modis reſtringitur de qui-
bus.dicendum erit in.l.44.gloſ.verbo.
*Le huuiere entregado.* cum gloſ. ſequen-
tib.vſque ad finem legis.

Finit. l. 17.

## Sequitur explicatio ad.legem.18. Tauri.

SVMMARIVM.

*Melioratio tertij & quinti quando ne po-
tibus ſeu deſcendentibus fieri poſsit re
miſsiue.num.1.*

## Glo.vni.l.18.

AD hanc.l.vltra eſcribentes,ordina-
rios videndi ſunt,Couarrub.libr.1.
variarum.c.19.per totum & intellectus
ex num.4.Mieres in tractatu maioratus
1.part. q.15. per totam. &.q.28.ad fin.
Menchaca de ſucceſ.creatione.§.1.nu.5.
Ioan.Matien.in.l.2.titul.6. lib.5. nouæ
recopilat.gloſ.3.per totam, & notanter
Ioan. Rojas de ſucceſs. abinteſtato.c.3.
num.37.vſque ad num.39.ex nume.31.
vbi agit,an procedat quando filij inca-
paces erāt ſucceſsionis parentis.

## Ad,l,19. Tauri.

SVMMARIVM.

*Melioratio tertij & quinti quando poſsit
aſsignari in re certa, vel incerta parte
bonorum,num.1.et per tot.l.remiſsiue.*

## glo.vni.l.19.

DE hac aſsignatione, & ratione dubi
tandi ac decidendi ad.l. vide late
Couarrub.in.c. Rainaldus.§.2.nu. 1. de
teſtam. Palatius.nu.4.Gomez.1.hic. &
late Matienço in.l.3.titu.6.lib.5. nouæ
recopil.gloſ.1.num.1.& per totam,Mie
res in.1.part.quæſt. 52.num.7.&.8.per
totum,Suarez in.l. quoniam limitat. 13.
ad.l.fori.quæſt.3.per tot.

## Ad,l.20,Tauri.

*SVMMARIVM.*

*Melioratio tertij et quinti, ſi à teſtatore
non aſsignatur, in certa re quādo ex ip
ſis rebus hæreditarijs vel in pecunia
ſoluenda ſit remiſsiue.*

## gloſſa.vnica.l.20.

AD hanc.l.vltra ſcribentes. vide Bernardum Diaz regula. 318. incipit hæres, vbi additio Salcedi late agit de intellectu legis,& Peralta in.l.ſi quis ſeruum.§.fin.delegat.2.Suarez in.l. quoniã limitatio.13.ad.l.fori.quæſtione. 3. per totam.Gregorius in.l.3.titulo.9.part.6. Olanus.verbo, legatum. numero. 6. & melius ipſe.Olanus in verbo,melioratio numero.32. &. 33. & latius Matienço. in.l.4.titulo.6.libr.5.nouæ recopilatio. per totam.vbi latiſsime agunt, quando melioratio ab hæredibus ſolui poſsit in pecunia vel ſit ex ipſis rebus, hæreditarijs ſoluenda quod etiam explicuit quidam modernus Angulo. in tractatu de melioratione in.l.4.per totam.

# SEQVITVR explicatio ad l.21, Tauri,

### SVMMARIVM.

*Prælegatarius vniuerſæ hæreditatis à creditoribus conuenitur.num.1.*

*Prelegatarius,omnium bonorum an ſicvt totius hæreditatis,à creditoribus conueniatur.num.2.*

*Hæreditas, non datur in contractu. numero.3.*

*Prelegatarius omnium bonorum ex contractu. an à creditoribus conueniatur. num.3.4.&.5.*

*Actiones actiuæ,& paſsiuæ,an transeãt in prelegatarium,omnium bonorum ex contractu.num.3.&.4.*

*Debita an prius deducenda ſint ex prelegato omnium bonorum ex contractu. num.3.vſque ad.5.*

*Prelegatarius quotæ hæreditatis à creditoribus,conuenitur.num.6.*

*Prelegatarius quotæ bonorum,an à creditoribus conueniatur.num. 7.cum alijs.*

*Prelegatarius quotæ bonorum in vſufructu an â creditoribus conueniatur.numero.8.*

*L.noſtra correctoria iuris communis ex aliquorum opinione.num.9.*

*Intellectus Peraltæ ad.l.& in pugnatio eius.num.10.*

*Intellectus Molinæ ad.l.num.11.*

*Reſtrictio ad Molinæ intellectum in creditoribus perſonalibus:num.12.*

*Prelegatarius certæ rei an à creditoribus conueniatur & in hoc an lex ſit correctoria.num.13.&.14.*

*Intellectus,Couarrubias refertur & refellitur.num.14.*

*Verus intellectus ad.l.aſsignatur. numero.14.*

*Creditores hypotecarij directè conueniũt prelegatarium.num.15.*

*Prelegatarius quotæ bonorum ex contractu an à creditoribus conueniatur.num. 16.cum alijs.*

*Donatio prior vel poſterior quando cadat ſub obligatione hypotecæ. num.16. per totum.*

*Debita contracta poſt maioratus inſtitutionèm irreuocabilem an bonis, ipſius maioratus deducãtur & ſoluãtur.num. 17.per totum.*

*Intellectum ad.l.25.Tauri.num.17. tradimus & num.18.*

## gloſſa.1.l.21.

M*Ejorado en tercio y quinto delos bie* 1
*nes de ſu padre.* iunctis verbis ſequentibus.ibi. *Con tanto que ſean primero ſacadas las deudas del difunto.* Aperte deducitur ex hijs verbis, quod prælegatarius quotæ bonorum cõſequi poterit



poterit prelegatum,repudiatis reliquis bonis: dummodo prius ſolui debeant debita prælegantis pro rata. ad cuius concluſionis veram cognitionem, tres caſus principales conſiderandi erunt. Primus in prelegatario vniuerſæ hæreditatis. Vt quando prelegatum relictum fuit ſeu maioratus inſtitutus ex vniuerſa hæreditate,& in hac ſpecie non loquitur.l. noſtra ſed tantum in prelegatario quotæ bonorum,tertij ſcilicet & quinti vt conſtat.ibi.*Mejorado en tercio y quinto de los bienes de ſu padre.* ſed in eum prelegatarium, vniuerſæ hæreditatis, actiones actiuæ & paſsiuæ tanquam in hæredem tranſirent: a creditoribusque directe conueniendus erit. Vt poſt Palatium,& Peraltam plurima iura adducẽs reſoluit Molina libr.1. de Hiſpanorum
2 primogen.c.10.num.2. &. 3. ¶ Quod etiam procederet, ſi maioratus non ex vniuerſa hæreditate, ſed ex vniuerſis bonis inſtituatur. quia licet differentiam omnes conſtituerent, inter prelegatarium ex quota bonorum, ſeu hæreditatis vt infra dicendum erit. inter maioratum. ex omnibus bonis aut vniuerſa hæreditate inſtitutum nullam aſsignauerunt. Sed in vtroque caſu actiones actiuas & paſsiuas tranſire in prelegatarium tenuerunt.ex.l.nam quod.§. fin. cum. l. ſequenti. ad. Trebelian. & aduertunt Paulus,in.l.ſi quis ſeruum §.final.numer.4.delegat.2.& reſoluunt Peralta in. l. 3. §. qui fidei commiſſam. nu.146.de hæredi.inſti.Mol.lib.1.c.10. numer.5.& Ioann.Gartia. de fructibus & ſpenſis.c.16. numero.17. Burgos de Paz Iunior in quæſtione.7.maiorat.nu. 45. &. 46. ¶ Quod intelligendum
3 eſt,dummodo maioratus inſtituatur ſeu prælegatum relictum ſit ex vniuerſis bonis in teſtamento. Sin vero in contractu fiat, in prælegatarium ex contractu quamuis ſit omnium bonorum, non tranſirent actiones hæreditariæ: neque a creditoribus directe eſſet conueniendus.Cum in contractu non detur hæreditas, ex.l.hæreditas cum ſimilibus C. de pactis conuentis. & aduertit Paul. in d.l.nam quod.§ final. nume.2. ad Trebelia. & probat Capella Tolo. deciſsione.386. & melius proſequitur id Molina.d.libr.1.cap.10.nu.5. verſic.
quæ omnia. ¶ Etiam ſi contractus fo 4
ret ex hijs qui naturam vltimæ voluntatis obtinerent,vt quia maioratus inſtituitur, ſeu prelegatum relictum eſt, in contractu reuocabili ad libitum inſtituentis,ex legibus regni.17.&. 44. harum legum quia ad huc in prelegatarium ex eo contractu non tranſirent, actiones actiuæ neque paſsiuæ: cum in eo non detur hæreditas, vt conſtat ex ſupradictis & probat bene Molina. lib.1.de Hiſpanorum primogen. c. 14. numer.6.& alijs. Sed quamuis veriſsimum ſit legem hanc,non loqui in prelegatario vniuerſæ.hæreditatis, ſeu omniũ bonorum ex teſtamento qui ante ipſam conueniendus, directe erat a creditoribus:neque econuerſo procedere in eodem prelegatario ex contractu, quia is nullo modo conuenitur neque creditoribus tenetur, erit tamen ſumme notandum quod in hac ſecunda ſpecie prelegatarij omnium bonorum ex contractu: non poteſt creditoribus generari preiuditium, quo minus ex bonis prælegantis, debita prius accipiant: quam prelegatarius ea conſequatur. Ex rationibus adducendis in prælegatario, quotæ bonorum: imo & fortioribus fundamentis. Cum ſi ex prælegato quotæ bonorum, prius deducenda ſint debita ipſius prelegantis, vt a noſtra.l. iubetur, longe maiori ratione ſoluendæ ex omnibus bonis prelegantis erunt. ita ſentit Tellus hic.numero. 3. & probat eum non referens Molina.d.ca.10. num.5.verſi.quæ omnia ad fin.

Secundus caſus qui conſideratur
ad intelligentiam noſtræ. l. eſt quando 5
quota

quota pars hæreditatis prælegatur. De
quo etiam prælegatario non loquitur e-
ius conſtitutio. Sed de quotæ bonorum
tantũ,quia cum in prælegatarium,quotæ
hæreditatis,ante ipſam certiſsimum eſſet
actiones actiuas & paſsiuas tranſire &
pro rata prælegati directæ poſſe conue
niri, hæredisque loco haberi vt etiam
reſoluit Molina.d.lib.1.c.8.num.11. &
12.in tantum quod non poſſet prælega-
tarius libere conſequi prælegatum re-
pudiatis reliquis bonis vt fatetur ipſe
Molina.d.c.8.num.14.ideo non pote-
rat efficere quo minus creditores,valle
rent ipſum pro rata prælegati conuenire
vt conſiderauit ipſe Molina.d. cap. 10.
num.6.&.7.atque ſatis receptum eſt.
6 Vnde tertius caſusprincipalis in quo
lex verificatur eſt. quando prælegatur
quota bonorum,vt quia maioratus inſti
tuitur, ſeu melioratio fit, ex tertio &
quinto bonorum:& in hac ſpecie de iu-
re communi actiones actiuæ neque paſ
ſiuæ,in prælegatarium transferebantur,
neque poterat conueniri. Sed de ducto
prius abhærede ex patrimonio defun-
cti,ære alieno hæres ipſe prælegatũ ſol-
uere tenebatur. ex.d.l.cum autem dele-
gat.2.& aduertit Paul. vbi. num.1.&.2.
Molin.lib.1.c.10.num.8.&.9.& in præ
legatario quotæ bonorum probat De-
7 tius conſil.237. ¶ Quod veriſsimum
creddiderunt,etiam ſi reliquatur quota
bonorum in vſufructu Cifont. hic.nu.3.
& alij relati, & ſequti a Ioanne Gartia
de fructibus & ſpenſis.c.11. num. 62.in
8 principio. ¶ Hodie tamen atenta no-
ſtra.l.id videtur immutatum,& conſtitu
tũ quod prælegatarius, a creditoribus
tanquam hæres pro rata quotæ conue-
niatur. Vnde legem hanc correctoriam
fuiſſe in hoc iuris communis ſecure te-
nent Cifontan. hic. num. 2. Suarez in.l.
quoniam ampliatione.7.num.8. ad fin.
Gregorius in.l.2.titul.9. par. 6. verbo.
la manda.Couarru.lib.2.variarum.c.2.
num.2.Ioan.Olanus in antinomijs ver-
bo,legata.nu.7.&ver.melioratio,n.34.
¶ Quare Pera.in l.3.§.qui fidei comiſſã 9
n.142.&.143.ff.de hære.inſti.&in.d §
cum autem.num.9.verſi.nunc autem de
legat.2.deſiderans,legem a correctione
liberare,intelligit eam quando filius re-
pudiauit hæreditatem,quo caſu ex frau-
dis præſumptione, qua mouentur iuris
conſulti in titul.ff. &. C. ſi quis omiſſa
cauſa teſtament. exiſtimat non poſſe fi-
lium repudiata parentis,hæreditate,con
ſequi libere prælegatum.cuius intellectũ
ſequitur Ioan.Gartia.de fructibus &ex
penſis.c.11.num.68.verſi. reuera. Sed
nos eum libenter reijcimus.Cum ſi filius
addiret hæreditatem,ſentiunt hanc legẽ
non procedere abſurdũ æquidem mag
num, & contra mentem inſtituentium,
atque iura quæ vtroque caſu repudiatio
nis & additionis idem conſtituunt.l.reſ
ponſo.C.delegatis. l. filio pater. l. nam
neque emancipatus eod.titul. & quia in
caſu repudiationis rationem non trad-
dunt qua prælegatarius non poteſt con-
ſequi prælegatũ repudiatis reliquis bo-
nis.imo ad debita pro rata prelegati te-
netur. ¶ Vnde Ludouicus Molina.
vir æquidem doctiſsimus in lib.1.c.10. 10
num.14.verſi.in ſecundo articulo exiſti
mat,etiam non eſſe correctoriam.neque
in ea probari prælegatarium quotæ bo
norum,poſſe directe tanquam herede
a creditoribus conueniri.Sed id tantum
quod ante ipſam de iure communi con-
ſtitutũ erat:ſcilicet quod prælegatarius
teneretur ad debita prælegantis pro ra-
ta prælegati. non exprimens quem de-
beant,conuenire creditores, hæredẽ ſeu
prælegatariũ,ponderans ad id verba le
gis.ibi.*Sean obligados los tales mejora-*
*dos a las pagar pro rata de la dicha mejo-*
*ra,como ſi fueſſen herederos en la dicha*
*mejora.* vt quatenus non exprimunt cui
debeat,fieri ſolutio,a prælegatario,cre-
ditori ſeu hæredi neque quem debeant,
conuenire creditores,prælegatarium ſeu
hæredem,decidatur ea controuerſia ex





conſtitutionibus iuris communis. Vt ſci
licet prius abhærede ex patrimonio de-
functi deducto ære alieno:prælegatario
libere prælegatum ſit ſoluendum, & ca
ſu quo vellint creditores aliquem con-
uenire:hæredem ſicut ante conueniant.
Comprobãs ingenioſe ex verbis.l. cum
intellectum:quem audaciter refutat nul-
lo fundamento adducto quidam moder
nus Ioan.Angulo.in tractatu de melio-
ratioinbus in.l.5.gloſ.6.num.2. nos ta-
men eum ſequimur,quantum ad debita
quæ ante diuiſionem hæreditatis ſuper
eſſent:cum tunc prælegatarius, qui ni-
hil accepit,iuſtiſsime conueniri nequeat
& hæres ex cumullo hæreditatis debita
facile deducere poſsit: debitoribusque
ſatisfacere. Sin vero diuiſa hæridate,cre
ditores appareant, admitti non poteſt in
tellectus Molinæ: vt prius ſcilicet hære-
dem creditores conueniãt, & hæres præ
legatarium & humiliter eum reijciendo
iuſtiſsimum eſſe credimus quod præle-
gatariusdirecte pro rata a creditoribus
tunc cõueniatur cum vere poſſeſſor ſuæ
quotæ ſit vt abſque cauillatione probãt
verba ibi.*Y por las otras que deſpues pare*
*cieren,ſean obligados a las pagar pro rata*
*de la dicha mejora,como ſi fueſſen here-*
*deros en la dicha mejora.*quæ dum præle
gatarium debita ſoluere debere conſti-
tuunt: ipſum directæ conueniri poſſe
11 probant. ¶ Quod tamen nõ male re-
ſtringi poterat,quãdo creditores eſſent
hypotecarij,qui cum tunc bona quæ in
prælegatarium tranſirent,hypotecæ ſub
iecta eſſent:directe poſſet prælegatarius
quamuis hæres non foret conueniri.Sin
autem creditores perſonales eſſent ad-
mitti poteſt intellectus Molinæ cum ip-
ſe prælegatarius nõ ſit perſonaliter obli
gatus.& conſequenter,directæ non poſ
ſit a creditoribus conueniri;quod repe-
rio antea ſenſiſſe meritiſsimum Molinã.
d.lib.1.c.10.num.12. vnde bene a ſe ip-
ſo intellectus eiuſdem explicatur.
Ex quibus ſatis diligenter remanent
intellecta,verba.l.ibi. *Mejorado en ter-*
*cio y quinto de los bienes.*vt in prælega-
to quotæ bonorum verificentur,& vtili
ter dubitari contingit.quid erit dicendũ
ſi prælegatum non quotæ bonorum ſed
certæ rei ſit,cui difficultati dicendum vi-
debatur,non tranſire actiones actiuuas
neque paſsiuas in prælegatarium,neque
legem hanc in eo prælegato certæ rei ve
rificari,ſed hæredẽ conueniri.l.1.ſi cert.
petatur.l.æris.l.ſi pater.C.de donationi-
bus.l.2.C.de reuocan. his quæ in fraud.
l.1.§.ſi hæres percepto.ad Trebelia.l.ſi
fidei commiſſum.§.tractatum delega.2.
l.quotiẽs.C.de hæred.inſtit.ex quo præ
legatarium certæ rei etiã hodie per hanc
l.non poſſe a creditoribus directe con-
ueniri.neque in hoc eſſe legem correcto
riam dixerunt Grego.in.l.2.tit.9.par.6
verbo.la manda.Peralta in.l.3.§. qui fi-
dei commiſſam.num.143.de hæredibus
inſtitut.& in.l.cum autem.nu.11.de le.2.
quod verum non eſſe,aliqui ex noſtra-
tibus creddiderunt,exiſtimantes, legem
hanc corrigere ius commune dum dicit.
*Agora ſea en coſa cierta,o en cierta par-*
*te de ſus bienes.* ita dixerunt fere omnes
interpretes noſtræ.l. maxime Palatius
Tellus.Suarez.in.l.quoniam ampliatio
ne.7.num.8.Couar.lib.2.variarum.c.2.
num.2. ¶ Qui quidem Couar.d.nu.2 12
exiſtimat,legem procedere,quãdo ma-
ioratus ſeu melioratio certæ rei tertiũ &
quintum exceſsit quo caſu fatetur credi
tores prælegatarium poſſe conuenire,&
legem hanc procedere,quem licet con-
fuſſe,referendo Gregorium & alios ſe-
quuntur Mieres in tractatu maioratus.
1.par.quæſt.61.per totam.Ioan.Matien
ço in.l.5.titul.6.lib.5. nouæ recopilat.
gloſ.5.num.3. ¶ Quorum ſententiam 13
& intellectum ad.l.verum nõ credimus,
quem refutat Tellus hic.num.4. imo ſe
cure fatemur legem hanc in prælegato
certæ rei non eſſe correctoriam.iuris cõ
munis,neque de tali prælegato intelli-
gi.Sed proprie de prælegato quotæ bo

norum, de quo fere per totam fecerat
mentionem, in aliqua re certa aſsignato.
Sicque fore intelligenda verba legis.ibi.
*Agora ſea en coſa cierta agora en cierta
parte de ſus bienes.* quaſi expreſſe dice-
rent quod prelegatum quotæ bonorum
ſiue aſsignetur ſiue non in aliqua re cer
ta, poterat conſequi a prelegatario: dum
modo ex eo prius deducerentur debita
prelegantis pro rata. Sic liberat.l. a cor
rectione Molina.d.c.1.numer.14. & in
hoc nihil noui adducens ſequitur eum
Ioan.Angulo in tractatu de melioratio
nibus.in.l.5.gloſ.8.nume.3.neque is in-
tellectus indiget altiori probatione cum
ex tota.l.cõtextura non conſtet mentio-
nem feciſſe de melioratione certæ rei,
ſed de prelegato quotæ in re certa aſsig
14 nato. ¶ Sed an omnia ſupra dicta, ſci-
licet ſolui debere debita, ex prelegato
quotæ bonorum in re certa aſsignato vel
non, procedant etiam ſi maioratus in cõ
tractu ſit inſtitutus ſeu prelegatum reli-
ctum, eſt neceſſariæ dubitationis. Cum
lex noſtra tantum loquatur in prelega-
tario ex teſtamento. Vt conſtat ex ver-
bis.ibi. *Repudiar la herencia.* & ibi. *Saca
das las deudas del difuncto.* & in donata
rio quotæ conſuluit Detius non teneri
creditoribus pro rata, in conſil.237.alij
que diuerſo modo ſenſierunt. Vnde in
ea dubitatione ita inquiter diſtinguen-
dum exiſtimaui. Aut maioratus inſtitu-
tus fuit, ſeu melioratio facta, in contra-
ctu vſq; ad mortem reuocabili, vt quia
non interuenit tradditio ſeu aliud loco
tradditionis, de quo in.l.17.&.44.& in
hac ſpecie cum morte: ea donatio ſeu
contractus confirmetur, anteaque irre-
uocabiliter nihil prelegatario adquira-
tur: imo & quota regulanda ſit, ex quan
titate bonorum quæ tẽpore mortis pre-
legantis ſupereſſent. ex.l.19.&.23.dicẽ
dum eſt prelegatarium quotæ pro rata
prelegati ad debita teneri, & legem hanc
quæ de prelegato in vltima voluntate re
licto, loquitur, in maioratu ſeu meliora-
tione in contractu reuocabili facta. pro
prie verificari, cum is contractus reuoca
bilis, vltima voluntas ſit: licet informis
& irregularis, atque innominata.vt dixi
mus in.l.4.Tauri, & conſequenter fate
ri debemus debita extinguere id prele-
gatum quotæ bonorum cuius quantitas,
reſtringitur & augetur, & demum conſi
deratur, ex quantitate bonorum quæ tẽ
pore mortis prelegantis ſuper eſſent. ex
l.19.&.23.harum legum quod in dona
tione abſque tradditione dixit gloſ.ver-
bo, perfectã.in.l.1.C.de iure fiſci lib.10
vbi quo ad hunc effectum vt res donata
cadat in obligatione, & hypoteca, conſi
derauit Acurſius rem eſſe vel non trad-
ditam, quã gloſ.ad hoc expreſſe notant
Bar.ibi.num.9.Platea.3. & eam ſenten-
tiam in ſpecie probauerunt, Vgocelſo,
conſi.53.nu.2.& cõſi.58.nu.6. &.8.&
conſil.60.num.13.& conſil.10.num.10
& conſi.104.num.2.Detius conſi. 239
num.7.Caſaneus.conſi.53.num.51.qui
notanter in propoſito locutur & intelli
gendo ſic legem hanc ita tenent Ioann.
Gutierrez de iuramento confirmatorio
tertia parte.c.15.num.24.Mieres de ma
ioratu.1.par.q.24.nu.35. ¶ Aut ma- 15
ioratus inſtituitur ſeu melioratio fit, in
contractu irreuocabili, vno ex modis
de contẽtis in.l.17.&.44.& in hac ſpe-
cie, debita contracta poſt inſtitutionem
non eſſe ſoluenda a prelegatario pro ra
ta prelegati ſecurum videtur, cum ſi ma
ioratus in totum vel in parte reuocari
expreſſe nequeat, a fortiori per indire-
ctum reuocari non valeret neque debi-
ta poſtea contracta ex eo deducerentur.
ita tenet nemine refens Gomez in.l.40.
num.72.ad fin.Peralta in.l.3.§. qui fidei
commiſſam.num.124.de hæredibus in-
ſtituend.& eos referens dicens ſic plu-
ries practicatum, ac intellectum fuiſſe
idem tenet Molina lib.1.c.10. nume.11.
Mieres in tractatu maiorat.1. par.q.24.
num.34.&.35.quorum reſolutio diffi-
cilis ad modum videtur. Cum ſi melio-
ratio



ratio quotæ regulanda ſit, ex quantitate
bonorum quæ tempore mortis melio-
rantis forent, quantumcumque irreuoca
bilis ſit, ex.l.19.&.23.neceſſario debẽt,
ex ea deduci debita poſt eius cõfectio-
nem contracta: quamuis in totum eam
meliorationem extinguant. quod non ſo
lum procedere videtur in donatione ſeu
melioratione quotæ ſed certe rei, quia
cum ex donatione cuiuslibet rei, tacite
videatur facta melioratio tertij & quin-
ti ex.l.26.regulabitur etiam eius quanti
tas, ex bonis quæ ſupereſſent (deducto
ære alieno) tempore mortis teſtantis, ex
d.l.23.vbi bene aduertit Tellus.num.3
per totum. & conſequenter melioratio
quotæ bonorum, ſeu certæ rei, minuere-
tur ex ære alieno poſt eius cõfectionem
contracto: & prælegatarius teneretur de
bita ſoluere pro rata prælegati, quãtum
cumque poſtea cõtracta ſint. Vnde ſen-
tiens in ſpecie licet ſatis ſummarie hanc
difficultatem quidam moder. Angulo.
in tractatu de meliorationibus in.l.5 gl.
4.num.2.reprobando Mieres in tracta-
tu maioratus.d.quæſt.24.num.35. cre-
dit debita quantumcunque poſteriora
ex prælegato irreuocabili eſſe deducen
da, qui Molinam nec alios vltra Mieres
vidit, neque forſam originariam rationẽ
opinionis eorum intellexit. ¶ Ego ve
16 ro ſecure crederem veram eſſe ſententiã
Gomezij & ſequatium, cũ ſi debita po-
ſteriora deducerentur ex melioratione
irreuocabili antea facta: & per indirectũ
reuocaretur, contra.l.17.&.44. & præ
legatarij nimis fraudarentur. maxime ſi
fieret ex cauſa onoroſa matrimonij cum
tertio. quia nurui imo & filijs naſcituris
preiuditium fieret. poſſentque parentes
animo reuocandi meliorationẽ & frau
dandi prælegatarios plurima debita cõ
trahere. Vnde ne ſimile abſurdũ ſequa-
tur, veriſsimã credo eorum opinem. Reſ
pondens ad.l.19.&.23. negari non poſ
ſe quod quantitas meliorationis regulã
da ſit ex bonis quæ tempore mortis me
liorantis ſupereſſent. Sed non inde be-
ne deduci, prælegatarium quotæ teneri
ad debita poſtea a prælegante cõtracta.
neque ex eo prælegato es alienum po-
ſterius deduci, ſed ita debere accipi, cõ
ſiderari meliorationem ex quãtitate bo
norum meliorantis, vt reguletur ſecun-
dum tempus mortis deductis antea de-
bitis contractis & non alijs quæ poſtea
contracta fuerunt. quia cum quantitas
(quotæ licet incerta eſſet) a dominio
prælegantis ex tempore quo prælegatũ
irreuocabile fit exiret, nec hypotecæ
ſubijci potuit. neque alienatione minui
valeret, imo nulla foret eius rei aut quã
titatis alienatio, cuius antea prælegatum
factũ erat. Sed potius, reſpectu eius quo
tæ haberentur debita poſtea contracta
pro non contractis ad effectum minuẽ-
di quotam relictam. quod ingenioſe a ſi
mili probatur in.l.25.harum legum. dũ
ibi melioratio nõ deducitur a dote nec
a donationibus propter nuptias ſeu alijs
conferendis, cuius cõſtitutionis ratio vt
ibi. dicendũ erit in eo fundatur ꝙ dos
aut donatio propter nuptias ſeu alia cõ
ferenda, ſtatim cum fuit effecta irreuoca
bilis, a dominio parentis eius quantitas
exiuit: & conſequenter minuenda non
eſt a prælegato poſteriori. Sicut e cõuer
ſo melioratio irreuocabilis non minue-
retur per conſtitutionem dotis poſterio
rem, etiam ſi ea conſtitutio dotis foret
neceſſaria, vt ibi ſecure probauimus. ma
xime quia ſi debita deducenda ſunt ex
cumulo totius hæreditatis quis diceret
non prius deduci meliorationem irreuo
cabilem, maxime ex cauſa onoroſa
cum reſpectu eius pater debitor
iam effectus ſit.

Finit. l. 21.

# Sequitur interpretatio ad legem. zz. Tauri.

## Diuiſsio,

LEx iſta.zz.diuiditur in duas partes, in prima agit de pacto negatiuo de non meliorãdo.in fauorem alicuius ex filijs aut deſcẽdẽtibus inito.&eſt in prin. vſque ad verſic.*Q ue no vala*. In ſecũda de pacto affirmatiuo de meliorando, in fauorem eiuſdem filij ſeu deſcendentis facto,& eſt in verſic. *Y anſi miſmo.* vſque ad finem, vnde ex qualibet parte vnam concluſionem elitiam qua verba legis intelligere,& mentem ipſius deducere poſsimus.

## Concluſsio primæ partis,

PRima cõcluſsio eſt valere pactum negatiuum de non meliorando aliquẽ ex filijs apparentibus factum, ita quod aliter melioratio facta ſit nulla.

## Concluſsio ſecũdæ partis.

SEcunda concluſsio eſt pactum de meliorando,ſeu maioratum inſtituendo in fauorem,alicuius ex filijs ſeu deſcendentibus, ex cauſa matrimonij vel alia ſimili oneroſa factum paciſcentes preci ſe obligat,vt ſi non fiat,morte promittẽtis pro facta ea melioratio habeatur.

## *SVMMARIVM PRIMAE PARTIS.*

*Pactum negatiuum,de nõ meliorando ſeu inſtituendo maioratum,an ſit improbatum.num.1.*

*Pactum futuræ ſucceſsionis cõtinens quotam ſeu rem aliam certam,an vallidum eſſet de iure communi.num.1.*

*Lex noſtra an ſit correctoria iuris cõmunis.num.1.ad fin.*

*Pactum de nõ inſtituẽdo ſeu meliorando de quo in hac.l.an præſupponat tertiam perſonam.num.2.*

*Verbum promito an præſupponat tertiam perſonam et ſtipulationem. numer. 2. ad finem.*

*Ratio differentiæ ad primam et ſecũdam partem.l.quare ſcilicet in prima ſcriptura requiritur,et in ſecũda nõ eſt neceſſaria.num.3.*

*Pactum negatiuum an ad nepotes ſeu deſcendentes extendatur.num.4.et.5.*

*Melioratio facta cõtra pactum de nõ meliorãdo an ſit nullius momẽti. nume. 6. cum alijs.*

*Promittẽs nõ meliorare aliquem ex filijs an ex cõſenſu illius in cuius fauorẽm ſit promiſsio poſsit pactum reuocare.numero.6.*

*Promittẽs nõ meliorare an in fauorẽ eius ad quẽ promiſſio dirigitur efficiat meliorationem.num.7.*

*Donatio exceſsiua ad quãtitatẽm iuris cõmunis reducitur.num.8.*

*Melioratio facta contra pactum de non meliorando an reſpectu eius filij tantũ ad quem promiſsio dirigitur ſit nulla. num.9.*

*Si filius in cuius fauorem melioratio ſit moriatur ſine liberis an in fauorem alterius poſſit fieri melioratio. num. 10.*

*Pactum de non meliorando an impediat promittentem diſponere de quinto pro anima.num.11.*

*Pactum iſtud negatiuum an hodie ſubſtineatur atenta pragmatica,101.de Madrid.num.12.*

*Pactum de non meliorando reſpectu alicuius certi an ad alios extendatur. numero.13.*

*Pactum negatiuum an in teſtamẽto ſubſtineatur.num.14.*

*Pactum negatiuum quando requirat ſcripturam.num.15.cum alijs & vera ratio.num.19.*

*Scriptura priuata quando habeat vim publicæ ſcripturæ.num.20.&.21.*



## gloſs.1.l.zz.

1 AD primam igitur partem.l.deueniẽdo quæ deducitur ex principio vſque ad verſiculum.*Y ſi la hiziere que no vala.* aduertendum eſt quod quamuis, aliquibus videretur iuris correctoria quaſi confirmãs, pactum negatiuum de non ſuccedendo,de iure omnino improbatum,vt vulgaria iura probant,diligenter conſiderando mentem.l.non eſt correctoria,dum in pacto non vniuerſæ hæreditatis, ſed quotæ bonorum loquitur. ibi. *En el dicho tercio y quinto.* In quã ſpecie quamuis Detius conſil.184.conſuluiſſet,pactum de non auantagiando, & vt elegantius loquatur meliorando, aliquem ex filijs nullius, eſſe momenti, ex regula vulgari quæ prohibet omne pactum futuræ ſucceſsionis,quem & alios pro rationẽ dubitandi refert Tellus hic.num.1,longe tamen verius eſt,vallere ſimilem conuentionẽ quando res certa ſeu quota bonorum in eo continetur, vt nuncupatim voluerunt Petrus,Cinus Aluericus,& Bald.in.l.fin. C. de pactis Philip. Detius ſibi in hoc contrarius cõſil.578.viſſo conſil.nume.9. Bertrand. conſil.70.colum.1.& conſi.78.num.9. lib.3.quorum opinio licet recepta foret tamen quia contraria aliquibus receptior viſſa fuit vt conſtat ex Tiraquel.de primogen.quæſt.6.num.13. &.14. vbi plures vtriuſque opinionis ſequaces refert,ſuperuenit conſtitutio noſtræ.l.cõfirmans,pactum de non meliorando ſeu maioratum inſtituendo ex eo quod non vniuerſam defuncti,ſubſtãtiam,ſed quotam bonorum tantũ reſpiceret. quæ quidem concluſio,ſic intellecta ſequentib. modis ampliatur & reſtringitur deductis a verbis eiuſdem.l.

Primo,quod quantum ad huiuſmodi pactum negatiuum de non meliorando, ſeu maioratum inſtituendo ſufficiat ſola patris,promiſsio,in fauorem omnium filiorũ facta, abſque interuentu tertiæ perſonæ, cuius reſpectu fiat, neque cauſæ oneroſæ,obquam initum ſit. quia licet verbum.*Prometio.* de quo in hac lege ſecundum aliquorum opinionem præſupponat tertiam perſonam & ſtipulationẽ ſolemnem,ex.l.ſciendum vbi ſcribentes ff.de verborum.communiter omnes ibidem id reſtringunt quando promittitur aliquid de futuro,vt in ſpecie noſtræ.l. vbi promiſsio ſit de meliorando vnum ex filijs quia tunc non operatur verbũ, *Promitto.*ſolemnem ſtipulationẽ,ita aduertunt Salicet.in.l.1. C. de contrahenda ſtipulatione. Afflictus deciſsio. 120. quare ſic intelligit legem hanc Couarr. in.c.quamuis in initio tertiæ partis. col. 7.verſicul.iure regio,& melius diſputat Tellus hic.num.2.vbi.num.3.reſpondit ad fundamenta in contrarium adducta. 2

¶ Ex quo deducitur nouus & verus intellectus ad legem ibi. *O deſcendientes.* ſcilicet quod cum pactum iſtud, negatiuum de non meliorando, pure & abſolute initum ſit,ex ſola promittentis volũtate abſq; interuentu tertiæ perſonæ,& cauſæ oneroſæ,ſi in fauorem filiorũ fieret,ad nepotes non extẽderetur,imo poſſet promittens libere quem voluerit ex hijs meliorare ex Baldi doctrina. In l.voluntas.num.13.C.de fidei commiſs. quam referens ſequitur & comprobat 2

Tellus

Tellus hic.num. 10. licet aliquantulum
confuſſe loquatur. Matienço in.l. 6.tit.
6.lib.5. nouæ recopil.gloſ.1. numer.4.
4 ¶ Quod ne quaquam admitteretur, ſi
cum tertio ex cauſa oneroſa pactum de
non meliorãdo fiat vt ex cauſa matrimo
nij,tranſactionis vel alia ſimili duratura
& oneroſa,quia in hoc caſu prohibitio
non meliorandi extenderetur ad nepo
tes ſeu deſcendentes in fauorem illius,
cum quo actum fuit, ita quod nullũ ex
omnibus deſcendentibus poterit pater
meliorare ex doctrina Bartol.in.l.pater
filium.§.fundum delegat.3.& in.l. cũ pa
ter.§.dulciſsimis delegat. 2. Tellus hic.
num.8. ſic intelligens Ciſontanum.nu.2
Gomez nu.27. & idem Perez ad Segu-
ram in.l.3.§.fin.numer.51. de liberis.&
poſt.qui contrariam ſententiam vidẽtur
tenuiſſe,& hoc etiam modo ſunt intelli-
gendi Palatius hic.nu.2.Caſtillo.verbo,
decendientes, qui tenuerunt ad nepo-
tes hanc pacti prohibitionem non ex-
tendi.
5 Secundo,principaliter amplia, legis
conſtitutionem, vt ſi poſt pactum de nõ
meliorando ſeu maioratum inſtituendo
melioratio maioratus fiat,ſit nullius mo
menti,ex verbis.l.noſtræ.ibi. *Y ſi la hi-
ziere que no valga.* niſi tacite vel expreſ-
ſe filius meliorationi poſtea factæ cõſ-
ſenſiſſet, quia non obſtante pacto vale-
ret ea melioratio vt poſt alios aduertunt
Ioannis Lupus.num.11.Gomez.24.Tel
lus.11. hic. ¶ Vel niſi fieret in fauorẽ
eius filij,cuius contemplatione pactum
initum fuit: cum ea promiſsio non melio
rãdi aliter retorqueretur, aduerſus eum
ad quem pactum dirigitur, contra regu
lã vulgarem.l.quod fauore de legibus,
quia tunc melioratio velebit. Vt ex do-
ctrina Bartol.in.l.quamuis.ff. de pigno
ratitia actione.aduertunt Caſtellus ver-
bo, *Que no vala.* & Palatius.numer.12.
7 ¶ Limita etiam vt melioratio contra hu
iuſmodi pactum de non meliorando fa
cta: quo ad eum tantum filium ſit nullius
momẽti,in cuius fauorem paciſcebatur.
quo ad alios vero vallida ſit, ita quod
ex portionibus eorum deducatur, ſicut
pacto non inito excumulo totius hære-
ditatis deduceretur.quam elegantem li-
mitationem ad hanc.l. traddit Caſtellus
verb. *Que non vala,* & vltra eum confir
matur ex eo quod quelibet donatio ſeu
melioratio exceſsiua, ad quantitatem de
iure permiſſam reducitur: & in exceſſu
tantum reuocatur. ex. l. ſi mihi & titio.
§.1.deleg.2.per quem tex.hoc tenet Se-
gura in.l.vnum ex familia. §. ſed ſi fun-
dum.num.145.vſque ad.151.delega.2.
Caſtellus in.l.19.verbo, *No exceda.* &
Montalbus per tex.ibi.glo.fin.in.l.7.ti-
tul.12.lib.3.fori.quia vtile tunc ab inuti
le ſeparatur & per inutile non vitiatur,
ſed potius ſubſtinetur. ex. l. Sancimus.
C. de donationib.gloſſa ab omnibus re
cepta in. l. fænebris. de vſuris. de qua
Alexand.in.l.1.§.ſi mihi.de verborum
vbi Alciatus.num.20.Calcaneus conſil.
125.num.24.Iaſſon.in.l.certi conditio.
§.quoniam ſi cert. petatur. ¶ Limita 8
etiam niſi filius in cuius fauorem facta
fuit promiſsio,viuo patre ſine liberis mo
riatur: quia tunc non obſtante pacto,
quem maluerit ex reliquis filijs poterit
pater meliorare. quia huiuſmodi pactũ
non meliorãdi, principaliter initum fuit
in fauorem filij defuncti ne ſcilicet eius
portio legitima minueretur, cum igitur
deficiente legitima non debeatur, imo
cauſa promiſsionis deficeret, effectus
etiam eius ceſſabit,vnde hanc ſentetiam
tenent Caſtel lus, verbo. *Que no vala in
fine.* Palatius.numer.11.&.13. Antonius
Gomez num.24.in fine.niſi ex filio præ
mortuo, aliquis filius ſuper eſſet,qui pa
tris perſonã repreſentaret,in cuius pre-
iuditium auo non liceret facere aliã me-
liorationem. ¶ Imo & non ſolum ſu 9
perſtite nepote pactum de non meliorã
do,mutari non poteſt,ſed relictis hære-
dibus extraneis quibus pactum in fauo
rem filij prodeſſet: & ex eo ius irreuo-
cabili-



biliter ipſis quæſitum fuiſſet.ex.l.cũ ſe-
cundum.C.de contrah.& comit.ſtipul.
Bald.in.l.1.in fin.ff.de pactis & contra
Palatium hic.numer.13. ad fin. aduertit
Tellus.num.20.ſed in hac limitatione.
maturius eſt penſitandum,& cõtra Tel
lum tenet Matienço.in.l.6.titulo.6.no-
10 uæ recopil.gloſ.4.numer.40. ¶ Sed
an pacto non obſtante poſsit pater,pro
anima de quinto diſponere. vide Pa-
latium.num.10. & an pactum iſtud ne-
gatiuum etiam hodie ſubſtineatur, atẽta
pragmatica.101.de Madrid, eſt elegan
tis dubitationis,quam explicuerunt Bae
ça de non melior.c.22.nu.9.Matienço
in.l.6.ti.6.lib.5.nouæ reco.glo.1.nu.6
vſque ad fin.& nouiſsime quidam mo-
dernus Angulo de meliorationibus in
l.6.gloſ.1.num.3.vſque ad fin.& dicam
in.l.44.gloſ.6. ad fin. ¶ Limita etiam
11 in pacto limitato de non meliorãdo ali
quem certũ ex filijs, vt quia pater pro-
miſsit non meliorare Petrum, quia tunc
non obſtante pacto poterit meliorare
Ioannẽ,cum ea promiſsio limitata ſtri-
cte ſit accipienda, vt ex.l.age cum Ge-
min.C.de tranſactionibus & ex alijs ad
uertit Gomezius hic.num.29.& moder
nus Angulo in.l.6.de meliorationibus
gloſ.2.num.1.vbi duas legis contextu-
12 ras adducit,& vtramque explicat. ¶ Li
mita etiam in pacto de non meliorando
in vltima voluntate,inito quæ cum.l.ſit
correctoria iuris communis,& in pacto
in contractu facto loquatur, vt conſtat
ex verbis eius.ibi. *Por contrato entre vi
uos.* ad pactum negatiuum de non melio
rando in teſtamento initum extendi non
debet. Vnde eam.l.ita reſtrinxerunt Pe
ralta in.l.ſi quis in principio teſtamen-
menti.num.138.delegat.3. & eum refe-
rens idem ſequitur Mieres in tractatu
maioratus.1.par.quæſt.28.num.10. vbi
ipſe limitat quando talis promiſsio fa-
cta fuit.per viam contractus in teſtamẽ
to ſeu alia poſtrema voluntate,ex doctri
na Aluerici.in rubri.C.de donationib.
num.1.pro cuius limitatione facit quod
donatio inter viuos. in teſtamento fieri
poteſt.ex.l.aſsignare.§. fin. de aſsigna-
tione libertorum. & traddunt Boerius,
deciſsione.353.Tiraquel.de legib.co-
nubinal.gloſ.5.verbo.*Contraher.* nume.
49.Menhaca libro.3. controuerſ. cap.
51.numer.1.Tellus in.l.3.Tauri.2.par.
numer.12.
Limita etiam omnia ſupradicta, vt in 13
eo pacto negatiuo de non meliorando
ſeu maioratum inſtituẽdo ſit neceſſaria
ſcriptura vt conſtat ex verbis.l.ibi. *Y
paſſo dello eſcriptura.* cuius rationem vi-
detur aſsignare Verengarius in.c.1.nu.
11.de filijs natis dicens ideo fore neceſ-
ſariam,ſcripturam,vt facilius & certius
actus probaretur cuius rationem refert
& reprobat Tellus hic.nume.4.ad fin.
& num.5.in princ.atque ſatis reproba-
tur ex defectu rationis differentiæ inter
pactum affirmatiuum, & negatiuum.
¶ Vnde ipſe Tellus.d.num.5.ſatis ele 14
ganter,alias duas rationes ingenioſas de
cidendi conſiderat, quæ mihi quamuis
ſubtiles ſint,veras eſſe non videntur,di-
cit enim ꝙ ſicut donatio,quæ inter pa-
trem & filium nullius erat momenti ex
l.donationes quas parentes.C. de dona
tio.inter virum.ſi cum tertio vel ex cau-
ſa oneroſa fieret vallida eſt,ex.l.17.ita
pactum negatiuum,de non meliorando
a patre in fauorem filiorum initũ,quod
nullius erat valoris,ex.l. pactum quod
dotali.C.de pact.ex interuentu tabellio
nis quæ tertia perſona dicitur,& a pa-
tre ſtipulatur,irreuocabile efficitur ſen-
tiens quod idem operatur interuentus
tabellionis ſtipulãtis quantum ad irre-
uocabilitatem quod cauſa oneroſa de
qua in.2.par.huius.l. ¶ Qui quidem 15
intellectus, atque decidendi ratio vera
non videtur quia præſupponit, ad
validitatem pacti negatiui ſtipulationẽ
tabellionis fore neceſſariam,quod qui-
dem quamuis de iure communi & re-
gio partitarum verum eſſet ex gl. verb.
*Publi-*

*Publicum*, in.l.2.ff. rem pupilli ſaluam
fore.&.gloſ.in.l.non aliter.verb. ſeruo
publico.ff.de adoptionibus.Detius cõ
ſil.31.& conſil.58.& conſil.293.& cõ
ſil.407.& conſil.607. Boerius deciſs.
172.numero.5. Tiraquel.de conſtitut.
3.par.limit.30.nu.23. &.24.l.7.ad me-
dium.titulo.11.partit.5.vbi Gregorius.
Hodie tamen per tex.in.l.2.titu.16.lib.
5.nouæ recopil.huiuſmodi tabellionis,
ſtipulatio neceſſaria non eſt. ex Couar.
lib.1.variarum.c.14.num.13.& quia e-
tiam Tellus præſupponit quod ſi tabel
lio,a patre non ſtipulaſſet quamuis ſcip
ritura publica huius pacti interueniſſet
non valeret quod quidẽ eſt contra ver
ba ac mentem, primæ partis legis quæ
neque interuẽtum tertiæ perſonæ neque
cauſam oneroſam requirit. vt diximus
16 in gloſ.1. ¶ Ratio enim ſecunda quã
Tellus aſsignauit eſt quod ideo in hac
1.par.requiritur ſcriptura,quia tabellio
nis præſentia & authoritas ſufficit ad hu
ius pacti negatiui irreuocabilitatem:põ
deransad hoc.l.17.quæ ratio Telli etiã
ſubſtineri non poteſt quiã in. d.l.17. a
qua fundamentum ſumpſit,non eſt ſuf-
ficiens tabellionis præſentia ad inducen
dam donationis irreuocabilitatem: ſed
ſimul tradditio ſcripturæ. requiritur.
Imo & ipſius actus tradditionis ſcriptu
ræ aliam eſſe conficiẽdam,qua traddens
fateatur,per actum tradditionis a ſe ab-
dicaſſe facultatem reuocandi, dicẽdum
erit.in gloſ. *O le huuiere entregado ante
eſcriuano la eſcriptura dello*.in.l.44.vn-
de male dixit Tellus ſolam tabelionis
præſentiam inducere irreuocabilitatẽ.
17 ¶ Et ita vera decidendi ratio qua lex
ſcripturã requirit eſt quia cum lex ege-
rit,de pacto negatiuo non meliorandi
ex ſola voluntate patris abſque interuen
tu tertiæ perſonæ ſeu cauſæ oneroſæ in
fauorem filiorum inito neceſſaria ſume
ſuit ſcriptura qua pactum irreuocabile
omnino manſiſſet,quod in.2.l.par.non
requiſiuit cum de pacto affirmatiuo me
liorandi ex cauſa oneroſa in fauorem
tertij loquatur vt diximus ſupra in gl.1.
¶ Et dum lex ad validitatem pacti ne- 18
gatiui de non meliorando ſcripturã pu-
blicam requirit de confecta ſecundum
formam pragmaticæ de Alcala. quæ in
l.13.titul.25.libr.4.nouæ recopilat.ha-
betur intelligenda eſt. vt non ſufficiat
priuata, quæ publici inſtrumenti appel-
latione non continetur ex. l. cenſus &
monumẽta publica iũcta gloſ. deproba
tionibus. l. 1. vbi Bartol. de iuramento
calumniæ. c. quoniam contra deproba
tionibus, per quem hoc tenet Rebufus
lib.1.cõſtitutionum Galiæ in præfactio
ne.titul.de chirographis & exquedu-
lis recognitis.nume.1.&.2. & traddunt
Roman.conſil.77.& conſil.23.in ſecun
do dub.Imola. cõſi.37.& in ſpeciẽ hãc
ſententiã probauerũt ex noſtratibus Ca
ſtellus.hic.verb.ſcriptura.Ioan. Lupus.
nu.4.Gomez.28.Couar.in.c.quamuis.
3.par.in initio.numer.2. ad fin. Burgos
de Paz conſil.32.nu.1.lib.1.& hijs non
relatis Molin.lib.2.cap.8.numero.13.
¶ Quod limitarem ſi priuata ſcriptura 19
recognoſceretur quia tũc publici inſtru
menti vim obtineret. Et conſequenter
ſufficeret,ita creddiderunt plures quos
referunt & ſequuntur Mieret in tracta-
tu maiorat.1.part.quæſt.65.per totam.
Burgos de Paz Iunior in quæſtione.4.
maiorat.numer.13.vſque ad numer.20.
vbi refert patrem eius Burgos de Paz ſe
niorem,ita in facti contingentia obti
nuiſſe amplians id aliquibus mo-
dis,& intelligens eam dubita
tionem vſque ad finem
quæſtionis.





# Ad.l.zz.Tauri,

## Secunda pars,

### SVMMARIVM.

*Pactum affirmatiuum de meliorãdo, ſeu maioratum,inſtituendo,an validum eſſet,ante legem hanc & ibi,ratio decidendi ad eam.num.1.*

*Pactum affirmatiuum,reſpiciens vniuerſam paciſcentis,hareditatem hodie nõ valet.num.2.*

*Pactum affirmatiuum de meliorãdo, ſeu maioratum inſtituẽdo, in fauorem naſciturorum an ſubſtineatur.num.3.*

*Promittens meliorare ſeu maioratũ inſtituere,ſi id non faciat:melioratio morte habetur pro facta.num.4.*

*Pactum affirmatiuum de meliorando an requirat ſcripturam.num.5.*

*Pactum affirmatiuum de meliorando an requirat acceptationem.nu.6.*

## gloſ.z.l.zz.

2 Y *Anſi miſmo mandamos*. vſquẽ ad
finem hæc eſt ſecunda pars noſtræ
l.ad quam deueniendo, circa pactum
affirmatiuum meliorandi ſeu maiora-
tum inſtituendi, concluſsio quam a le-
ge deduximus ſcilicet valere ſimile pa-
ctum quamuis videatur iuris commu-
nis correctoria,quod talis promiſsio af
firmatiua,de ſuccedẽdo, impugnatur,ex
l. cum donationis. C. de tranſactioni-
bus.l.pactum quod dotali.C. de pactis
diligenter tamen conſiderando origina
riam rationem decidendi, quam ſupra
in principio gloſſæ primæ aſsignaui-
mus,non eſt iuris communis correcto-
ria ſed declaratoria.dum ibi.*En el ter-
ció y quinto*, conſtituit pactum iſtud cõ
tinens certam bonorum partem quotã
ſcilicet valere,quod licet de iure com-
muni dubitatum eſſet receptior ſenten-
tia fuit,validum fuiſſe tale pactũ, quod
non vniuerſam hæreditatem ſed bona
quædam ſeu caſtra reſpiceret,quaſi non
impediret,paciſcenti liberam teſtamen-
ti factionem. Vt reſoluunt Oldrald.
conſilio. 139. Bartol.in.l.cum filius. §.
Lucio.delegat.2.& in cõſi.72.nu.1.An
gel.conſil. 179.nu.1.Lancelot. Detius.
in.l.final.col.1.vbi Iaſſon.num.7.C.de
pactis Paul.conſilio.324.num.2.vol.1.
Alexand.conſilio.83.lib.2. & conſilio.
28. numero. 7. libro. 3. Guid. papæ.
quæſtione. 267. Detius. conſilio.
225.Tiraquel.de primogenit. num.13.
&.34. ¶ Et contraria ſententia dicen 2
tium ſimile pactum affirmatiuum non
valere intelligenda eſt quando vniuer
ſam paciſcentis hæreditatem contine-
ret.l.hæreditas. C.de pact.conuenct.l.
ſtipulatio hoc modo concepta, de ver-
borum.l.cum donationis.C. tranſactio
nibus,& ita in pacto totius hæreditatis,
loquũtur Detius cõſi.212.225.&.300.
Curtius Iunior conſil.15.Bertrand.con
ſil.29.colum.1.volum.1.& conſil.1.nu-
mer.92.volum.2.& conſi.267.volu.3.
Tiraquel.d.quæſt.6.§. contra videtur.
num.16.17.&. 18. vnde maledixerunt
fere omnes ex noſtratibus ſecure exiſti
mantes legem eſſe correctoriam, cum
potius declaratoria ſit prædictæ, dubi-
tationis.
Quam quidem.l. ſic explicatam am 3
plia vt non ſolum huiuſmodi pactum
de meliorãdo,ſeu maioratũ inſtituendo
reſpectu filiorum qui nati ſunt validum
ſit, ſed naſciturorum. Vt declarando
in hoc verba legis, ibi. *A alguno de
ſus hijos o deſcendientes*. latiſsime di-
cendum erit. in.l. 44. in gloſſ. *Aſsi
como por via de caſamiento*. vbi ad
longum diſcutiendum erit, an ſimile pa
ctum de meliorando ſeu inſtituendo,
naſcituros: validum ſit & irreuocabi-
le. ¶ Secundo ampliabis huius legis

ɕonſtitutionem,vt ſi promittens maiora
tum inſtituere,ſeu meliorationem face-
re,morte præuentus id non efficiat,pro
inſtituto habeatur , ſeu melioratio pro
facta , vt probant verba noſtræ. l. ibi.
*Sean auidas por hechas*.& ante ipſam be
ne probauerunt Boerius,quæſt.48.nu.
8.purpuratus in.l.pactum quod dotali
num.12.C.de pactis, & latiſsime Tira-
quel.lib.2.retractuum in fin. pag.980.
nu.41.cum alijs & poſt eam reſoluunt
Mieres in tractatu maioratus.1.p.q.66
per totam.Matienço in.l.6.titu.6.lib.5
nouæ recopil. per tot.& dicendum erit
in.l.44.verbo.*Deſpues de hecha*. in qui
bus locis pro regula conſtituitur quod
qui promiſsit ſe aliquid facturum in ef
fectu id feciſſe videtur & in ſpecie no-
ſtræ.l. ex eo principaliter procederet.
quod facta promiſsione de meliorãdo
ex cauſa, oneroſa matrimonij , iam
ius tertio fuit quæſitum,quod ab eo in-
uito auferri non poteſt , imo ſi certo ac
limitato tempore vel ſub aliqua condi
tione ea meliorandi promiſsio fieret,
adueniente die,vel cõditione purificata
pro facta haberetur,ex.l.fin.§.titius vbi
Angelus de vulgari, Boerius deciſsi.3.
num.1.& poſt Abbat. & alios reſoluit
Mieres in tractatu maiorat.1.par.quæſ.
2.numero.9.Matienço.in.l.6. titulo.6.
libr.5.nouæ recopilat.gloſ.7.nume.3.
5 ¶ Et an pactum iſtud affirmatiuum re-
quirat ſcripturam , vide Mieres in tra-
ctatu maiorat.queſtione.65.numer.9.
Burgos de Paz Iunior, in quæſtione.4.
6 maiorat.num.7.&.8. ¶ Et an requi-
rat acceptationem,vide Mieres de ma-
ioratu.1.par.quæſt.68.per totam. præ-
cipue.numer.10.&.11.

## Ad.l.z3. Tauri.

SVMMARVIM.

*Melioratio an ſit conſideranda ſecũdum quantitatem bonorum quæ ſuperſunt, tempore quo fit, ac relictorum morte meliorantis.num.1.remiſsiue.*

*Augmẽtum quod accedit ad rem ex qua fit melioratio,ſeu maioratus inſtituitur,poſt eius confectionem quando ſpectet ad prælegatarium remiſsiue per totam.l.*

## gloſs.1.l.z3.

QVando melioratio conſideranda ſit ſecundum quantitatem bonorum relictorũ tempore mortis , quo ad hunc effectũ vt deducatur an ſit inofficioſſa , & vt ſciri poſsit an diminutio vel augmentũ ad prælegatariũ ſpectet vide vltra ſcribẽtes hic Gomez.in.l.17. harũ legum.nu.11.vſque ad nu.13.Burgos de paz conſi.14. nu.62. & eleganter Mieres in tractatu maiorat. 1. part. quæſt.52.per tot.Matienço in.l.7.titu. 6.lib.5.nouæ recop.& nouiſsime Ioan. Angulo in.l.7.de meliorat.per tot. vbi l.hanc explicuerunt.

## SEQVITVR explicatio ad l.z4. Tauri.

SVMMARIVM.

*Melioratio ſeu maioratus quando rupto teſtamento ex cauſæ præteritionis vel ex hæredationis conſeruetur.num.1.remiſsiue.*

*Melioratio ſeu maioratus,non conſeruatur,rupto teſtamento ex alia cauſa quã præteritionis vel ex hæredationis.nu.2.&.3.cum alijs.*

*Intellectus ad.l.1.titu.4.lib.5. nouæ recopil.num.3.&.4.*

*Filius an ſit neceſſario inſtituendus. numer.4.*



## gloſ.1.l.z4.

1 NO por eſſo ſe rompa ni menos dexe
*de valer el dicho tercio y quinto*.er-
go rupto patris teſtamẽto ex cauſa præ
teritionis vel ex hæredationis conſerua
tur prælegatum ſicut & alia conſeruan
tur ex authentica ex cauſa.C. de liberis
præter.de quo quia vulgare eſt viden-
di ſunt Couarrub.in.c.Rainuntius.§. 6.
num.4.de teſtamẽtis.Menchaca de ſuc
ceſ.creatione.lib.3.§.20.num. 151. cum
præcedentibus & ſequentibus Matien-
ço in.l.8.titul.6.lib.5. nouæ recopilat.
per totam. Mieres in tractatu maior.in
prin.nu.12.& moder.Angulo.in tracta
2 tu de meliorat.in.l.8. per tot. ¶ Cuius
conſtitutionis regula iuridice reſtringi
tur,ſi ex alia cauſa quam præteritionis,
vel exeredationis teſtamentũ rũperetur
vt ſi forſam pater alicui ex filijs, extra
titulum inſtitutionis,legitimã in re certa
aſsignauerit,quia cũ tunc teſtamentum
non ex cauſa præteritionis vel ex hære
dationis,ſed ex inſtitutionis defectu irri
tetur,æqualiterq; omnes filij ſuccedant.
authen.vt cũ de appellatione cognoſ.§.
aliud quoq; capitulũ,&.§.cæterũ.auth.
non licet.C.de liberis præteritis.l.5. tit.
8.p.3.ita ex ea cauſa irritaretur præle-
gatũ,quod aperte deducitur ex verbis.
l.ibi.*Por cauſa de pretericion o exheredacion*.quæ ſolum conſeruat prælegatũ
rupto, patris teſtamẽto ex ea præteritio
nis vel exhæredationis cauſa,ſicut ex,au
thẽ.ex cauſa.C. de liberis præteritis an
tea legatũ conſeruauatur.Vnde hanc re
ſtrictionem ſecure probant Gomez hic
3 nu.24.Tel.2. ¶ Cui veritati non obſta
bit tex.in.l.1.tit.4.lib.5.nouæ recopila.
vbi rupto,ſeu nullo,facto teſtamẽto,ex
defectu inſtitutionis reliqua in eo teſta-
mẽto contenta conſeruãtur.ibi. *Y otras
coſas q̃ en el ſe contienen*. quia bene ad
eam reſpondetur eſſe intelligendã quan
do nullus hæres fuit inſtitutus,vel inſtitu
tuti repudiauerunt hæreditatẽ, vt ex ver
bis eiuſdem.l.patet,nos vero loquimur
in longe diſsimili,caſu ſcilicet quando
vnus ex filijs inſtituitur & alteri res cer
ta non titu.inſtitutionis relinquitur:quo
caſu filio iniuria fit per inde ac ſi pater
extraneos hæredes inſtituiſſet,vnde æ-
qualiter omnes ſuccederent, vt in. d. §.
aliud probatur, & intelligẽdo ſic prædi
ctã.l.regni.probat Mẽchaca de ſuc.crea
tione lib.2.§.20.nu.245. ¶ Minus ob- 4
ſtabit dicere q quando quis teſtatur in-
ter liberos non tenetur quemquã eorũ
inſtitutionis tit.honorare ſed quocũque
modo legitimã relinquere , ex Acur.in
auth.nouiſsime.C.de inofficioſo teſtam.
vbi Iaſſon.nu.16. Azo. in ſumma.C.de
inoffic.teſta.Anto.de Butrio in.c.Rain.
col.10.de teſtam. Corraſius in.l. filium
quem habentẽ.nu.82.C.famil.herciſcũ-
dæ.Mateſil.notabili.104. & conſequẽ-
ter ſufficere ſi filius in re certa non tit.in
ſtitu.legimæ portionẽ cõſequatur, quia
longe veriorem,ſententiã creddimus,le
gitimã eſſe filio relinquendã,tit.inſtitut.
vt intelligẽdo tex in.d.§.aliud .quoque
probauit Cinus, quem & alios referens
ſequitur Iaſſon in.d.authen. nouiſsima.
glo.cõmuniter recepta.in.c. ſi pater ver
bo.*Inſtituit*.de teſtam.in.6. dicit cõmu
nẽ & veriorẽ Alex.in.l.in quartam.nu.
20.ad.l.falcid.vbi Berẽgarius nu. 189.
Rubeus cõſi.72. Corraſius in.d.l.filium
nu.82.Acoſta in.d.c.ſi pater.1.p.verb.
inſtituit.nu.24.Couar.in.c.Rain.1.par.
nu.2.Menchaca de ſucceſ.creation.d.§.
20.nu.208.&.253. & late reſoluit Ma-
tienço in.l.1.tit.5.lib.4.nouæ recopil.
gloſ.10.fere per totam.præcipue nu.50
vſque ad fin. vnde crederẽ in omnibus
caſsibus quibus teſtamentum rumpere
tur,vel nullum foret præter cauſam ex
hæredationis ſeu præteritionis non ſub
ſtineri prælegatum.cum.l.tantum rupto
teſtamento ex hæredatione ſeu præteri
tione ſubſtineri ipſum conſtituat.

# SEQVITVR explicatio ad l.25, Tauri.

## SVMMARIVM.

*Melioratio tertij & quinti quare non deducatur à dote nec ab alijs donationibus conferendis.num.1.*

*Melioratio irreuocabilis anterior deducitur à dote poſteriori quæ confertur.numer.2.*

*Donatio prior an reuocetur per poſteriorem.num.3.*

*Melioratio tertij & quinti an deducatur ex quarta vxori pauperi debita.nu.4.*

*Melioratio an deducatur ex dote ex volũtate meliorantis.nu.5.vſque ad.9.*

*Grauamen ſubſtinetur in dote quatenus excedit legitimam.num.7.*

*Melioratio an deducatur ex dote tantum promiſſa & non tradita. numero.10. cum alijs.*

*Dos tradita & promiſſa in quo differãt num.10.cum alijs.*

## Glo.vni.l.25.

1 NO *ſe ſaque delas dotes o donaciones
propternupcias,ni delas otras donaciones ꝗ los hijos o deſcendiẽtes traxierẽ
a colacion.*ratio dubitandi ad.l.naſcitur
ex conſtitutione.l.23.præcedentis,dum
meliorationem regulandam eſſe,ſecundum quantitatem bonorum quæ tẽpore
mortis meliorantis ſupereſſent cõſtituit.
ex quo neceſſario videbatur dicendũ
deduci eã meliorationẽ ex omnibus donationibus conferendis,etiam irreuocabiliter antea factis. Sed quia dos & donatio propter nuptias vel alia conferenda,quæ irreuocabilis eſt,exiuit a dominio & bonis donãtis,licet quãtitas eius
conſideretur ex tempore mortis facientis eam, per æs alienũ poſterius non extinguitur neque in præiuditiũ iuris quæſiti donatario minuitur. Vt inde poſterior melioratio,tẽpore diuiſsionis hæreditatis,ab ea ſit deducẽda hanc decidendi rationẽ,licet non ſic deſcriptã in effectu ſentierunt Caſtellus,& Gomez hic.
nu.1.Lupus.nu.15.&.16.vbi legẽ exemplificat,Suarez in.l.quoniã.limit.13.ad
l.fori.verſi. ſexto quæritur Ioan Matiẽ.
in.l.9.tit.6.lib.5.nouæ recop.glo.1.per
totam. ¶ Ex qua ratione econuerſo,no
tatur, ꝙ ſi poſt factã irreuocabilẽ dona 2
tionẽ, ſeu maioratũ dos filiæ aſsignetur
& tradita ſit,tẽpore diuiſsionis hæreditatis nõ dos poſterior ſi forſam veniret
conferẽda a melioratione priori irreuocabiliter facta,ſed potius ex dote melioratio, deduceretur,vt aduertunt Tellus
hic.nu.3.Matieço in.l.9.tit.6.lib.5.nouæ recop. gloſ.3.nu.2. moder.Angulo
in.l.9.de meliorationibus.gloſ.1. nu.9.
¶ Et hæc omnia confirmãtur ex cõmuni 3
ſentẽtia dicentiũ, ex donatione generali
non reuocari neq; minui priorẽ antea irreuocabiliter factã,vt reſpondẽt Alex.
conſi.31.lib.5.nu.3. & conſi.25.nu.12.
lib.i.& cõſi.252.nu.4.lib.6.Areti.conſil.74.col.penul.Aymon Craueta cõſi.
143.nu.10.Marianus Socci.Iunior.cõſil.124.nu.67.&.68.lib.1. & legẽdo tenent Iaſſon.in.l.3.nu.3.delegat.&cõtra
Bal.Tellus.in.l. 17.nu.125.vbi hanc dicit cõmunem. ¶ Ex quo venit decidẽ
da quæſtio illa,non vulgaris ſcilicet an 4
melioratio deducẽda ſit ex quarta vxori pauperi debita vel quarta minuat meliorationem circa quam videndi ſunt,
Corneus conſi.178.vol.2.Soccinus.cõſil.108.volu.1.Segura in.l.cohæredi.§.
cum filiæ colum.30.de vulgari.Gomez
Arias in.l.32.Tauri.nu.19.Gregorius.
in.l.7.verb.*Hijos*.tit.13.par.6.& referẽ
do Segurã & Gomez Arias Tellus hic
nu.5.explicatque magis ad longũ modernus And.Angulo in.d.l.9.de meliorationibus.glo.2.nu.4.cum alijs.





5 Limita tamen regulam noſtræ.l. quãdo pater expreſſe conſtituit quod melioratio deduceretur ex acerbo totius hæreditatis vel ex omnibus præteritis ſeu futuris bonis quia licet dos prælegata nõ
veniat in fidei cõmiſſo.l.cum pater.79.
§.fidei tuæ vxor.delegat.2.l. a filio.62.
in prin.ad Trebel.l.mulier.22.§.cũ proponeretur eod.tit.ſi tamen hoc a teſtatore ſpecialiter dictum ſit dotem prælegatam in fidei commiſſo contineri probat
l.Lucius.78.§.maritus vxori.ff.ad Trebel.&.d.l.a filia.62.eod.tit. ¶ Pro qua
6 limit.ad hanc.l.facit quia cũ dos cõputetur in legitima.l. quoniã nouella.19.
C.de inofficioſo teſta.l.3.tit.15.part.6.
l.29.Tauri. Atque pater ſatisfaciat relinquendo vnicuiq; filio legitimã. filia
que poſsit inſtitui in dote,dũmodo legitimã integrã conſequatur.gloſ.in.l.denique.3.§.ſed vtrũ.verb.patrimoniũ.ff.
de minoribus quã dicit ſingularẽ.Bart.
ibi.num.7.Paul.in.l.idemque Sabinus.
nu.8.ff. de hæred.inſtit. & eſt cõmunis
per Alex.in.l.pater filium.nu.6.ff.ad.l.
falci. merito pater libere poterit iubere
ꝙ melioratio ex dotibus ſeu alijs donationibus cõferẽdis deducatur dũmodo
legitima integra ſalua ſit. ¶ Maxime
7 quia in dote quatenus excedit legitimã
ſubſtinetur grauamen ex.l.fin.§.filiæ fidei cõmiſsit.delegat.2.Bart.in.l.Lutius.
§.maritus ad Trebel.Suarez in.d.l.quoniã in prioribus ampliatione.12.per totam.Vbi in limit.13.ad.l.regni.quæſ.6.
8 hanc limitationẽ comprobat. ¶ Intelli
ge tamen prædictam limitationem quãdo filia dotem conferre vult quia,tunc
ex voluntate teſtatoris a dote melioratio deduceretur,ſi vero dote contẽta ſit
cum eam conferre non teneatur niſi ſit
inofficioſa,ex.l.29.nihil operabitur patris diſpoſitio volentis,ex dote prælega
9 tum deduci. ¶ Secũdo,reſtringe prædictam limitationem quando dos reuerſura eſt ad hæredem grauantis, quia tũc
in eo quod excedit legitimam,ſubſtinebitur grauamen, & poterit pater iuberẽ
prædictam meliorationem deducendã
eſſe ex dotibus vel donationibus propter nuptias, exemplum eſt quando pater ſibi vel hæredibus dotem reddi ſtipulatur,quia tuuc licet ſimpliciter dotãdo
filiam , ea mortua tota actio de dote in
eum conſolidetur.l.vnica.§. videamus.
C.de rei vxoriæ actione. tamen in caſu
expreſſæ ſtipulationis , nõ habet locum
conſolidatio.gloſſa ſingularis in.d.§.videamus.verb. viſſum de quo Bart. in.l.
poſt dotem.nu.23.ff. ſoluto matrim. &
ſic videtur quod in hoc caſu ſit veriſsima dicta limitatio,ex Baldo in.l. quoniã
nobella.nu.8.C. de inofficioſo teſtamẽto,& hãc ſentẽtiã tenet Suarez in.l.quoniam ampliatione.12.& limitat.13.ad.l.
fori,quæſt.6.ad medium.
Amplia tamen noſtræ.l.conſtitutionẽ 10
quæ meliorationem deducendã eſſe ex
dote conſtituit vt etiam in dote promiſſa tantum procedat,cum inter tradditã
& promiſſam nulla ſit differẽtia ex.l.1.
§.accedit.ibi.dantur vel promittuntur.
C.de rei vxoriæ actione.l. cũ poſt mortem.§.1.verſi.ſed his de quo iuncta gloſa.verb.promiſſerit.ff.de adminiſtratione tutorum.l.ſi mandato. §. item ſi dum
negotia.ff.mandati. l. ſi quis mandato.
in fin.ff.de nego.geſt.& in ſpecie aduertit Cifontan.hic. ſed quia eius ſententia
dubia videbatur ex verbis noſtræ.l.ibi.
*Traxieren a colacion.* quæ in dote traditã proprie verificãtur,hac neceſſaria diſtinctione in ea dubitatione fore vtendũ
exiſtimaui. Aut matrimo.contractũ fuit
per verba de præſenti, & feſtiuitas nuptiarũ celebrata,vxorq; ad domũ traducta,& in hoc caſu videtur dicendũ,legẽ
hanc nõ debere extendi ad dotem promiſſam.Ex ſentẽtia Bar.in.l.iubemus.2.
§.ſane.nu.7.C.de ſacroſanct.eccleſ. credẽs ꝙ diſpoſitio loquens in dote,nõ debet extẽdi ad dotẽ promiſſam,ſed in tradita tantũ verificari,quẽ ſequitur Iſernia
in.c.1.de natura.ſuc.fæud.col.13.&.14

Socinus in.l.de diuiſsione.2.notabili ſoluto matrim.Paul.in.l.ſi marito.§.ſi pater.nu.3.ff.eod.Iaſſo.in.l ſi donatarius §.1.per totũ. ff.de cõditione cauſa data. & in.§.fuerat.nu.127.inſtitu.de actioni
11 bus. ¶Contrariam tamen ſententiã veriorem exiſtimo,ſcilicet.l.hanc procedere in dote promiſſa.quia inter tradditã & nondum ſolutã ſed tantũ promiſſam nullam eſſe differentiam probat conſultus in.l.poſt mortem.44.ver.ſed his de quo.ff.de adminiſt.tutorũ.vbi gloſ.verbo.promiſſerit.d.l. ſi quis mãdato. 29. in fine.ff.de negotijs geſt.& ſi ſtatutum loquens in dote extẽditur,ad dotẽ promiſſam.Bar.ſibi cõtrarius,conſ.133.incipit ſtatutũ ciuitatis.Bal.in.l.fin.nu 2.C. de dot.promiſsione,& eſt cõmunis per Alexã. in.d.l.ſi donatarius.§.ſi quis in debitã.ff.de condic.cauſa data.Angel. conſi.179.& ipſe Alex.conſi.63.vol.4 Pariſius ad Bart.in.l.iubemus.2.§. ſane. nu.7.verſ.quid ſi dos.C.de ſacroſanct. eccleſijs.Salice.in.l.cum te.C.de dona. ante nup.nec obſtabit l.noſtra.ibi.*Que traxeren a colacion*.quia non bene ſequitur,dos cõfertur,ergo eſt traddita poteſt enim conferri actio ad dotẽ petendam.
12 ¶Minus etiã obſtat Bar.doctri.in.d.l. iubemus.quia loquitur in ſtatuto ꝙ preciſſe requirit dotis tradditionem, vnde non extẽditur ad promiſſam niſi quãdo per patrẽ ſtetit quo minus ſoluta eſſet, ſic ſe ipſum explicat.Bar.d.cõſi.133. & intelligit Alex.in.d.§.ſi quis in debitã. nu.7.Caſtren.in.d.l. iubemus.2.§.ſane. nu.3.&.4.de ſacroſanctis eccleſijs.

13 Aut enim matrimonium contractum fuit per verba de præſenti, non tamẽ feſtiuitas nuptiarũ celebrata, neq; tradductio facta ad domũ,& in hac ſpecie videtur dicendũ quod.l.non extendatur ad dotem promiſſam, ex Abbate notãter cõſi.1.omniũ ſuorũ conſiliorũ,& facit Baldus in.l.non ſine.in prin.C.de bonis quæ lib.& in.l.deo nobis.nu. 6. de epiſcop.& clericis. Et in authen.dos data.C.de donat.ante nupt.& ſequitur late Abbas in.c.tertio loco.nu.5. de præſumpt.& in.c.ſi inter virũ.n.2.ad fin.de ſpõſalibus & in.c. ex publico.nu.7.de conuerſione coniugatorũ Mateſil.notabili 74.incipit nota ſtatũ Hypolitus ſingul.106.incipit qui de proximo eſt cingendus. ¶Contrariã tamẽ ſententiã exi 14
ſtimo veriorẽ in ſpecie noſtræ.l.quæ nõ fundatur in ſolẽnitate nuptiarũ,neq; traductione vxoris ad domũ,ſed in ſola dotis promiſsione per ſolẽnem ſtipulationem,per quam remanet pater obligatus ex toto tit.C.de dotis promiſ.l.vnic.C. de rei vxoriæ actione & per cõſequens iam dos illa & actio dotis abſceſsit a patrimonio patris.l.ſubſignatũ.§ bona de verb. ſig.ſi.n.l.iſta.fundaretur in ſolẽnitate nuptiarũ non idẽ diſponeret in qualibet alia donatione dicens.*Ni las otras donaciones*.quare hanc ſententiã ſummarie tenet Ciſuent.hic. quã confirmat alia dicentiũ ãppellatione vxoris ſponſam cõtineri.quã probant Bar.in.l.nihil ff.rerũ amotarũ.Paul.cõſi.23.ſuper primo quæſito.Roma.in.l.1.C.vnde vir & vxor.cõmunis.per Areti.in.§.fuerat inſtit.de actio.Alex.in.d.§.ſi quis indebitam.nu.8.& ſentit.Bal. ſibi cõtrarius in l.Sãcimus.in prin.C.de nup. idem Bal. & Angel.in.l.ſolet.ff.de hijs qui not.infamia Paul.in.d.l.ſi quis donatarius.§.ſi quis indebitã.nu. 4.vbi dicit. ꝙ tradditio ad domũ potius eſt cauſa impulſiua quam finalis latius Iaſſon in.l.non tantũ in prin.C.de legatis Ciſontan.hic.nu.2. ad medium.

Aut matrimoniũ fuit contractum per verba de futuro & videtur dicẽdum.l. hanc locum habere in dote tantum promiſſa.fauor.n.dotis recte ad hoc extenditur,vt probare conatur Ciſuẽ.h.nu.2. ſed hæc mihi nõ placet ſentẽtia.Imo credo veriorẽ contrariã,quia ſi nuptiæ ſecutæ non ſunt vel ſaltim matrimoniũ de præſenti contractũ ſtipulatio dotis non operatur vt ex ſtipulatu agi poſsit. ex

iure



iure cõſultõ.Paulo in.l.non enim. 38. & in.l. promittẽdo.42.ff.de iure dotiũ. *Imperator in.l.Sancimus.1.C.de nuptijs ibi.ſed ex quo vota dicit enim matrimonium de præſenti conditio impleta licet non per matrimonium de futuro*.Bartol. in.d.l.Sancimus,& in.l. titio centum.§. titio genero. numero.7.de conditio. & demonſtratio. Ex quo reprobatur Ciſuentes ſupra , & quidam modernus Ioannis Angulo.qui relatione Ciſontani contentus nihil aliud adducens, eius ſententiam ſequitur in tractatu de meliorationibus in.l.9.gloſ.3.in fin.

Finit.l.35.

# SEQVITVR explicatio ad l.26, Tauri,

## SVMMARIVM.

*Donatio â parente filio facta redducitur ad meliorationem tertij,& quinti, & quando lex ſit intelligenda per totam gloſ.remiſsiue.*

## gloſ.1,l,26.

QVæcunque donatio, filio apparente facta, in quantitatem tertij, & quinti,computari,taciteq; ex ea donatione patrem filio prælegatum fecisſe deducitur a lege de cuius intellectu & materia,vide Gregorium. gl.1.ad fin.in l.4.tit.15.par.6.Couar.in.c.Rainaldus §.2.num.8.de teſtamen. Menchaca lib. 1.de ſucceſ.creatione.in.l.quoniam.nu. 248. Mieres in tractatu maiorat. in princ.num.8.&.1.par.quæſt.15.nu.14 cum alijs.Molina lib.1.c.8.num.19.& hanc. l. ad longum explicuit ſub.l. 10. titul.6.lib.5.nouæ recopi.Matienço.& alter moder.Ioan.Angulo ſub titulo de meliorationibus in.l.10.per totam.

# Explicatio ad.l,27. Tauri.

LEx iſta diuiditur in duas partes principales,in prima dat facultatem inſtituendi ex tertio primogenium : cum vinculis & grauaminus ad libitum inſtituentis adijciendis,& eſt.ibi.*Y hazer en el dicho tercio los vinculos y ſummiſsiones y ſubſtituciones que quiſieren*.in ſecunda reſtringit eam parentis facultatem: vt ſubſtitutiones efficiat inter eius deſcendentes legitimos:ſeu illegitimos, aſcendentes,tranſuerſales,ſeu extraneos dans ſubſtitutioni formam præciſſam. & eſt in verſi.*Con tanto*.vſque ad finem l.vnde ad vtriuſque partis intelligentiã deueniamus.

## Prima pars,l,27.

## SVMMARIVM.

*Maioratus ex tertio bonorum inſtitui poteſt,ſicut ex facultate regia & eiſdem legibus regulatur,num.1.cum alijs.*

*Vtilitas publica verſatur in conſeruatione bonorum maioratus.num.2.*

*Facultas regia ad inſtituendum maioratum,omnibus eſt concedenda:tam nouilibus quam ignouilibus:num.3.per totum.*

*Iudei quando â dignitatibus repellantur. num.3.remiſsiue.*

*Maioratus ex tertio inſtitutus,fortior eſt & difficilius diſſoluitur quam qui ex facultate regia inſtituitur.num.4.*

*Licentia ad alienãda bona maioratus,ex tertio inſtituti, difficilius conceditur quam alterius:ex regia licentia. nu.5.*

 Bona

*Bona maioratus ex tertio inſtituti diffici lius confiſcantur, quam eius qui fit ex regia licentia. num.6.*

*Clauſula inſtitutoris: quod propter delictum bona nõ confiſcentur, fortior eſt in maioratu ex tertio, quam in eo, qui ex regia licentia inſtituitur. num.6.*

*Tertium bonorum an ſit legitima filiorũ. num.7.*

*Ordo noſtræ. l. an procedat in melioratione quin. num.8.*

*Ordo ſubſtitutionis noſtræ legis an ſit ſeruandus, in maioratu ex regia licẽtia inſtituto remiſsiue. num.9.*

*Grauamen adiectum in exceſſu tertij, an valeat vel in totum remoueatur. nu.10 per totum.*

*Intellectus ad. l.11. titul.4. par.6. nu.10.*

*Subſtitutio an poſsit fieri in contractu. num.11.*

*Conditio ſi ſine liberis: an ſubintelligatur in ſubſtitutione facta in contractu num.11.*

*Vincula & grauamina quæ inſtitutioni maioratus adijciũtur, perpetua ſunt hodie. num.12. & 13.*

*Maioratus perpetuus eſt, niſi aliud conſtet ex voluntate teſtatoris. numer.12. & 13.*

*Grauamina, & ſubſtitutiones, an poſt maioratus inſtitutionem, fieri poſsint: vel in ipſo actu inſtitutionis: fieri debeant. numero.14.*

## gloſs.1.l.27.

Y *Hazer en el dicho tertio los vinculos, y ſumiſsiones, y ſubſtitutiones q̃ quiſiere.* iunctis verbis ibi. *Et grauamen que quiſiere aſsi de reſtitucion como de fidei cõmiſſo.* in effectu probant verba. l. illud vulgare præceptum, quod paſsim in Hiſpania recipitur nempe ex tertio poſſe inſtitui primogenium, ſicut ex omnibus bonis parentis regia licentia inſtitueretur, & in eo primogenio ex tertio inſtituto, procederet omnia quæ in alijs ſuperioribus ſeruantur. Nempe repreſentatio, tranſlatio poſſeſsionis, prohibitio alienationis, cæteraq; maioratus naturæ propria, de quibus ad longum dicidum erit in. l. 40. vſque ad. l. 46. & pro conſtanti reſoluunt: Couarrub. lib.3. variarum. c.5. num. 6. Menchaca de ſucceſsionum creatio. lib.3. §.26. nu. 95. Peralta in rubr. de hæred. inſtituen. num.123. Molin. lib.1. c.1. numero. 25.

¶ Et originariam rationem, qua primo 3
genium inſtitui poteſt de tertio bonorũ eſſe publicã vtilitatem, quæ verſatur in conſeruatione familiarum & agnationum, & in eo quod bona conſeruentur perpetue vnita, atque indiuidua in perſonis primogenitorum, dixit poſt Montal. Mieres in tractatu maiorat. 1. part.
quæſt.1. num.9. ¶ Ex quo ipſe num. 2
12. & 13. in d. quæſt.1. infert, ad confirmationem opinionis dicentium, quibuſcũque perſonis (ignobilibus etiam) eſſe iuſte concedendam facultatem inſtituẽdi primogenium. Cum ſi ex tertio ipſum legitime inſtitui poſsit, nulla facta diſtinctione perſonarum, naſcente ex ea inſtitutione nobilitate: in deſcendentibus & cæteris omnibus conſanguineis, atque publica vtilitate, vt a noſtra. l. probatur, a fortiori inſtitui valeret autoritate regiæ licentiæ: ex omnibus bonis inſtituẽtis. Cum opulẽtior vtilitas publica atq; nobilitas naſcatur ex ea maioratus inſtitutione contra Peraltam in. l.3. §. qui fidei commiſſam, exiſtimantem temperãdum eſſe ordinem concedendi ſimilium facultatum quem ibidem Mieres intelligit. d. num. 13. in deſcendentibus a iudeis, Sarracenis, vel aliter ex ſanguine in fami naſcentibus: cuius reſtrictio iubari poſſet ex reſolutione Detij in. c. eam te. num. 6. de reſcriptis. Iaſſon in rubric. de iuſtitia & iure. Couar. in clement, ſi furioſus de homicid. 1. par. §.2. num. 7. & 8. Auenda. de exequend. 1. par. c.19. nu.20.



nu.20. Otalora de nobilitate. 2. part.3. partis. c.7. per totum. vbi explicant quãdo iudei ad honores, collegia, & officia
4 publica admittãtur. ¶ Imo vt aliqui exiſtimauerunt, maioratus ex tertio inſtitutus, firmior eſt, quam qui ex omnibus bonis, & facultate regia inſtituitur, cum vnum ex gratia atque libera inſtituentis voluntate, alterum ex priuilegio iuris pendeat argumento. l. eius militis. §. militia miſſus. ff. de melitari teſtam. l. aſsiduis iuncta gloſ. C. qui potiores in
5 pignore habeantur. ¶ Ex quo difficilius conceditur licẽtia ad alienãdum, bona maioratus, ex tertio inſtituti: quam ex regia facultate conditi cum alterum iure communi alterum vero ex priuilegio inſtituatur, vt reſoluunt Couarrub. lib.3. variarum. c.6. nu.1. & 9. Burgos de Paz in prohemio legum Tauri. nu. 327. quaſi princeps facilius poſsit reuocare priuilegium, ſeu facultatem, quæ impediret alienationem bonorum, quã inſtituentium prohibitiones mutare ex Couar. & Burgos de Paz ſupra, & aduertunt Furtunius Gartia in. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. col.137. de liberis & poſth. Menchaca de ſucceſs. creatione. lib.1. §.1. num.29. Molina de primoge.
6 lib.1. c.8. num. 31. ¶ Secundo, ex eo deducitur quod quamuis bona maioratus: licentia regia inſtituti, propter delictum commiſſum (ex his quæ ſolent in facultatibus excipi) confiſcentur, cum vtendo ea licentia aprobauerit eam inſtituens. Vt bene probauit Molin. lib.4 c.11. num.63. cum alijs, in tantum quod ea confiſcatio caſu quo iuſte fiat, non poſsit ab inſtituente impediri: ex clauſula ſolita apponi quod ſtatim cõmiſſo delicto: bona ad ſequẽtem ſucceſſorem transferantur, cum foret ius fiſco acquiſitum auferre, contra tex. in. l. filius familias. §. diui. ibi. *Neque fiſco fraudeſſe.* de legat.1. vbi notat Ripa num.42. Molin. lib.2. c.12. num. 57. in maioratu tamen ex tertio inſtituto. non ſic eſt dicendũ ſed propter quodcunque delictum, a poſſeſſore commiſſum, non erunt eiuſdem maioratus bona confiſcãda: in preiuditium ſubſtituti, ex. l. imperator. ff. de fidei cõmiſſarijs liber. l. Statius Florus. §. Cornelio fælici. ff. de iure fiſci. & in materia maioratus probant. dd. in. c. licet de voto. Antonius Gomez in. l. 40. Tauri. num.91. Gregorius in. l.6. tit.11. par. 6. verbo. *Que la non pudieſſe.* & late Molina lib.4. c.11. ex num.1. etiam ſi crimina grauiſsima ſint: ſcilicet leſæ maieſtatis diuinæ, vel humanæ. ex. l. eorum ad legem Iul. maie. l. iura libertorum. ff. de iure patronat. & probatur in. c. fælicis. §. ſi qua vero fæuda. de pænis in.6. & a contrario ſenſu id probat. l.3. tit.2. par.7. ibi. *Si ſu heredero.* & cõprobant late Segura. in. l. co hæredi. §. cum filiæ. de vulgari. Gomez, & Gregorius ſupra Tellus hic, & Molin. nu.34. in. d. c.11. Sarmiẽto. lib.3. ſelect. c.4. nu.5. in tantũ quod clauſula ſupradicta, ſcilicet quod ſtatim commiſſo delicto bona ad ſequẽtem ſucceſſorem transferantur operetur vt commoditas & vſusfructus maioratus, etiam per vitam delinquentis non confiſcẽtur, quod alias præcipiebat tex. in. d. §. Cornelio fælici. & traddunt Gomez in. l.40. d. num.91. Molina. d. c.11. num.16. Sarmiento. d. lib.3. c. 4. nu. 5.
¶ Erit tamen aduertẽdum: dum. l. dicit. 7
*En el tertio.* id ex eo veriſsime procedere, quia licet tertium ſit legitima filiorũ, reſpectu extraneorum, eſt tamen voluntaria quo ad electionẽ. Cum pater quem voluerit ex filijs poſsit meliorare, vel in eo primogenium inſtituere, vt ſatis notum eſt, & aduertunt ex noſtratibus Lupus. in. l.19. num.5. & in. l.23. nu.1. & 3. Segura in. l. vnum ex familia. §. ſed ſi ſi fundum. num.49. de legat.2. & aliquos referens ſequitur Matienço. in. l.1. tit. 6. lib.5. nouæ recopil. gloſ.2. per totam, & in. l.2. gloſ.2. num.3. & ideo nimirum, ſi poſsint grauamina, ſubſtitutiones ſeu conditiones, inſtitutioni maioratus, ex

8 tertio adijci. ¶ Secundo etiam ex di
ctis verbis.*Enel tertio*.deducitur quod
ſi melioratio, ſeu maioratus, fieret ex
quinto,non teneretur pater ſeruare or-
dinem legis in ſubſtitutionibus,ſeu gra
uaminibus,eidem adiectis.a ceſſante ra
tione eius conſtitutionis,cum vera ratio
decidendi ſit tertium eſſe legitimam filio
rum:reſpectu extraneorum.& ideo de
bere ſubſtitui deſcendẽtes vel proximio
resconſanguineos teſtãtis.Ita aduertunt
Gomez Arias in.l.25.num.18.Tellus,
num.3.& omnes hic. ¶ Tertio ex eiſ
9 dem verbis infertur ad maioratũ ex re-
gia licentia,& omnibus bonis teſtantis
inſtitutum, vt in eo lex non procedat,
neque forma ſubſtitutionis neceſſario
ſit ſeruanda.Sed ad libitum poſsit inſti
tuens formare ſubſtitutiones,vt elegan-
ter dicendum erit in.l.40.Tauri.glo.1.
10 ¶ Intellige tamen omnia ſupradicta,
dũmodo tertium relictum ſit,titulo par
ticulari,tanquam diſtinctum a legitima:
vt quia filius in tertio bonorũ ſpecificẽ
melioratur: vel ex eo in fauorem eius,
maioratus inſtituitur. quia tunc ſeruan-
da erit forma noſtræ conſtitutionis.Sin
vero inſtituatur in maiori parte quã le-
gitima, ita ꝙ in exceſſu videatur melio
ratus,& grauamen reſtitutionis,vel ſub
ſtitutionis,adiectum ſit,eſt elegantis du-
bitationis,an in exceſſu ſubſtineatur,ex
l.Sancimus.§.cum autem. C. de inoffi-
cioſo teſtam. vel ab exceſſu etiam ſum-
moueatur,ex ſingulari tex.in.l.11.titul.
4.parti.6. quæ ſimile grauamen omni-
no reijcit,non ſolum a legitima, ſed ab
exceſſu,& in hac dubitatione(quã ele-
gantem dixerunt)noſtrates, diuerſo mo
do intelligẽdo.l.par. vt conſtat ex Sua
rez in.l.quoniam in prioribus.ſecunda
ampliatione per totam.C. de inofficio-
ſo teſtamento.Luſitanus Acoſta(qui du
ram & contra omnis iuris ſaporem le-
gẽ part. dixit)in.l. Gallus.§.& quid ſi
tantũ,pag.112 Peralta in.l.1.nu.10,de-
legat.2.Menchaca de ſucceſsion. crea-
tione.§.10.num.122.cum alijs, & num.
177.ita nouiter diſtinguẽdum exiſtimo.
Scilicet,quod ſi filius inſtituatur in ma-
iori parte quam fuit legitima,& graua-
men reſtitutionis, vel ſubſtitutionis, ſit
adiectum inſtitutioni procedat.d.l.par.
vt in totum remoueatur grauamẽ etiam
ab exceſſu legitimæ. Sin vero exceſſus
titulo particulari relictus ſit:vt quando
filius in tertio melioratur,vel ex eo in fa
uorem ipſius maioratus inſtituitur, va-
leant adijci grauamina ſecũdum formã
huius.l.cum tunc tertium non ſit legiti-
ma neceſſaria filiorum, vt ſupra dixi-
mus,qui quidem intellectus apertiſsi-
me probatur ex verbis.l. ibi. *En el ter-
cio de ſus bienes*. quæ de melioratione
tertij titulo particulari facta neceſſario
debent intelligi. ¶ quæ quidem facul 11
tas inſtituendi primogenium de tertio
ſeu adijciendi prælegato grauamina,&
ſubſtitutiones,etiam datur quãdo ſit ma
ioratus in contractu, tam ex verbis.l.
ibi.*O por contrato entre vivos*. quam ex
iuris communis receptis ſententijs, qui
bus ſubſtitutionem, libere poſſe fieri in
cõtractu deciditur.l.quoties.C. de do-
natio. quæ ſub modo.l.7.tit.2.p.5. ex-
plicant Paul.conſi.384.libr.1.Aymon
conſil.19.nu.8.&.9. Tellus hic. nu.1.
&.2.ſed an in ea melioratione in con-
tractu facta ſubintelligatur conditio ſi
ſine liberis,ita quod filij poſt eius con-
fectionem nati, ſubſtitutum excludant,
explicuerunt ad longum Tellus hic.
num.8.vſque ad num.10.Ioan. Matien
ço.in.l.11.tit.6.lib.5.nouæ recopilatio.
gloſ.4.num.7. vſque ad finem gloſſæ,
amplians id & reſtringẽs aliquibus mo
dis. ¶ Et huiuſmodi grauamina,voca- 12
tiones,aut ſubſtitutiones, prælegato ex
tertio adiectas: eſſe perpetuas ſatis con-
ſtat ex verbis.l.ibi.*Que valgan para ſiẽ-
pre*.quæ inducunt perpetuitatẽ omni ca
ſu, & omni tempore, vt ad longum di-
cendum erit in.l.40.Tauri.verbo. *De
manera que ſiempre*. & clarius ex ver-
bis.



bis.ibi. *Sin hazer differencia de quarta
ni quinta generacion*. quæ neceſſario
fuerunt adiecta in ſucceſsione huius ma
ioratus ad omnino tolẽdam difficulta-
tem,quæ in vinculis particularibus,plu
rimos coegit tenere, finiri in quarta ge-
neratione,ad inſtar fidei commiſsi,etiam
relicti ſubconditione, quod in familia
perpetuo maneret.fundantes hanc opi-
nionem in authentica de reſtitutione fi-
deicommiſ. §. nos igitur & eorum quæ
traddit Tellus hic.num. 17. quod cum
omnino repugnaret, tam naturæ ipſius
maioratus,quam menti inſtituentis,deſi
derantis perpetuitatem,conſtituit.l.no-
ſtra grauamen adiectum prælegatario,
perpetuum eſſe in infinitũ: abſque vlla
conſideratione,ſeu differentia, quartæ
ſeu quintæ generationis,& hanc eſſe de
cidendi rationem ad prædicta verba de
ducitur ex Tello.hic.num. 17. Mieres
in tractatu maioratus.2.par.quæſt.7.nu
mer.17.vſque ad fin.& quæſt.6. nu.72.
ad finem.&.4.par.quæſt.1.num.7. pro
pe fin.Molin.lib.1.c.4.num.30.qui in
d.lib.1.c.4.5.& alijs ex hac perpetuita
13 te ad plurima notatu digna infert. ¶ Et
antiquam differentiam quartæ ſeu quin
tæ generationis,tunc eſſe conſiderandã
conditores decreuerunt:quando inſtitu
tor vocationes reſtringeret. Aut aliter
ex eius mente conſtiterit voluiſſe vſque
ad certum gradum bona iure maiora-
tus deferri: & extra illum diuidua eſſe.
dum dicunt.*O por el tiempo que el teſta
dor declarare*, de quibus agit Mieres in
tractatu maioratus.4.part.quæſt.1. nu.
14 11.ad finem. ¶ Intellige tamen omnia
ſupradicta,vt tempore factæ melioratio
nis,ſeu inſtitutionis maioratus in conti-
nenti ſcilicet, in ipſo actu inſtitutionis
valeat adijci grauamen:non ex interua
lo.ex.l.perfecta donatio. C.de dona-
tionibus,quod indubitatum eſt,ſi melio
ratio ſeu maioratus,vno ex modis decõ
tentis in.l.17.&.44.harum legum irre
uocabiliter inſtituatur.Si vero in teſta-
mento vel in contractu reuocabili fierẽt,
poterit libere vſque ad mortẽ inſtituens
adijcere grauamina,cum & ipſum reuo
care in totum ſibi liceret, ex dictis legi-
bus.17.&.14. & ita reſoluunt Ciſonta.
hic.Gomez in.l. 17.num.22. Matienço
in.l.11.titu.6.lib.5.gloſ.3.num.2.vſque
ad fin. ¶ Idem in pacto de melioran- 15
do ſeu non meliorando reſoluit Mieres
in tractatu mai[illegible]s.1.par.quæſt. 66.
num.5.dicens l[illegible]e poſſe patrem, t[illegible]m
pore eius promiſsionis adijcere graua-
mina,& ſubſtitutiones,ad libitum.

# Secunda Pars, l,27,

## SVMMARVM.

*Subſtitutiones huius. l. an ſint preciſſe inter deſcendẽtes,aſcendentes & trãſuerſales late diſcutitur.numero.1.cum alijs,*

*Verbum poteſt quando inducat neceſſitatem.nu.2.&.3.nu.7.*

*Suſtitutio exemplaris qua forma fiat.numero.3.*

*Filij naturales,reſpectu patris,quãdo ſint capaces ſucceſsionis, & poſsint inſtitui,& ſint neceſſario inſtituendi. nu. 4.&.8.&.14.*

*Intellectus ad.l.10. Tauri.nu.4.&.n.8. et.14.*

*Deſcendẽtes de quibus in hac lege.an cõſiderentur reſpectu teſtatoris vel filij prælegatarij notanter diſcutitur. numero.9.*

*Deſcendentes de quibus in hac lege an ſint omnes ſimul ſubſtituendi, vel ſufficiat vnum tantum ſubſtitui. numero.10.*

*Fæminæ deſcendentes an poſsint excludi propter tranſuerſales.numer.10. ad finem.*

*Deſcendentes de quibus in hac.l.an debeant ſubſtitui abſque conſideratione maio-*

*maioris conſtitutionis.num.11.*

*Qualitas maioris coniunctionis:an conſideretur in ſucceſsione fidei commiſsi, ſeu maioratus.num.11.ad finem.*

*Subſtitutio vulgaris,an ſit formanda ſecundum ordinem noſtræ. l. vel extraneus poſsit dari ſubſtitutus.num.12.*

*Subſtitutio pupillaris an reguletur ſecundum hanc.l.vel poſsit dari ſubſtitutus extraneus.num.13.*

*Filius naturalis an matri ſuccedat in maioratu.num.14.*

*Intellectus ad.l. 6. Tauri. et conciliatio cum.l.10.num.14.prope finem.*

*Prælegatum,ſeu vinculum,ſi fundetur in filio naturali:an ſit ſeruandus ordo noſtræ.l.num.15.*

*Intellectus ad verba. l. ibi. y a falta dellos.numero.16.*

## gloſs.z.l.27.

1 AD ſecundam partem.l.accedendo quæ deducitur ex verbis eius ibi. *Cō tanto q̃ lo hagan entre ſus deſcendientes.* vſque ad finē.l. præſuppoſito quod in ea ordo preciſſus aſsignatur:quo maioratum inſtituens teneatur formare ſubſtitutiones, Summe neceſſarium eſt examinare, an is ordo ſit ſeruandus,non ſolum in ſubſtitutionibus deſcendentium, vt prælegatario deſcendentes ſint ſubſtituendi, ſed in reliquis ſubſtitutionibus deſcendentium illegitimorum,aſcendentium,& tranſuerſalium , vt ſimiliter debeant ſubſtitui filio prælegatario aſcendentes in defectum deſcendentium , & his deficientibus tranſuerſales,in qua dubitatione(quæ clauis totius materiæ eſt) Tellus noſter.hic.numer.2. per totum. vtranque parte diſputat. & finaliter reſoluit, formam a lege præſcriptā in omni ſubſtitutione deſcendentium,aſcendētium,& tranſuerſalium eſſe ſeruandam, dicens quod cum verba ibi. *Y que de otra manera no puedā poner grauamen alguno ni condicion en el dicho tertio.* ſint poſsita in fine.l. pariformiter referūtur ad vtramque ſubſtitutionē, deſcendentium illegitimorum, aſcendentium , & tranſuerſalium, licet ſtatim in genue fateatur huiuſmodi formæ ſubſtitutionis originariam rationem ignorare. quam opinionem contentus relatione ipſius Telli ſequitur Mieres in tractatu maioratus.2.par.quæſt.6.nume.25.& idem clarius antea probabit Ioannis Lupus ab eo non relatus hic.nu. 50.51.&.52. & Caſtellus in princ.omneſque id præſupponunt. ¶ In contrarium tamen 2 fortiter obſtant. verba eiuſdem. l. dum in.1.p.ibi. *Con tanto que los hagā entre ſus deſcēdientes.* loquitur inducens formam & neceſsitatem ſubſtituendi deſcēdentes,& ſtatim dum dicit. *Y a falta dellos que los puedan hazer entre ſus deſcēdientes illegitimos.* voluntarie dat facultatem ſubſtituendi eos,nō neceſſarie ex natura verbi. *Pueda,* quod non inducit neceſsitatem ex vulgata regula. l. non quicquid.ff. de iudicijs. ¶ Secundo, 3 contra prædictam opinionem conſidera, quod omnes vocationes noſtræ. l. ad ſimilitudinem earum quæ in exēplari ſubſtitutione formātur fieri:dicunt noſtrates hic,& aduertit Molin.lib.2.c.11 num.13.ſed in exemplari ſubſtitutione: certiſsimum videtur vltra deſcendentes legitimos nō induci a lege neceſsitatem ſubſtituendi alios,vt conſtat ex.l.humanitatis.C.de impuberum,& ex. l.11. tit. 5.par.6.ibi. *E ſi alguno deſtos no huuiere eſtōce, le pueda dar ſubſtituto a ſu hermano.* ergo ſimiliter eſt fatendum , vltra primum caſum deſcendentium,a noſtra l.expreſſum,non induci neceſsitatē ſubſtituendi eos de quibus meminerat ; ſed quod voluntarie dederit facultatem teſtatori formandi ex ipſis ſubſtitutiones. ¶ Tertio, ex eo ſuadetur , quia verba 4 noſtræ.l. ibi. *Y a falta dellos que los puedan hezer entre ſus deſcendientes illegitimos q̃ ayā derecho de les poder heredar.* neceſſa



neceſſario ſunt verificanda in filijs naturalibus reſpectu patris , qui ius habent ſuccedendi,ſuperſtitibus aſcendentibus vt omnes hic præſupponunt,ſed hij filij naturales reſpectu patris non ſunt neceſſarij:ſed voluntarie patri ſuccedunt, deſcendentibus ſtantibus , vt conſtat ex.l.10.ibi. *Pero ſi el tal hijo fuere natural,y el padre no tuuiere hijos o deſcēndientes legitimos,mādamos que el padre le pueda mandar juſtamente de ſus bienes todo lo que quiſiere,aunque tenga aſcendientes legitimos.* Ergo dum.l.noſtra præfert filios naturales aſcendentibus teſtatoris,ſub illis verbis. *Y a falta dellos que lo puedan hazer entre ſus deſcendiē tes illegitimos que ayan derecho de les poder heredar.* intelligenda eſt voluntarie ſcilicet,quod poſsit pater filio prælegatario ſubſtituere in tertio naturales,etiā ſtantibus aſcendentibus: ſicut antea eos inſtituere poterat,ex.l.10.non tamen q̃ preciſſe eorum ſubſtitutionem efficere teneatur contra expreſſam conſtitutionem.d.l.10.intelligēdo ſic verba noſtræ l.ibi. *Que ayan derecho de les poder heredar.* vt ſcilicet de illegitimis qui volēte patre ius ſuccedendi haberent , ſint

5 accipiēda. ¶ Quarto, ea ſententia,fortiſsime ſuadetur ex eo quod ſi verba. l. ibi. *Sus deſcendientes,* & ibi. *Sus aſcendientes,* & ibi. *Sus tranſuerſales.* de deſcentibus, aſcendentibus ſeu tranſuerſalibus filij prælegatarij ſunt neceeſſario intelligenda,vt infra bene probandū erit, clariſsimum eſt,quod reſpectu teſtatoris hij omnes neceſſarij hæredes non ſunt , vt eos teneatur preciſſe ſubſtituere.

6 Sed licet fortiſsimæ ſint prædictæ obiectiones aduerſus Telli & aliorum intellectum,veriſsimam,credo eorū ſententiam,& formam preciſſam a lege aſſignari,qua maioratum inſtituens: teneatur ordinare ſubſtitutiones,ex ea fortiſſima ratione,quod cum tertium ſit legitima filiorum reſpectu extraneorum,& directe nō poſsit pater ſuperſtitibus deſcendentibus,id extraneo ſeu tranſuerſali relinquere, nec etiā valeret in directe id efficere per tertiam perſonam.grauādo ſcilicet filium de reſtituendo extraneo,ſed preciſſe teneretur (caſu quo tertium reſtitui iubeat ) ſubſtituere proximiores ad quos filius prælegatarius ab inteſtato decederet bona venirent , & hæc fuit originaria ratio decidendi ad legem , quam non inueniſſe Tellus fatetur.

Qua veritate retenta, nō obſtant fundamenta in contrarium adducta , quia primo & ſecundo de verbis noſtræ. l. & de legibus humanitatis,atque partitæ dum voluntarie dant facultatem ſubſtituendi aſcendentes vel tranſuerſales, loquendo pet verbum poteſt:facile reſpōdetur,quod licet.l.noſtra in eiſdem ſubſtitutionibus aſcendentium & tranſuerſalium loquatur per verbum. *Puedan.* cum tamē in fine adijecerit poſt omnes caſus ſubſtitutionis. *Y que de otra manera no puedan poner grauamen alguno ni condicion en el dicho tercio.* intelligitur feciſſe ſubſtitutiones neceſſarias, maxime quia quotiens verbum, poteſt, affirmatiue profertur a lege, & in perſonam agentis dirigitur reſpicit potentiam deductam ad actum , & cauſatiue inducit neccesſitatem , ex reſolutione. l. Gallus. in princ. de liberis , & poſthum. vbi ſi potentiam inſtituendi poſthumos,teſtatores ad actum voluerint deducere,neceſſe habebunt eos inſtituere,licet non preciſſe cauſatiue tamen,vt ſcilicet, teſtamentum non poſsit rumpi,vbi Bart.nu.4.id aduertit Iaſſon numer.16.& probat tex ſingularis, vbi Bar.num.1.in.l.3.§.ſi quis ſic acceperit. ff.de ſtatu liberis.tex.etiam vbi Bartol. num.4.in.l.ſi quis apud.§.ſi reus.ff. iudicatum ſolui.l.ſæpe de offic. præſidis. l.ſitibi.§.fin ff.mandati, ſubtiliter Soccinus,conſi.351. colum.13.Bald.in.l.1. num.19.C.qui admiti , & plures refe-

rens

rens cardinalis Aluanus.in.l.Gallus in
princ.num.2.de liberis & poſthum. &
bene ad id facit.l.ordinamenti de los te
ſtamẽtos,quæ refertur a.l.3.Tauri.ibi.
*Si alguno ordenare ſu teſtamẽto.*quæ li-
cet voluntari loquatur quantum ad
actum teſtandi. Cauſatiue tamen indu-
cit neceſsitatem ordinandi teſtamentũ
ſecundum formam in ea præſcriptam,
quaſi(ſecũdum hanc interpretationem)
verba noſtræ.l.ibi. *Y a falta dellos que
lo puedan hazer.* proprie ſignificent,
quod ſi forſam ad actum deduxerit pa
ter,filium in tertio meliorare, & eidem
grauamen reſtitutionis adijcere libere
id efficiat,dummodo enumerati in ea.l.
ſubſtituantur,referendo verbum. *Que
lo puedan hazer.*ad actum ſubſtituendi
& grauandi,&regulando ipſum actum
ex verbo.*Con tanto.*vt iunctaverba illa
dicant. *Que lo puedan hazer con tanto.*
qui verus intellectus ex princ. ipſius.l.
iterum deducitur,dum aſsignans regu-
lam qua grauamen in tertio permittit:
his verbis:*Que le pueda poner el graua-
mẽ que quiſiere.*ſtatim ſubdit.*Con tanto.*
dando formam adiectioni grauaminis,
vt ita verba illa.*Y a falta dellos q̃ lo pue-
dan hazer.*quæ ad actum grauandi refe
runtur,ſimiliter ſint intelligenda, & re-
ſtringẽda, ex verbo ſequenti.*Con tanto*
vt cauſatiue inducant neceſsitatem ordi
8 nem.l.cuſtodiendi. ¶ Secũdo,minus
obſtat dicere quod cum.l. noſtra illegi
timos deſcendentes præferat aſcenden-
tibus,& ſic intelligatur reſpectu patris
in naturalibus(qui ſecundum.l.10. vo-
luntarij hæredes patris ſunt) neceſſa-
rio eſt intelligenda,vt non ſint præciſſe
ſubſtituendi,ſed voluntarie ad libitũ pa
tris,quia facile reſpondetur id fundamẽ
tum retorqueri,in confirmationem no-
ſtræ opinionis. Si enim.l. ſciens natu-
rales eſſe voluntarios reſpectu patris.
ex.d.l.10.& idem ſentiens.ibi.*Que ayã
derecho de les poder heredar.* ſecundum
communem intellectum, nihilominus
conſtituit ſubſtitutionem aliter factam
quam ſecundum formam in ea præſcri
ptam,eſſe nullam,vt conſtat.ibi. *Y q̃ de
otra manera.*iunctis verbis. *Con tanto.*
aperte potentiam in neceſsitatem con-
uertit,vt ſint illegitimi neceſſario ſubſti
tuendi,quaſi.l.apertius diceret.*Los hijos
illegitimos,y que ayan derecho de les po-
der heredar.* ſint neceſſario ſubſtituen-
di, & conſequenter naturales reſpectu
patris,cũ de naturalib. ſeu in legitimis,
reſpectu matris,id antea a.l.9.conſtitu
tum fuiſſet.Aliter etiam & ingenioſe po
terat reſponderi, quod dum.l. dicit.
*Que ayan derecho de les poder heredar.*
intelligatur,ex teſtamento,& abinteſta-
to,tanquam neceſſarij,vt filij reſpectu
matris, vt ſic lex conſtituat eos debere
a matre filio prælegatario ſubſtitui, tan
quam neceſſarios heredes, confirman
do in hoc conſtitutionem.l. 9. non tã-
men vt idem noſtra.l.conſtituat in natu
ralibus reſpectu patris, qui non ſunt ei
neceſſarij hæredes,ſed quod in eis ſer-
uetur conſtitutio.l.10. vt ſic euitetur le-
gum correctio, quaſi lex dederit patri
& matri facultatem ſubſtituendi vnicui
que ſcilicet ſecundum iuris communis
regulas vt matri ſit neceſſaria ſubſtitu-
tio ex.l.9. patri vero volũtaria.ex.l.10.
¶ Quarto,minus obſtat dicere, ꝙ cũ 9
verba.ibi.*Sus deſcẽdientes.* & ibi.*Sus aſ
cẽdientes.*ad prælegatarium ſint referen
da,non poterunt reſpectu teſtatoris nũ
cupari neceſſarij,quia ad veram ſatiſ-
factionem ſumme conueniens erit exa-
minare,an ſit verum præſuppoſitũ,fun-
damenti ſcilicet an verba illa. *Sus deſcẽ
diẽtes.*& illa.*Sus aſcẽdientes.*intelligan-
tur de deſcẽdẽtibus filij prælegatarij vel
teſtatoris, & omiſsis conſiderationi-
bus quæ deduci a lege poterant, ſecure
crederem,verba prædicta eſſe referen
da ad filios,ſeu deſcendentes,prælegata
rij non teſtatoris, quia ſi tertium poſt-
quam in eo filius eligitur efficitur eius
proprium patrimonium, & ſubſtantia,
iuſtius



iuſtius eſſet eius filios ſubſtitui debe-
re quam fratres ipſius filij ſcilicet teſtato
ris, & reſpectu inſtituti tranſuerſales,
ne ſequeretur iniquitas & abſurdum.
nempe quod in maioratu ex tertio inſti
tuto,non admitteretur filius primi inſti
tuti:ſed frater eius tranſuerſalis: contra
naturam eius ſucceſsionis,quæ filios pri
mi inſtituti ſemper & vbiq; patruis præ
tulit.Vt dicendum erit in.l.40.per totã.
& hoc apertiſsime probatur ex ſimilitu
dine quam de ſubſtitutione exemplari
ad noſtram,omnes fecerunt, in qua deſ
centes conſiderantur reſpectu primi in
ſtituti mentecapti. vt conſtat ex.l.huma
nitatis.C.de impuber.ibi.*Non liceat pa-
renti,qui vel quæ teſtatur alios quam ex
eo deſcendentes vnum vel certos vel om-
nes ſubſtituere.*& clarius probatur in.§.
ſequenti dum dicit. *Sin vero etiam libe-
ri teſtatori vel teſtatrici ſint ſapientes ex
his vero perſonis quæ mentecaptæ ſunt
nullus deſcendat ad fratres eorum vnum
vel certos vel omnes eandem fieri ſubſti-
tutionem oportet.*vbi aperte conſtituitur
prius ſubſtituendos eſſe filios mentecap
ti quam fratres eius,filios ſcilicet teſtato
ris, & apertius id conſtat ex.l.11.titu.5.
par.6.ibi. *Pero ſi el loco a quien dan el
ſubſtituto huuiere hijo o nieto,o alguno de
los otros que deſcienden por derecha linea
del,deuenlos ſubſtituir en ſu lugar,y non
otros:y ſi alguno deſtos nõ huuiere,ẽtonce le deuen dar ſubſtituto a ſu hermano.*
quæ clariſsime decidit hanc controuer
ſiam,etſi diligenter conſiderentur ver-
ba noſtræ.l.ex ipſis clare deducitur re-
ferendo illa.*Sus deſcendiẽtes.* ad filium
prælegatarium de quo paululum antea
lex meminerat,vt ſic ad proxime præ-
cedentia,& non ad remota,ſcilicet ad te
ſtãtes,de quibus in princ.l. mentionem
fecerat,referantur,quod ſecure tenendo
libenter reprobamus Tellum qui hic.
nu.7.intelligit ea verba de deſcendenti
bus teſtatoris,dicens id fieri ad ſimilitu
dinem exemplaris, non conſiderans cõ
trarium omnino in exemplari deciſſum
eſſe,in.d.l.humanitatis & partitæ & mi
randum eſt de ipſo Tello,qui paulo an
tea.num.5.inducit pro noſtra opinione
d.l.humanitatis,& tacite ſentit, contra-
rium eius quod poſtea,num.7.dixit re-
probamus etiam Matienço, qui conten
tus relatione Telli idem fatetur in.l.11.
titu.6.lib.5.nouæ recopil.gloſ.4.nu.5.
qua veritate retenta,reſpõdetur ad fina
le fundamentum huius dubitationis,ſci-
licet quod licet verba illa.*Sus deſcendiẽ
tes.*ad deſcendentes filij prælegatarij re
ferantur.non inde ſequitur,non eſſe for
malem ordinem legis,cum reſpectu eo-
rum deſcendentium, ſcilicet prælegata-
rij,formalis ſit.

Quo quidem ſic explicato, ad ſubſti 10
tutionem.l.ſpecialiter deueniẽdo, in pri
ma deſcẽdentium,dixerunt Tellus hic.
num.5.non eſſe neceſſarium quod om
nes ſubſtituantur: ſed ſufficere ꝙ vnius
tantum fiat ſubſtitutio,referendo ad id.
l.10.19.&.21.harum legum.&.l. huma
nitatis,& ex eiſdẽ fundamẽtis quaſi ad
literam,Matienço in.l.11.titu. 6. lib. 5.
gloſ.4.num.3.& non referens Tellum
Mieres in tractatu maiorat.2.par.quæ.
6.num.25. ad fin.ex verbis.l.quæ ad id
nihil efficiunt, quorum ſententiam pro
nunc veram non exiſtimo, imo credo
ex.l.noſtra dum dicit.*Entre ſus deſcen-
dientes.*omnes deſcentes ſimul meliora-
ti ſucceſsiue,vnus poſt alium eſſe neceſ
ſario ſubſtituendos, alias ſubſtitutio nõ
diceretur fieri inter deſcendentes ſed ex
vno ex deſcentibus, & idem probatur
in.l.11.titu.5.par.6.ibi.*Deuenlos ſubſt
tuyr en ſu lugar e non otros.* quæ leges
ſingulari numero contẽtæ non ſunt,imo
omnes deſcendẽtes eiuſdem lineæ com-
prehendunt, maxime cum eadem ratio
ſubſtituendi detur reſpectu vnius quæ
verſatur reſpectu alterius,idque dedu-
citur ex ipſa natura ſucceſsionis maio-
ratus atque communi vſu ſubſtituendi,
dicitur enim communiter in ſimilibus
ſubſti-

ſubſtitutionibus,inſtituo primogenitum
& eidem ſubſtituo ſecundo genitũ,atq;
ſic deinceps vnde ipſe Tellus poſtea.
numer.17.infert ad vnum quod fatetur
notabile & alibi non reperiri. ſcilicet,ꝙ
dum ſupereſſent deſcendentes, ſiue maſ
culi,ſiue fæminæ,non debet fieri tranſi-
tus ad tranſuerſales,ſeu ad alias ſubſtitu
tiones huius.l.dicens, ita tenuiſſe Go-
mez Arias hic.num. 59. & idem tenet
Mieres in tractatu maioratus. 2. parte.
d.quæſt.6.num.25.per totum, ex quo-
rum reſolutione conſtat contra eoſdem
ſupradict. veriorem eſſe noſtram ſen-
tentiam.

11 Secundo, in hac ſubſtitutione deſcen
dentium legitimorum aduertendum eſt
quod inter eos non conſideratur quali
tas maioris coniũctionis, ſcilicet an ſint
ex vno vel vtroque latere coniuncti,
quia cum ſolum qualitas deſcendentiæ
legitimæ expreſſa ſit,& vterini ſint legi
timi deſcendentes,licet non æqualẽ con
iunctionem habeant,inter eos poſſe for
mari ſubſtitutiones conſtat,vt poſt Tel
lum hic.nume.6.&.7.aduertit Matien-
ço in.d.l.11.titul.6.lib.5.gloſ.4.nu. 4.
& in ſubſtitutione exemplari probaue-
runt ex Bar.in.l.ex facto.numer.32. de
vulgari.Alexand.ibi.nu.44.Ripa. 88.
Corneus.36.Benedi. in.c. Rainuntius.
verbo,ſi abſque liberis.Secundo,in ma
materia ſubſtitutionis exẽplaris nu. 31.
Atque ex eo iuſtificatur quod in ſucceſ
ſione fidei commiſsi ſeu maioratus, vbi
non patri ſed teſtatori ſucceditur, non
conſideratur qualitas maioris coniun-
ctionis ſed proximior vltimo morienti
abſque vlla conſideratione eius qualita
tis admittitur extraditis a Gregorio in
quadam ſubſtitutione fidei commiſſaria
in.l.5.titul.13.parti.6.gloſ.fin.& dedu-
citur a cap.1.de gradibus ſucceſsio.vbi
Bald.& ipſe.in.l.1.C.de legitim.hæred.
& poſt Alexand.conſi.14.nu.9. lib.5.
& Cor.reſoluit bene Mieres in tractatu
maiorat.2.par.quæſt.7.nu.7.vbi remiſ-
ſiue agit de intellectu.d.c.1.

Tertio,notatur in ea ſubſtitutione deſ 12
cendentium legitimorum,quod quam-
uis de iuri communi dubitatiſsimũ eſſet
an filio poſſet in legitima dari ſubſtitu-
tus vulgaris extraneus, qui ſuccederet
in caſu nolluntatis ſeu impotentiæ, vel
neceſſario eſſent ſubſtituendi legitimi
hæredes abinteſtato, nempe reliqui deſ
cendẽtes ſeu aſcẽdẽtes teſtatoris,vt vide
re eſt per Gomezium.1.tom. variarum
cap.3.ex num.17.Segura in.l.cohæredi
§.cum filiæ.num.97.&.98.de vulgari,
Suarez in.l.quoniam.limitat.3.&.4.C.
de inofficioſo teſtamẽto. Menchaca de
ſucceſsionum creatione.lib.1.§.10. nu.
412.cum præcedentibus & ſequentib.
Acoſta in.c.ſi pater.2.par.verb.debitæ
num.4.&. 5. ea tamen dubitatio hodie
per hanc.l.ſummouetur, dum non ſolũ
a vera portione legitimæ reijcit ſimile
grauamen ſubſtitutionis,ſed a prælega-
to tertij (quod filiorum legitima eſt reſ
pectu extraneorum)confirmãdo in hoc
veriorem ſentẽtiam dicentium, etiam in
vulgari ſubſtitutione reſpectu legitimæ
filiorum,non poſſe dari ſubſtitutum ex
traneum,& ita in ſpecie noſtræ. l. ſentit
Gomez.d.c.3.num.22.contra Seguram
in.d.§.cum filiæ.numer.88.&.106.qui
male conſiderans mentem.l.contrarium
exiſtimauit quod verũ credimus quã-
uis Ciſonta.hic.num.4. per relationem
ad Seguram idem cum eo videatur te-
nuiſſe, & ita Gome. ſequitur Acoſta,
in.d.c.ſi pater.2.par.verb.debitæ.nu.5.
de teſtam.in.6. ¶Quarto,ſingulariter 13
notatur quod cum pater teneatur filio
prælegatario ſubſtituere eius deſcendẽ-
tes,& is ordo ſit formalis, non poterit
etiam dare pupillo ſubſtitutum pupilla
rem extraneum, ſed ex aſcendentibus
eius,aut tranſuerſalibus,teneretur vnum
ſubſtituere,cum verba.l ibi.*Y hazer la
ſubſtitucion que quiſiere.* ita generalia
ſint quod pupillarem comprehendant,
quod mihi veriſsimum eſt,licet in con-
trarium



trarium fortiter vrgeat authoritas Go-
mezij.1.tom.variarũ.c.3.nu.22. Acoſta
in.d.c.ſi pater.verb.debitæ.nu.5. Mie-
res in tract.maiora.1.p.q.71.nu.3.Quo
rum fundamentũ eſt,quia per pupillarẽ
ſuccedit pupillo & non patri,qui diſ
poſuit,mihi quidẽ ſatis impertinens,for
ſam ex defectu intellectus mei, videtur
quid.n.habet cõmune patri vel filio ſuc
cedere cũ neceſsitate ſeruãdi ordinẽ le
gis ſi.n. pater qui primogeniũ ex tertio
inſtituit præciſſe debet formã.l. ſeruare
in omni ſubſtitutione, negari nõ poteſt
ſub ea generalitate cõprehendi vulgarẽ
& pupillarẽ,poſſent tamẽ Gomezius &
Acoſta ſaluari, quãdo ex tertio non fit
primogeniũ,ſed ſimpliciter melioratio,
quia cũ tunc pupillo ſuccedatur,& poſt
quam filius tertiũ acquiſiuit potuiſſet de
eo ad libitũ diſponere,neq; vlla perpe-
tua ſubſtitutio fiat,nimirũ ſi detur ſub-
ſtitutus extraneus,ſicut ante ipſam.l.da-
batur,etiam ad excluſsionẽ aſcendentiũ
ex.l.Papinianus.§. ſed neque impube-
ris.ff.de inofficioſo teſtamento.

14 Secundo, & principaliter acceden
do ad ſubſtitutiones deſcẽdentium illegi
timorũ de quibus ibi. *Y a falta dellos q̃
lo puedan hazer entre ſus deſcendientes
illegitimos q̃ ayan derecho de los poder
heredar.* omnes præſupponunt intelligi
ea verba in filijs naturalibusqui ſunt ca
paces ſucceſ.patris, vt probant Tellus
hic.nu.11.Matiẽ.in.l.11.tit.6.lib.5.gl.5.
per totam,atq; omnes ſecure præſuppo
nunt, in quo tamen aduertendum eſt ꝙ
reſpectu matris,ſecurius quam reſpectu
patris,id ſubſtinetur,quia naturales ſunt
matri neceſſarij hæredes ex teſtamen-
to,& abinteſtato,etiam legitimis aſcen-
dentibus ſuperſtitibus. Vnde nimirum
ſi debeant ſubſtitui,cum non ſolum ha-
beant capacitatem ſuccedendi, ſed ma-
ter neceſsitatem eos inſtituendi,ex quo
videbatur non habuiſſe legem reſpectu
matris rationem dubitandi, ſed ad huc
diligenter conſiderando quæ mouere
potuit conditores credimus eos coegiſ-
ſe controuerſiam dubitantium,an natu-
rales matri ſuccederent in maioratu,in
qua non ſuccedere plures tenuerunt:
ex natura ſucceſsionis quæ nobilior eſt
quam diuidua, vt aduertit Iſernia in.§.
naturales,ſi de feudo fuerit controuer-
ſia, quem contra Gregorium ſequitur
Mieres in tractatu maiorat.2.par.quæ-
ſtione.2.numer.5. ad fin.ſed quia hæc
fuit controuerſa & preiuditialis dubi-
tatio, a noſtra. l. deciditur quæ conſti-
tuit in maioratu ex tertio eſſe ſubſtituen
dum naturalem matri, & hanc credo
fuiſſe rationem decidendi. In patre ta-
men duriſsimum eſt efficere legem nec
ceſſarios in ſubſtitutione quos ſtanti-
bus aſcendentibus voluntarios fecerat
in ſubſtitutione ex.l.10.Tauri, & ideo
videbatur dicendum non eſſe a patre
naturales neceſſario ſubſtituendos,ſed
hoc legem reliquiſſe in diſpoſitione iu-
ris cõmunis,ſed quia eius ordo formalis
eſt,& conſequenter ſub illis verbis. *Que
ayan derecho de los poder heredar.* natu-
rales qui antea voluntarij hæredes erant
ex.l.10.neceſſarios facit.dicendum eſt
etiam a patre eſſe ſubſtituendos, in quo
rigurosa videtur quia non ſolum obſtat
voluntaria electio.d.l.10.Tauri, ſed &
conſtitutio.l.6.qua teſtator etiam ſi ha-
beret aſcendentes poterat ad libitum
diſponere de tertio inter extraneos,ſed
retenta hac neceſsitate patris & matris
ijs duabus difficultatibus quibus male
ſatisfactũ video,ita nouiter reſpõdetur,
ꝙ ideo naturales qui in.l.10.capaces erãt
inſtitutionis neceſſarij ſunt a noſtra.l. in
ſubſtitutione, quia cum in tertio non
poſſent ſubſtitui extranei, vt quia legiti
tima filiorum erat reſpectu extraneorũ,
ſed qui proximiori loco ſucceſsionis
capaces erant,& ex ipſa.l.10. naturales
reſpectu patris, etiam ſtantibus aſcen-
dentibus haberent ius ſucceſsionis, me-
rito eos.l.noſtra prætulit in ſubſtitutio-
ne,vel reſponde,quod.lex.10. loquitur


in filijs

in filijs naturalibus teſtatoris, noſtra vero.l.in naturalibus ſubſtituti,quos téſtator omittere non poterat,ſi deſcendentes prælegatarij ſubſtituere tenebatur, quæ ſatisfactiones iuncta differentia ſucceſsionis diuiduæ & indiuiduæ de quibus agunt ſufficiunt pro ratione decidendi, maxime quia ſi lex id conſtituit nulla alia decidendi ratio quærenda eſt,& ad.l.6.vltra Caſtellum gloſ.1. in fin.& Gomez Arias. numer. 59. in fin. &. 60. reſpondetur quod loquitur quando quis non habens deſcendentes ſed aſcendentes diſpoſuit de tertio, inter extraneos, noſtra vero, lex præſupponit quod teſtator quando diſponit de tertio habet deſcendẽtes legitimos ſeu illegitimos quo caſu nõ habetur reſ
15 pectus ad aſcendentes: ¶ Eſt tamen econuerſo notandum quod ſi filio naturali prælegatum fiat non teneretur pater ſeruare ordinem legis, cum tantum loquatur quando vinculum ſit deſcendentibus legitimis,ibi.*O deſcendientes legitimos*.hoc aduertunt Tellus hic.nu.14. ad finem.verſi.ad hoc tamen,& referendo ipſum Matienço in.l.11.tit.6. lib.5. gloſ.5.numer.4. & quidam modernus Andreas Angulo in tractatu de melior. in.l.11.gloſ.2.& licet contrarium videatur ſentire Mieres.1.par.quæſt.2.nu.20. prope finem,generaliter veriorem credo ſententiam Telli & aliorum quamuis in ſpecie noſtræ.l. cum naturales neceſſarij ſint verior videatur opinio Mie
16 res. ¶ Nota etiam quod dum.l.dicit. *Y a falta dellos*. aperte vult quod vnus tantum deficiat ſcilicet deſcendens vt aſcendẽs ſubſtituatur ſed quia ſi omnes in ea comprehenſi ſimul ſtarent ſecundus in defectum primi,& tertius in locum ſecundi ſubſtituatur ſecundum formam ſubſtitutionis in ea præſcriptam, itaq; debent intelligi ea verba,vt aduertit Gomez in.l.17.num.23.

Finit. l. 27.

# Explicatio ad legem.28.

SVMMARIVM.

*Parentes vnum tantum quintum & non plures,deſcendentibus, ſeu extraneis, relinquere valent.nu.1.remiſsiue.*

## Glo.vni l 28.

DE materia huius. l. vltra ſcribentes hic,vide tradita in.l.7.titu.12.lib.3. fori.& in.l.9.tit.5.eod.lib.3.fori.& Rodericum Suarez in.l.quoniam in prioribus,in declaratione.l.regni.quæſt.9.ex numer.21.Mieres in tractatu maioratus 1.par.quæſt.58. nu.26.&.35.Ioan.Matien.in.l.12.titul.6.lib.5.nouæ recopil. per totam.& And. Angulo in tractatu de meliorationibus in.l.13. qui hanc. l. explicuerunt.

# Sequitur explicatio ad legem.29. Tauri.

SVMMARIVM:

*Dos regulariter confertur.numero.1.remiſsiue.*
*Filia quando dote contenta poſsit hæreditatem paternam repudiare.num.2.*
*Dos inofficioſa præciſſe confertur.nu.2.*
*Dos inofficioſa quæ dicatur.num.2.*

## gloſ.1.l.29.

L*A dote*.dotem eſſe conferendã cer- 1
tiſsimum eſt.l.quoniã nouella.C.de inofficioſo teſtam.l. vt liberis. §. illam. C.de collationibus.l.3.titu.15.par.6.& de hac collatione dotis late egerunt.Caſtel.hic.Matien.in.l.3.titu.8.lib.5.nouæ recop.& moder.Angulo.in.l.9. de meliorat.gloſ.6.per totam. ¶ Quorum re
2 gula procedit niſi forſam filia dote contenta: paternam repudiauerit hæreditatẽ quia tunc dotem conferre non teneretur,ex iuris conſulti reſponſo in.l.fin.ff. de collatio dotis. ibi. *Et diuus Marcus reſcripſit non compelli abſtinentem ſe ab hæreditate patris*.Vbi Acurſius in dote promiſſa id etiam verum eſſe exiſtimauit.Bald.in.l.ſi emancipati.in fin.C. de collationibus vbi Iaſſon.num.35. Decius. 11. quamuis hodie ſi ſe abſtineat a paterna hæreditate, ad petitionem fratrum,teneatur integram dotem receptã conferre, cum nihil poſsit vltra legitiman conſequi.ex.l.1.titu.2. lib. 5.nouæ recopilat. maxime ſi dos ſit inofficioſa ex verbis.l.ibi. *Saluo ſi la tal dote fuerẽ inofficioſa*. quia tunc preciſſe ad collationẽ teneretur.Et inofficioſa iudicatur quæ legitimam excederet, nulla habitã conſideratione ad tertium & quintum, cum eius quantitatis nulla ſit hodie melioratio tacita, vel expreſſa,ex cauſa dotis. Ex vulgari pragmatica.101.de Madrid. correcta in hoc,conſtitutione noſtræ.l.ibi. *Que exceda de ſu legitima y tercio y quinto*.de quo vide Ioan.Lupum,in.c.per veſtras.numer.11. &. 14. Segura in.l.cohæredi.§. cum filiæ.num. 160.de vulgari.Gomez Arias in.l. 27. numer.5.Gregor.Lupus in.l.8. titul.4. parti.5.verbo.*A otro*.& in.l.3.titul.15. par.6.verbo.*No querria*.Bernard.Diaz in regu.213.fallen.4.vbi additio Salcedi.Ioan.Matien.in.l.1.titu.2.lib.5.nouæ recopil.gloſ.2.num.1.cum alijs. Baeça de non meliorand.c.1.per totum. præcipue.num 27.&.c.7. vſque ad nu. 8. & fere per totam pragmatic.101. denique in dote,erit reſolutio communis,neceſſario eſſe conferendam quando profecta fuit ab eo de cuius ſucceſ. ageretur. vt ſonant verba.l.ibi.*Que huuieren recebido de aquel cuyos bienes vienen a heredar*. vbi ad longum id examinandum erit.



SVMMARIVM.

*Donatio propternuptias quæ fuerit ante l.hanc.num.1.*
*Donatio propter nuptias antiqua receſſit ab vſu.num.1.*
*Arras ſucceſsiſſe in locũ donationis propter nuptias aliqui dixerunt. num.2.*
*Donatio ob cauſam matrimonij an ſucceſſerit in locum donationis propternuptias.num.3.& per totam gloſ.*
*Donationes propternuptias,& ob cauſam matrimonij, hodie conferuntur per totam gloſ.*

## gloſ.2.l.29.

Y *Donaciones propternucias*. de iurẽ 1
digeſtorum incognita erat donatio propternuptias,de iure vero. C. & authenticorum ea dicebatur quæ per maritum, vel eius patrem,ſeu alium nomine eorum, propter matrimonium, & in recompenſam atque ſecuritatem dotis vxori dabatur, quæ conſtante matrimonio ipſius vxoris erat,& ſoluto,ad maritum reuertebatur l.fin.C. de donationibus ante nuptias, cuius antiquæ donationis naturam explicuit bene Gomezius in.l.50. Tauri.numer.9. cum alijs & de hac propternuptias donatione non eſt intelligenda. l. noſtra quia ſimiles donationes de ſuetudine abierunt.gloſ.vbi Bald.in authent. dos data. C. de donationibus antenuptias, & in authentica æqualitas. C. de pactis conuentis, & in authentica de æqualitate dotis. §. 1. & aduertunt Paulus

in.l.mulier.§. cum proponeretur.nu.3. ad Trebel.Pariſius conſil.126. num.6. lib.1.Corraſius in.l.qui liberos. nume. 137.de ritu nuptiarum. Gregorius in.l. 23.verb.*Generalmente.* titu.11.parti.4. Gomezius in.l.50.num.11. Tellus hic. num.5.& in.l.17.num.78. in fin.Baeça de non meliorand.c.7.nume.5.&.c.8.
2 num.25. ¶ Neque etiam poteſt verificari in arris vxori datis, quas licet aliqui exiſtimauerint ſucceſsiſſe in locum donationis propter nupt. vt deducitur ex.l.1.titul.11.par.4.& ex.l.87.tit. 18. par.4.& aduertunt Gregorius in.d.l.1. Montal.in rubric.titul.2.lib.3.fori.Palatius Rubeus in rubric. de donationibus inter virum.§.12.num.1.Rodericus Suarez in.l.1.titul.de las arras.numer.2. imo & ex.l.3.titul.15.par.6.clarius deducitur, verius tamen apud nos compertum eſt arras quibus iure Hiſpano vtimur de quibus loquitur.l.1. titul.2. lib.3.fori.&.l.50.Tauri cum ſequentibus,quid longe diuerſum eſſe a donationibus propter nuptias, de qua in legibus.C.fit mentio, vt aduertunt Gomez in.d.l.50. numer.11. Couarrub. in 4.2. parte.cap.3.§.7.num.12. Gregorius in l.7.titul.11.parti.4.verbo.*Lo que quiſiere.*
3 ¶ Vnde.l. noſtra veriſsime eſt intelligenda in donatione ob cauſam matrimonij: quæ propter nuptias nuncupatur: vt bene aduertunt Detius conſil.239.numer.3.Aymon conſilio. 85. numer.1.&.2.Ciſontan.num.5.Rubeus 45.in.l.17.Tauri ſic intelligentes.l.25. harum legum,quæ de donatione propter nuptias loquitur.Couarrub.in.cap. Rainaldus.§.2.nume.7. de teſtament. & hoc quia quemadmodum donatio propter nuptias ad vtilitatem vxoris, & cõſeruationem eius dotis, antea efficiebatur.l.cum multæ.C. de donation. ante nuptias.l.1.tit.11.par. 4.ita donatio ob cauſam matrimonij ad vtilitatem, & cõſeruationem dotis, ipſius vxoris fit, quam ſi pater filio non feciſſet, forte vxorem ſufficienter dotatam non inueniret,ex quo donatio ex cauſa matrimonij,proprie ob cauſam nuncupatur,eo quod pater ſtimulo naturali (vt ſcilicet filius ditiorem & nobiliorem vxorem inueniat) eam filio feciſſe creditur ex Bald.in. l. omnimodo. §. imputari. numero.8.C. de inofficioſo teſtament. Bertrand.conſilio.1.dub.2. numer. 42.
&.46. libr. 2. ¶ Contrariam tamen 4
ſententiam,id eſt,donationem ex cauſa matrimonij non ſucceſsiſſe in locum donationis propter nuptias, probat Tellus.in.l.22.num.27.& in.l.17.num.79. & hic.num.5.& videtur ſentire Gomez in.l.50.num.11.in fine. vbi referunt & ſequuntur plures dicentes,hanc donationem ob cauſam matrimonij,eſſe ſimplicem, & non ob cauſam, & conſequenter non poſſe in ea verificari verba legis,quorum ſentẽtiam iubat,quod in materia collationis cauſa debet eſſe neceſſaria,& donatio ob cauſam neceſſariam, vt conferatur, vt ſatis notum eſt, & conſtabit ex dicendis in gloſ. ſequenti, ſed ad huc credo priorem ſententiam veriorem eſſe, & .l. hanc iuncta.l. 25. dum loquuntur de donatione propter nuptias, intelligendas eſſe,in donatione ob cauſam matrimonij certi, cum tertia perſona certa contracti, quæ quidem donatio, vere ob cauſam diceretur, vt omnes ſupra relati aduertunt,licet non præciſſe, cauſatiue tamen,quæ neceſsitas cauſatiua ſufficit ad efficiendam eam donationem ob cauſam,vt ingenioſe aduertit Menchaca de ſucceſsion. creatione libr. 3. §.22.numero. 45.& ideo, cum ſtatim irreuocabilis efficiatur ex.l.17.&. 44. nec ex ea deducenda erunt, debita, ſeu melioratio poſterior, ex conſtitutione. l. 25. neque veniret conferenda, imo in ea proprie verificantur verba earum legum.ibi. *O donacion propternuptias.* & ad obiectionem Gomezij, & Telli, facile reſpon



reſpondetur eſſe intelligendos in donatione ob cauſam,matrimonij incerti, & futuri, ſolum ad effectum, vt filius occaſione eius donationis, facilius ditiorem & nobiliorem vxorem inueniat, quæ danatio ſimplex eſt & regulis ſimplitium donationum ſubijcienda, vt notanter dicendum erit in.l.44.glo.verb. *Aſsi como por via de caſamiento.*

SVMMARIVM.

*Donatio ob cauſam conferebatur donatio vero ſimplex non.num.1.*

*Intellectus ad.l.26. iuncta noſtra. l. vt vna in donatione ſimplici,alia vero in donatione ob cauſam loquatur. numero.2.*

*Ratio differentiæ inter donationes ſimplices & ob cauſam.num.3.*

*Impugnatio, ad conciliationem communem,legum.26.&.29. numer. 4. per totum.*

*Donationes omnes, ſi volente donatario conferuntur,in legitimam,tertium & quintum,computantur. numer. 4. per totum.*

*Expenſæ cum filio in ſtudio factæ, abſque diſtinctione an ſit doctor, licentiatus,ſeu aduocatus,in legitimam, tertium, & quintum, computantur. numer.5.&.6.*

*Alimẽta quæ pater cum filio facturus erat in domo,deducuntur ab expenſis cũ eo factis in ſtudio.num.6.*

*Donatio facta filio,in ſacris conſtituto, an conferatur,num.7.*

*Donatio facta filio clerico ad titulum patrimonij,ſcilicet,vt ordinetur an conferatur.num.8.*

*Donatio facta filio primæ tonſuræ an cõferatur.num.9.*

*Clericorum appellatione an comprehendantur clerici in minoribus ordinibus conſtituti.numero.9.vſque ad numero.12.*

*Intellectus ad authenticam præsbyteros, & ad.l.ſacroſanctæ.C.de epiſcopis & clericis.num.9.vſque ad.12.*

*Expenſæ factæ in conſequenda dignitate filij an conferantur.num.13.*

## gloſ.3.l.29.

Y *Las otras donationes que huuieren* 1
*recebido.*ergo filij tenentur conferre donationem, a patre factam, quod neceſſario eſt intelligendum in donationibus ob cauſam,ex.l. quoniam nouella.C. de inofficioſo teſtament.authẽtica,ex teſtamento. C. de collationibus & communis ſententia Bar.in.l.in quartam.num.10.Ripæ.148.ad.l. falcid. cũ ſimplex non conferatur nec in legitimam imputetur, ex. l. ſi quando. §. & generaliter de inofficioſo teſtamento, quem dicunt meliorem iuris, Iaſſon. ibi.Bart.in.d.l.in quartam.num. 10.Ripa.144.& latiſsime id explicans atque intelligens.l.3.titu.4.partita.5.referens Couarrub.Menchac. & alios, Matienço.in.l.3.titulo.8.libr.5.nouæ recopil.
gloſſ.1.numer. 5. vſque ad fin. ¶ Cui 2
deciſsioni aduerſatur conſtitutio.l.26. præcedentis, dum nullam donationem eſſe conferendam, neque in legitimam imputandam, ſed in exceſſu legitimæ intelligi patrem filium melioraſſe, aperte conſtituit, quę difficultas ad eo fortis ſcribentibus viſſa fuit, vt eas leges conciliando, dicerent. l. 26. intelligi debere, in donatione ſimplici, noſtramvero,in donatione ob cauſam, quaſi prior non conferatur, nec in legitimam imputetur, ſecunda vero ſic, quam conciliationem probant Ciſontan.hic.numer.1.Ioan.Lupus.7. Antonius Gomez.29.in fin.Tellus nume. 2. verſi. ſed quia aliquando ad fin.& melius nu.4.verſic.donatio vero. & nu.7. Gregor. in.l.3.verb.*En ſu parte.*in.fin. titu.4.par.6.& in.l.3.verb.*No querria.* titu.15.

titu.15.p.6. Couar.inc. Rainaldus.§.2.
num.8. de teſtam. Rodericus Suarez in
l.quoniam,quæſtione.5.poſt limitatio-
3 nes. C.de inofficioſo teſta. ¶ Dicentes
quod verba noſtræ.l.ibi. *Y las otras do-
naciones*. neccesſario ſunt intelligenda
in donationibus ob cauſam, ſicut dos,
& donatio propter nuptias, de quibus
l.antea mentionem fecerat, cum verbũ.
*Y las otras*.ſit repetitiuum ſimilium do-
nationum,& rationem differentiæ eam
eſſe crediderunt, quia donatio ſimplex
in legitimam nõ imputatur,ex eo,quod
cum ex mera liberalitate donantis pro-
cedat,præſumitur patrẽ voluiſſe, quod
eam filius cum cæteris fratribus non
communicaret ſed præ cipuam haberet,
quod in dote,donatione propter nup-
tias, vel alia ob cauſam, non procedit,
quia cũ neceſſariæ ſint, & in necceſsita
tibus nemo liberalis exiſtat, dotando
filiam,ſeu alicui ex filijs ob cauſam do-
nando,intelligitur patrem voluiſſe eam
donationem conferri, quæ ratio dedu-
citur a Ripa in.l.in quartam.num.148.
ad.l.falcid.vbi Ruinus.numer.23.Mon
tepico. 64. Corraſius in.l. filium quem
habentem.numer.128.C.familiæ herciſ
cundæ. Berengarius in.d.l.in quartam.
3.par.articu.3.numer.15.Menchaca de
ſucceſ.creatione.§.30.num.268.

4 Sed ea cõciliatio ad leges.26.&.29.
mihi vera non videtur,& ex ſequentib.
conuincitur. Primo, quia præſupponit
quod ſi filio ob cauſam matrimonij do
natio fieret:non comprehenderet tertiũ
& quintum, neque in eo filius cenſere-
tur melioratus, ſed tantum ad legitimã
eſſet reducenda,quod abſurdum mag-
num eſt & contra mentem & verba
tam noſtræ.l. quam.l.26. quæ quidem
leges ſi diligenter conſiderentur: aper-
tiſsime probant,donationem ſimplicem
vel ob cauſam,cuiuſcunque ſit qualita-
tis, a parente filio factam in diuiſione
hæreditatis,non ſolum legitimam por-
tionem,ſed tertium, & quintum, com-
prehendere,in eoque tacite filium cen-
ſeri melioratum, dum.l.26. dicit. *Hi-
ziere alguna donacion*. quæ ſunt genera
lia verba,& generaliter debent intelli-
gi ex.l. de pretio de publiciana neque
dari poteſt vlla ratio,cur magis ad ſim-
plicem,quam ad ob cauſam donatio-
nem,referantur. Imo longe fortior ver
ſatur in donatione ob cauſam,ne in pre
iuditium eius in cuius fauorem fit, mi-
nuatur facileque gener fraudaretur, ſi
donatio ob quam matrimonium con-
traxit,minuenda eſſet,& ita proprie in-
telligit.l.26. in donatione ſimplici, vel
ob cauſam, Palatius Rubeus in repeti-
tione . c. per veſtras. 3. notabili.§. 22.
incipit in conſtituenda. num. 12. & ex
num.10.ſecure tenens, quod ſi pater fi-
lio fecerit donationem ob cauſam vide
retur filium in ea quantitate vſque ad
tertium,& quintum,melioraſſe, credens
ita procedere eius.l. conſtitutionem, in
donatione ob cauſam, ſicut in ſimplici
quod etiam apertius probatur ex hac
noſtra.l.dũ omnes præſupponũt,intelli
gi,in donatione ob cauſam,& tamẽ ex-
preſſe conſtituit:quod ea donatio valeat
vſque ad legitimam, tertium, & quin-
tum,ita quod liceat donatario ſi præ-
dictam quantitatem non exceſſerit, li-
bere conſequi donationem, repudiata
parentis hæreditate, aliter quod non
ſit inofficioſa, quam in exceſſu ter-
tij, & quinti, vt probatur ibi. *Se mi-
re lo que excede de ſu legitima tercio
y quinto*. ſi igitur quælibet donatio ob
cauſam in tertio & quinto bonorum
ſubſtinetur,tam ex noſtra conſtitutio-
ne,quam ex.l.26. neceſſario fatendũ
eſt,non ad quãtitatem legitimæ tantum
eſſe reducendam,ſed ſimul in tertio &
quinto, ſicut alia quælibet ſimplex cõ-
putãdã,cõtra male aſsignatã cõciliatio
nẽ noſtratuũ,qua veritate retẽta,iã con
ſtat non



ſtat non eſſe contrarias eas Taurinas
conſtitutiones ſed vtramque debere in-
telligi,in donatione ſimplici,vel ob cau-
ſam,vt ſi filius eam conferre voluerit, in
legitimam,tertium,& quintum, compu
tetur,ſin vero maluerit repudiare hære-
ditatem,ſibi liceat,conſequaturque do-
nationem,niſi exceſſerit quantitatem le-
gitimæ,tertij, & quinti,quia tunc com-
pelleretur exceſſum fratibus reſtituere
& hic eſt verus intellectus ad eas tau-
rinas conſtitutiones, quas contrarias in
aduertenter plurimi ex noſtris nuncu-
pauerunt.

5 Ex qua receptiſsima regula, vt do-
natio ob cauſam vel ſimplex vſque
ad legitimam,tertium, & quintum,ſub-
ſtineatur; in eaque quantitate intelli-
gatur patrem filium melioraſſe,ſequen
tia notabilia ſe offerunt inferenda,
primum, ceſſare controuerſiam ab
ſcribentibus confuſſe traditam, quan-
do ſcilicet filius conferre teneatur li-
bros, ſeu expenſas conſumptas & ex-
tantes, de qua latiſsime egerunt om-
nes in.l. quæ pater, familiæ herciſ. in
l. final. de petitione hered. Gomez &
omnes hic: Aymon conſilio.125 .Ioan.
Lupus in.l.17.nũ.16.Crotus in. l.frater
a fratre.num. 17. de conditione indeb.
Ripa in.l.in quartam.numero.175.cum
alijs ad.l. falcid.omnes in.l. 1.§. neque
Caſtrenſe de collatione bonorum Cor
raſius in.l.filium quem habentem, fa-
mil. herciſ. Gregorius in. l. 5. titul.13.
partita.6.verbo expenſas.&.l.3.titulo.
4.partita.5.Dueñas.regul.222. Auen-
dañus in dictionario. verbo.Caſtrenſe.
& in reſponſo.17.numer.2. Borgninus
Caualcan. de vſufructu mulieri relicto
numero.192.Perez in.l.8.titulo.2. libr.
1.ordinament.gloſ. 2. columna. 4.& in
l.20.titulo.4. libro. 4. ordinament. &
in.l.1.titulo.3.lib.1.ordinamen. gloſ. 1.
columna.18.Menchaca de ſucceſsion.
creatione.§.30.numero.204.vt abſque
diſtinctione, an filius ſit in poteſtate,
ſeu emancipatus,licenciatus, doctor,
vel aduocatus, ſecure tenendum ſit,
omnes expenſas conſumptas & extan-
tes in legitimam, tertium, & quintum
debere computari; taciteque intelligi
patrem vſque ad eam quantitatem fi-
lium meliorare voluiſſe. ¶ Cum hac 6
tamen conſideratione, quod expenſæ
quas pater cum filio in domo factu-
rus erat, ab ea expenſarum quantita-
te deducantur, etiam ſi pater pro te-
ſtaretur omnes cum filio feciſſe, vt in
eius legitimam computarentur, cum
ad id expendendum preciſſe tenere-
tur,argumento.l.ſed ſi lege.§.quod au-
tem.2.in fin.de petitione hæredit.l. fin.
§ ipſum autem filium.C. de bonis quæ
liberis,& reſoluunt Gomez hic.nume-
ro.16. verſicu.2. limita. Auendañus
reſponſo. 17. numero.2.Caualcan. vbi
ſupra.nume.192.Dueñas.d.regul. 222.
limitatione. 2. ad finem. in qua dedu-
ctione venirent, cibaria, veſtes, ha-
dicitur ex hoc in vita patris inueſtitus, quaſi ius illi non deficiat,ſed adminiſtratio. Bal.in c.an mutus,vel aliter.& in.c. 1.col.1.de controuer.inter maſc.& fœmin.Præpoſit.in c.1.in prin.nu.10.verſi. 18.de fæud.Marchiæ Iaſſ.in l.ſi a ſocero.C.de iu.de liber.& in l. quoties. col. 8.C.de rei vend.& in l.in ſuis col. pen. de liber.& poſt.& conſi.87.colum.7. Ruinus con.19.col.1.vol.1.Rubeus in l. non ſolũ.§.morte nu.56.de noui oper. nunciati. Tiraq.in l.ſi vnquam nu. 19.
de reuocand. donatio. ¶ Vnde filius 35
viuo patre poterit intentare remediũ. l. diffamari.C. de ingenuis. & reſoluunt Suarez.alleg.4.Cobar.lib.1.variarum. c.18.nu.8.Lupus.in l.1.ti.2.part.3.Otalora. de nobilitate. 2. part. 3.partis c.6.
nu.6. ¶ Atque remedium declaratoriũ 36
actualis poſſeſſionis petendo ſe declarari legitimum,& verum eius primogenij ſucceſſorem,& patre mortuo actualem poſſeſſorem vt licet non hijs fundamẽtis,reſoluit Suarez.allegat.4.Cobar. d.c.18.nu.8.Grego.in d.l.1.tit.2.par.3. glo.2.Simancas,de primog.lib.1. c. 28. Mieres.in trac.maioratus.2.part. in initio numer. 69. vſque ad fin. quamuis contrarium teneat. Molina. libro. 3. de Hiſpanorũ primog.c.14.per totum.



37 ¶ Quarta huius ſucceſſionis prærogatiua eſt quod ea ſuccedendi ſpes,cum iũ. primogenituræ non ſolum. Primogenito acquiritur ſtatim,cũ naſcitur,ſed omnibus in infinitum primogenitis vno poſt alium,ſucceſſiue linea recta primogeniorũ, mortuo filio nepoti, & nepote defũcto,pro nepoti, atque ſic deinceps abſque variatione. Ita quod prior natus ſemper primogenitus dicatur,& ius primogenituræ acquirat,vt aduertũt Paul. conſi.164.num.5.vol.2.Aflictis.in c.1. nu.77.de ſucceſ.fæudi Socinus conſil. 252.nu.18.vol.2.& conſi.88.nu.1. vo. 3.Tiraq.de primogenitura,quæſt. 40. nu.166.Molineus.in conſuet.Pariſ.§.8. gloſ.3.num.5.in tit.de materia fæudal.

38 ¶ Atque ita nepos, ex corpore aui natus dicitur.ex l.2.C.de condit. inſert. l. Lucius de hæredibus inſtituẽ. Tiraq. d. quæſt. 40. num. 33. Caſaneus in conſuet.Burgund.rubric.7.§.10.num.17.

39 ¶ Quinta qualitas & prærogatiua huius ſucceſſionis eſt quod ea ſpes ſuccedendi quam ſtatim cum naſcitur primogenitus firmam & in commutabilem acquirit,mortuo viuo patre, ad filiũ nepotem vel alium deſcendentẽ in infinitũ tranſmittitur, atque de primogenito in primogenitum in infinitum deriuatur.vt reſoluunt Oldral.conſi.224. Io. Andr. in c.ſignificante de foro comp.& in additio.ad ſpeculat.tit.de fæud.col. 4. ad fin.Præpoſitus, in c.1.num.8.de fæudo Marchiæ.Socinus d.conſi.252.nu. 15. vol.2.Detius conſi. 397. & ingenioſus Acoſt.de maioratu bonorum regiæ coronæ nu.5.& 7.Mieres de maiorat. 2. part.in initio num.65.& his non relatis
40 Molina.li.3.c.6.nu.37. ¶ Cum primogenitus extinctus nõ dicatur neque ſtare deſinat,ſi filius, in quem transfuſſa ſit primogenituræ qualitas relinquat, ex illo eccleſiaſtes.c.3.ibi. *Mortuus eſt pater eius, et quaſi non mortuus ſimilem enim relinquit poſt ſe*, & tradunt Alber. in prohem.ff.§.diſcipuli.nu.2.Præpoſitus.in c.1.de fæudo Marchi. nu.9. Tiraquel d.quæſt.40.nu.31.Paul.Socin. & alij.ſupra.vnde Bal.in.l.1.C.de condit.inſert.nu.3. fatetur ꝙ ſanguinis continuatio eſt in nepote vel nepte.& quod idem cum patre & auo dicitur atque per naturam continuatur.

¶ Quibus prærogatiuis ſic vtiliter 41
adductis ad primam ex hijs dubitationibus accedendo, an ſcilicet maioratus poſſeſſor, repudiata parentis hæreditate conſequi poſſit primogenium, dicendũ ſecure videbatur ꝙ cũ ea maioratus ſucceſſio ſit hæreditaria. vt ſup.late probauimus:& conſequenter indiuidua,quantum ad acquiſitionem.l.1.&.2.ff.de acquirend.hæred.nõ poſſit eam ſucceſſor liberis bonis repudiatis, integre conſequi, quia cum tota hæreditas defuncti perſonam repreſentet, monſtruum foret eam hæredem pro parte repreſentare.vt conſiderat Oldral.conſi.94.nu.15.Ancharran.in c.licet de voto.nu.17. Albe. in prohemio digeſto.§.diſcipuli nu.16.
Ciſontan.in preſent.nu.15. ¶ Et ita in re- 42
gno dixerũt Oldral.conſ.94.& Acoſt.
de ſucceſ.regni nu.5. ¶ Et in fæudo filijs 43
vt filijs tantum conceſſo, ꝙ ex pacto & prouidẽtia atque familiare nuncupatur, ꝙ repudiata parentis hæreditate cõſequi ab ipſis nequeat,tenuerunt Iſernia.in d. c.1.nu.13.vbi aflictis num. 37. Capitius deciſſio.47.nu.2.Socin.iunior. conſil. 114.nu.1.li.2.Curtius.iunior.con.115.& 138.nu.19.Siluan.conſ.30.nu.19.Aret. cõſ.14.nu.13.& 14.Salic.in l.2.nu.27. C.de iu.emph.Plurimos referens: Tira. de primogen.quæſt.35.nu.10.& id eleganter defendit Cobarru.d.lib.2.c. 18. cui acceſſit Aluarus Vaez.de iu.emph. quæſt.44.ex nu.3. vbi bene omnes intelligũt.c.1. an agnati vt propter paternam reuerentiam etiam ſi fæudum nõ ſit hæreditariũ, ſed conceſſum filijs vt filijs non poſſit repudiata hæreditate paterna libere conſequi.

¶ Quod tamen in hoc de fæudo verum exiſtimo quamuis contrarium tenuerint, Paul. in authentic. poſt fratres C. de ſuis & legit. hæred. & in l. idem Iulianus.§.ſi cui num. 4. & in l. ſi poſt mortem num. 1. de legat. 1. Rubeus. in l. Gallus.§.quidam recte num. 181. ff. de libe. & poſt Ruinus conſil. 1. num. 15. Calcane. conſil. 74. num. 4. & 5. Aymon conſil. 256. num. 3. Gregor. in l. 6. tit. 26. part. 4. verb. *lo hereden*, & nullo ex hijs relato alios referens Molina lib. 1. c. 8. num. 5. qui veram exiſtimat hanc opinionem.

45 ¶ Sed his omnibus nihil obſtantibus contrariam ſententiam veriorem exiſtimamus, & maioratus ſucceſſorem conſequi poſſe primogenium: repudiata parentis hæreditate: ſecure tenent Bart. in l. 3. de interdict. & in l. quodcunque.§.ſi quis ita de verborum. Paul. in l. poſt mortem. num. 3. de legat. 1. & referendo Paul. Gregorius in l. 4. tit. 15. part. 2. verſi. *ſus deudas*, col. 2. verſi. adde ad predicta: & deducitur ex Molin. lib. 1. c. 8. num. 4. quod etiam aduertit licet confuſe. Matienço in l. 6. tit. 7. lib.
46 5. nouæ recop. gloſ. 3. num. 25. ¶ Sicut in regno, quod verum & proprium primogenium eſt, & repudiata parentis hæreditate, a primogenito filio conſequitur, vt probant Bald. in l. generaliter.§.in hijs. C. de ſecund. nuptijs. & in l. 2. circa fin. C. de iure doct. & in auth. ſi quas ruinas. C. de ſacroſanct. eccleſi. quem ad hoc referens ſequitur Guilel. a Monſerrate. in tract. de ſuccuſsione regni num. 30. Alex. in l. ſi vnus.§.pactus nu. 9. de pactis. Lauden. de primogeni.
47 quæſt. penul. ¶ Et in emphiteos. pro ſe, filijs, & deſcendẽtibus, conceſſa: aduertunt Bart. in d. l. quod dicitur & in d. l. vt iuſiurandi.§.liberi. num. 4. Pinel. in l. 1. 3. par. num. 85. C. de bonis mater. Cobarr. lib. 2. variarum. c. 18. num. 6. verſi. 7. Antonius Gama. deciſsione. 5. per totam Aluarus Vaez de iu. emphit. quæſt. 44. num. 6. cum alijs.

¶ Et in contrarium aductis reſpõ: quod licet verum ſit ſucceſsionem 48
maioratus eſſe vere hærediteriam, vt ſup. late probauimus non inde bene deduxerunt ſcribentes non poſſe, ſucceſſorem repudiata hęreditate, libere conſequi primogenium, quia cum ea ſucceſsio maioratus quamuis ſit hæreditaria, eam prærogatiuam iuri ſanguinis propriam contineat, vt ſtatim cum naſcitur primogenitus certam quandam ſpem in commutabilem ſuccedendi acquirat, quæ mortuo viuo patre: ad filios eius tranſmittitur, & de primogenito in primogenitum in infinitum deriuatur, ex ſola prouidentia & miniſterio. l. abſque vlla variatione ſeu facto hominis, vt ſupra late diximus. merito filius: ius iſtud ſuccedendi in maioratu retinendo, cuius etiam patre viuente dominus erat reliquam patris hæreditatem poſt eius mortem, ſibi delatam libere poterit repudiare. Quaſi maioratum conſequatur, licet ſit hæreditarium, non vt hæreditas patris eius, ſed veluti lucrum a lege delatum mediante antiquiſsima conſuetudine, vel inſtitutoris facto, vt ſic conſequendo primogenium, nihil a patre conſequatur, & conſequenter poſſit repudiatis bonis parentis habere primogenium, aliunde quam hęreditas patris deriuatum, ex quo iam videmus quod licet hæc opinio verior ſit, non tamen ex eo procedit quod ſanguinis iure primogenia deferantur, vt male crediderunt ſcribentes, ſupra relati; ſed quia eas prærogatiuas iuri ſanguinis proprias ea maioratus ſucceſsio continet.

¶ Que quidem facultas conſequendi primogenium, repudiatis liberis bonis: non ſolum in primogenio antiquo conceſſa eſt, ſed in nouiter 49
confecto, quod repudiata hæreditate: a filio prælegatario conſequeretur ex l. qui filiabus. 17.§.fin. de legat. 1. authent. vnde ſi parens. C. de inofficioſo teſtamento. l. cum reſponſo de legat. C. l. 2. titul. 9. part. 6. & nouiter hodie conſtat ex conſtitutione. l. 21. Tauri. & poſt Gregor. in l. 4. tit. 15. part. 2. glo. 1. col. 2. ad medium. aduertit Molina lib. 1. c. 8. num.
50 13. ¶ Ea tamen Taurina conſtitutio 21. hanc conſequendi primogenium facultatem reſtringit, dummodo prius prorata prælegati debita teſtantis deducerentur, quam id prelegatarius conſequatur, quod eleganter erit deſcutiendum in l. 46. glo. fin. vbi de intellectu. d. l. 21. Tauri agendum erit.

¶ Ad ſecundam vero dubitationem
51 principalem accedendo, de nouis condicionibus addendis maioratui per eius nouiſsimum poſſeſſorem dicẽdum videtur, quod aut loquimur in maioratu antiquo. aut in nouiter confecto. Primo caſu latiſſime reſoluit Molina, lib. 1. c. 8. num. 21. vſque ad fin. non poſſe vltimum maioratus poſſeſſorem, ex eo quod primogenium ſanguinis iuræ deferatur, legitimum ſucceſſorem, nouis conditionibus onerare, ex vulgata. l. vnum ex familia.§.ſi de falcidia. de legat. 2. referendo Detium & Tiraquel. & aliquibus modis id reſtringendo, cuius reſolutionem libenter ſequimur, rationem vero impugnamus. non enim ex eo quod maioratus deferatur iure ſanguinis, nequit poſſeſſor conditionibus onerare legitimum ſucceſſorem, ſed quia licet ea ſucceſsio hæreditaria ſit; habet tamen prærogatiuas, perpetuitatis, indiuiduitatis, & alias iuri ſanguinis proprias, quas ſupra ad longum retulimus quæ impediunt ſucceſſorem poſſe ab vltimo poſſeſſore grauari inſtitutiones aut ſubſtitutiones mutando, ſeu variando, vel nonnullas conditiones nouas antiquis addendo.



¶ In ſecundo vero caſu, ſub diſtin- 52
guendum exiſtimaui quia aut primus maioratus inſtitutor poſt eius veram & perfectam inſtitutionem, nouas adijecit conditiones vel tempore confectionis eius inſtitutum, aut ſubſtitutum aliquibus onerauit, & in primo caſu, ſi in teſtamento fiat maioratus, vel in contractu reuocabili, vſque ad mortem poterunt libere mutari conditiones antiquæ, & nouiter cum alijs primogenium inſtitui, cum in totum extingui etiam ad libitum valeat, ſin vero in contractu irreuocabiliter inſtituatur, neque poterit in totum reuocari primogenium, neque conſequenter conditiones mutari, ſeu nouas antiquis addere vt hæc omnia probantur in l. 17. & 44. & ex reſolut. Molinæ. d. c. 8. per totum maxime num. 37.

¶ In ſecunda vero ſpecie ſcilicet quã 53
do inſtitutionis tempore fuerunt adiectæ conditiones, aut ſubſtitutiones factæ, ſtat elegans conſtitutio in. l. 27. Tauri, quæ dat formam teſtatori, qua maioratum inſtituens teneatur ordinare ſubſtitutiones, qui notandus ordo, ad inſtar ſubſtitutionis exemplaris, de qua in l. humanitatis. C. de impuberum. & in l. 11. tit. 9. part. 6. ab ea l. 27. notabiliter inductus, quamuis expreſsis verbis aſsignetur in maioratu ex. 3. inſtituto vt probatur ibi *en el tercio de ſus bienes.* & ibi *hazer en el dicho tercio los vinculos y ſumiſſiones, y ſubſtitutiones que quiſieren.* Videtur etiam procedere in primogenio, ex regia licencia, in vnum ex filijs teſtantis inſtituto, ex ea fortiſsima ratione quia ſi vt omnes in d. l. 27. fatentur, ideo eius conſtitutio procedit quod tertium bonorum, reſpectu extraneorum legitima ipſorum filiorum ſit, ex quo neceſſario debere ſubſtitui filios ſeu alios deſcendentes tenent, longe maiori ratione procederet in maioratu, ex regia licencia, & omnibus bonis paren-

tis conſtituto : vbi magis filijs grauatur
& crudelius ipſorum legitima tangi-
54 tur. ¶ Secundo ex alia fortiori ratio-
ne ea ſentencia cōfirmatur, ſcilicet quia
præcipuus effectus licenciæ regiæ ad
maioratum inſtituendum, ad quem prin
cipaliter facultas dirigitur & quem re-
ſpexiſſe regem creditur is tantum eſt
quod ex ea reliqui filij grauari libere
poſſent, in legitima ſibi debita: derogan
do in hoc, ob fauorem conſeruationis
agnationum, & perpetuitatis familiarum
tot receptiſsimas conſtitutiones : vt ex
contextura cuiuſlbet regiæ licenciæ cō-
ſtat, & ex ipſa rei euidentia ad ſenſum
patet, vnde iuſtiſsime dicendum eſt, ſatis
eſſe quod ea facultas operetur vt ex
omnibus bonis parentis poſsit inſtitui
primogenium præiudicādo in legitima
filijs, contra tanta iuris præcepta, abſ-
que eo quod rigurofe & crudeliter ex-
tendatur, ad concedendam libertatem,
excludendi propter extraneum filios,
ſeu alios deſcendentes, quaſi lex princi-
paliter dederit, poteſtatem grauandi fi-
lios quantum ad inſtitutionem, quæ nul
lius momenti erat, corrigendo in hoc
omnia iura quæ grauari filios vetabant,
non vero conceſſerit facultatem eos
omnino pretereundi in ſequētibus ſub-
ſtitutionibus, contra legem humanitatis
& formam ibi præſcriptam, quæ præ-
ciſſe ſeruanda erat in exemplari ſubſti-
tutione, ex communi ſentencia ibidem a
Bart. vſqne ad iuniorem interpretem
recepta, vt aduertit Molina. d. lib. 2. c.
11. num. 13. & 14. & anteipſum prob-
uit Benedict. in c. Rainunt. verb. ſi abſ-
que liberis. 2. tit. de exemplari ſubſtitu-
55 tione num. 28. cum alijs. ¶ Ita quod
exemplaris ſubſtitutio ad cuius ſimili-
tudinem deſcriptæ ſunt vocationes in d.
l. 27. vt omnes ibi fatentur, nullum gra-
uamen ſeu onus patiatur conditionis
vel ſubſtitutionis, vltra formam in ea
præſcriptam, ſicut neque prima inſtitu-
tio patiebatur, ex l. quoniam in priori-
bus vt eleganter deducitur ex Decio
conſil. 371. col. 3. verſic. 4. dum in ter-
minis. d. l. humanitatis tenet, quod ſi in
teſtamento ſorores ſubſtitutæ poſt ip-
ſarum mortem forent grauatæ onere
aliquo fidei comiſsi ex eo clare dedu-
ceretur quod ſubſtitutio non eſſet exem
plaris, cum illud grauamen ea non reci-
peret, quem in hoc ſequntur Socinus
iunior conſil. 103. num. 21. & ſequenti.
vol. 1. Roland. conſil. 68. nu. 68. vol. 4.
¶ Et ſic potius dicendum eſſet eam fa- 56
cultatem eſſe reſtringendam ſecundum
iuris communis regulas, ex vulgata. l. ſi
quando. C. de inofficioſo teſtamento,
quam quod ſit etiam correctoria. d. l.
humanitatis ſimul & l. 27. Tauri. ma-
xime cum iam operetur ea facultas cir-
ca actum inſtitutionis maioratus, corre-
ctionem iuris communis permitendo fi-
lios grauari, contra l. quoniam in prio-
ribus qua ratione non videtur exten-
denda ad idem operādum circa actum
ſubſtitutionis, ſed potius poſtquam ali-
quid eſt operata omnino reſtringi de-
bet vt minus quam poſsibile ſit ius com
mune corrigat ex l. 2. C. de noxalibus
& idem aduertunt bene Felin. in c. 1.
num. 9. verſic. 2. declara de reſcriptis.
Detius ibi. num. 4. verſic. ſubijciatur
Curtius iunior. conſi. 5. num. 27. ¶ Ma- 57
xime cum omnis regia facultas ad in-
ſtituendum primogenium odioſa ſit, &
conſequenter reſtringenda, atque om-
nino ſecundum æquitatem, & diſpoſi-
tionem iuris communis regulanda, &
intelligēda, quamuis natura verborum
id non bene patiatur, vt in reſcripto di-
xit gloſ. in cap. paratus. 33. quæſt. 1. &
Oldral. conſil. 268. col. 3. Abb. num. 1.
Felin. 5. in. c. cauſamque de reſcript. &
in ſpecie facultatis regiæ ad inſtituen-
dum primogenium, dixerunt Suarez. in
l. quoniam in prioribus limit. 2. num. 9.
Gregor. in. l. 11. tit. 4. part. 6. verb. *libre-
mente*, Cobarr. de ſponſal. 2. part. c. 8.
§. 6. num. 5. & iterum Gregorius. in. l.



32. verb. *non valdria*. col. 1. in medio.
tit. 9. part. 6. Menchaca. in l. ſi quis in
ſuo num. 26 C. de inofficioſo & latius
proſequitur Molina. lib. 2. c. 1. ex num.
10. cum alijs; quibus fortiſsimis obie-
ctionibus videbatur dicendum ordi-
nem. l. 27. formaliter eſſe ſeruandum in
primogenio inſtituto ex regia licencia.

58 ¶ Contrariam tamen ſententiam ve-
riorem ſecure exiſtimamus, &c. 1. ex eo
quia reſpectu eorum bonorum, ex qui-
bus maioratus fuit inſtitutus : filius om-
nino extraneus iudicatur, vt reſoluit
Molina lib. 2. c. 11. num. 15. & 16. refe-
rendo Tiraquel. de primogenit. quæſt.
43. num. 11. qui non eſt ibi ſed. quæſt.
59 53. num. 15. ¶ Imo & non ſolum fi-
lius extraneus diceretur, ſed neque in
portionis legitimæ ineundæ ratione in-
ter alios filios eſſet tanquam extraneus
cōnumerandus, ex Alex. poſt antiquio-
res in l. ſi pluribus. §. ſi duobus num. 7.
& 8. de legat. 1. & ſepius ex facto re-
ſponſum extat ex Butrio conſil. 39. nu.
2. & 3. & Angel. conſil. 300. punctus
talis. Cumanus conſi. 55. ſtante, Caſtren.
conſil. 254. cum fundamentum. Socin.
conſil. 82. & 150. verſi. poſtremo. vol.
60 4. Detius conſi. 383. num. 5. ¶ In tan-
tum quod neque portio alimentorum
ſibi aſsignata ſuccederet loco legitimæ,
antea ſibi debitæ, ſed tanquam legatum
extraneo relictum, a filijs excluſis con-
ſequeretur, vt probauerunt Alex. Aret.
Ruinus. & Galiaula. in l. Gallus. §. &
quid ſi tantum. ff. de liberis & poſth. &
aduertit Portius. conſil. 13. num. 14.
61 ¶ Atque euidentiſsime conſtat, dum
quando bona omnia deferuntur pri-
mogenito aut licencia regia. 2. genitus
excluditur etiam a legitima & tantum
miſerationis cauſa, vel quia omnino pri-
uare non poterat, ſibi aſsignantur ali-
menta, vt reſoluit Ioan. Andr. Panor. &
alij. in c. licet de voto Guido pap. de-
ciſ. 476. & iterum. 487. Socin. conſi-
lio. 47. facti narratione. col. 2. lib. 3. &
latiſsime Tiraq. de primogenit. quæſt.
4. per totam maxime. nu. 33. & quæſt.
55. num. 17. ¶ Ex quo reprobatur 62
noſter Molina qui in lib. 2. c. 15. nu. 2.
plurimos referendo, dixit alimenta filio
aſsignata ſuccedere loco legitimæ fun-
datur enim Molina in doctrina Bartol.
in l. titio centum. §. titio genero. num. 6.
ff. de conditio. & demonſtrat. qui qui-
dem Bart. contrarium tenet cum Cino
contra Ricardum. & ita ipſum Bart. pro
contraria opinione, vt ſcilicet non ſuc-
cedant alimēta loco legitimæ, ſed quod
omnino filius priuetur ea legitima por-
tione, & alimēta conſequatur, tanquam
legatum extraneo relictum allegat Por-
tius d. conſil. 13. num. 14. & Tiraquel.
d. quæſt. 55. num. 9. vbi pluſquam cen-
tum authoritates adducit, ad probādum
quod tunc filius omnino legitima pri-
uatur, dicens. num. 17. ea alimenta ſibi
deberi non quod in locum legitimæ
ſucceſſerint, cum legitima fuerit priua-
tus, ſed ea ratione quam ipſe tradiderat
antea in quæſt. 4. per totam, nempe ne
filius fame periret, & quia l. non poterat
ipſum in totū ſubſtantia paterna priua-
re. & conſequēter neque princeps, cum
igitur filius tanquam extraneus & mor
tuus, reſpectu bonorum ex quibus pri-
mogenium inſtituitur iudicetur, nimi-
rum ſi ex preteritione ipſius in ſubſtitu-
tionibus maioratus facta, non anulletur
eius inſtitutio. ¶ Quod ex alia com- 63
muni ſententia probatur, qua conſtitui-
tur, quod ſi filia dotata excluditur a
paterna ſucceſsione, virtute alicuius ſta-
tuti, ſemper reſpectu eius ſucceſsionis
extranea, & excluſa, cenſetur, ita quod
neque ex capite præteritionis, in inſti-
tutione, aut ſubſtitutione, rigoroſe a
parente factæ impugnabit eius diſpoſi-
tionem, cum ſibi hac ratione dotem ſta-
tutum conſtitueret, ex Bart. in l. fin. col.
fin. verſic. quid ſi filia. ff. ad Trebel. &
reſoluit Paul. in authen. ex cauſa col. 5.
C. de

C.de liberis præterit,& conſil.196.vol.
1.&.113. eod. vol. vbi ſepius ita conſu-
luiſſe fatetur Roman. in l. vt liberis. C.
decollationibus & conſi.13.Alex.conſ.
47.lib.2.& conſil.68. lib. 4. Corneus
conſi.150.lib.1.& conſil.316. eod. lib.
Guid Papa deciſsio.295. Aflictis deciſ.
158.& plurimos referens Tiraquel.de
primogenit.quæſt.53.nu.22. cum alijs.
64 ¶ Quibus fundamentis amplectimur,
hanc ſecundam veriorem ſententiam,&
non debere ſeruari ordinem.l.27.in ma
ioratu ex regia licencia a parentibus
inſtituto ſecure credimus, quod non
adductis ſupra relatis, imo forſam in
cognitis,ſentierunt,noſter. Tellus in d.
l.27.num.14.verſi. ex ea tamen diferen
tia, licet ſub dubio, id etiam relinquat,
& idem obſcure deducitur a Mieres in
tract.maioratus.in prin. nu. 11. & cla-
rius licet nihil præter eius authoritatem
adduxerit,Ioan Matienço in l.11.tit.6.
lib.5.nouæ recop.gloſ.11.num.3.& ne-
minem referendo idem videtur ſenſiſſe
Molina.lib.2.c.11.nu.11. vſque ad num.
16. dum fundamenta huius opinionis
poſtremo adducit, nullus tamen eorum
præter Molinam rationem aliquam re-
fert,imo & diligens Molina ad obiectio
nes adductas in contrarium nihil reſpō-
dit, ſed in deciſſam quæſtionem relin-
65 quit. ¶ Vnde ad primum ex funda-
mentis contrarijs facile reſpon. longe
diſsimilem rationem verſari,in maiora-
tu ex tertio inſtituto, quo ad iuſticiam
ſubſtitutionis,ab ea quæ datur in condi-
to ex regia licencia quia, tertium reſpe-
ctu extraneorum ipſorum filiorum le-
gitima eſt, portio vero ex qua maiora-
tus ex facultate regia inſtituitur, extra
legitimam conſideratur. Ita quod filius
reſpectu eius portionis,tanquam extra-
neus,ſeu mortuus reputatur,vt ſupra la-
te diximus & ſic nimirum ſi ea conſti-
tutio ad primogenium ex regia licencia
66 inſtitutū non extendatur. ¶ Ad ſecun-
dam vero obiectionem.de l. humanita-
tis.C. de impuberum, vltra intellectum
eius conſtitutionis,de quo egerunt Poli-
tus,in tract.de exemplari.8.quæſt.prin-
cip.nu.20 Ripa & omnes in l.ex facto,
vbi Hieronim. Berius.num. 4.57.305.
& 396. Socin.iunior.conſil.103.nu.33.
lib.1.Angel. conſil.134. num.3. &. 5.
Benedict. in c. Rainun. verb. ſi abſque
liberis. 2. titu. de exemplari per totum.
Menchaca.de ſucceſ.creat.§. 10. num.
408. facile reſpon. quod eius conſtitu-
tio non bene ad noſtram ſpeciem adap
tatur,cum in fauorem furioſi, aut mente
capti, non inſtituatur primogenium, &
quia ordo ſubſtitutionis de quo ibi iu-
ſtiſsimus ſit cum agatur de legitima filij
ſicut in l.27.Tauri,& ideo regia facul-
tas non poſsit dici correctoria.l. huma-
nitatis.neque.l.27.Tauri,quæ in diuer-
ſo caſu loquuntur, neque impedit eſſe
licenciam ad maioratum inſtituendum
odioſam & reſtringendam,cum non di-
catur extendi vltra mentem conceden-
tis, neque verborum proprietatem, ſi
virtute eius formentur, ad libitum inſti-
tuentis plurimæ ſubſtitutiones imo,nihil
aliud ſonent verba, neque aliud voluiſſe
concedentem intelligatur quam tribue-
re facultatem amplam ad libitum ſubſti-
tuendi. ¶ Qua veritate ſic confirmata, 67
& intrepide retenta,ſingulariter ſunt re-
ſtringenda omnia ſupra dicta ad caſſum
quo primogenito inſtituto inter alios
filios ſeu deſcendentes,circa ſubſtitutio-
nes non ſeruatur ordo.l. 27, ſed præte-
rito ſecundo vel tercio genito, quarto
genitus ſeu nepos vel pronepos, ſeu al-
ter conſanguineus ſubſtituitur, quia tūc
veriſsimum erit valere ſubſtitutionem.
Sinuero poſt vocationem primogeniti
ſubſtituatur omnino extraneus,prærteri-
to ſecundo vel tertio genito, aut eorum
legitimis deſcendentibus tūc crederem
ſubſtitutionem poſſe merito annullari,
quia omnes ſupra relati dicentes, filium
ex regia licentia ſeu ſtatuto effici extra-
neum, ad impugnandam diſpoſitionem
in qua



in qua fuit præteritus aparente locun-
tur,& ſunt intelligendi quando primo-
genitus fuit inſtitutus & alij deſcenden-
tes ſubſtituti,non habita conſideratione
ad proximiores, non tamen quando
penitus extraneus inſtitutus,aut ſubſtitu
tus eſt, præterito ſecundo vel tertio ge-
nito, aut eorum legitimis deſcendētibus
quia tunc iuſtiſsime poſſe ab eis impu-
gnari diſpoſitionem tenent in ſpecie ſi-
milis ſtatuti repelentis filias a paterna
ſucceſsione Imol. Aret. & Socin. in l.
Gallus. §. & quid ſi tantum de liber. &
poſth.vbi Socin.col.3.teſtatur.ita ſe vi-
diſſe per quoſdam ſolemnes aduocatos
conſultum,Paul.conſil. 196. in puncto
quæritur.col.2.verſi.quidam vero. lib.
1.& conſil. 275. in.2. dubio.eod.lib.&
conſi.96.lib.2.Benedict.Capra. conſi.
84.& Viſſo.col.3. & conſil. 151. ſub-
ſcripſime,Corneus conſil.107.col.pen.
lib.2.& conſi.40.col.4.lib.3.& conſi.
240.col.9. verſi. ne prædictis eod. lib.
Socin.conſi.150.col.16.verſi.quantum
etiam lib.4. Detius. conſil. 296. col.2.
verſi.ſed tamen,Ruinus conſi.152.num.
13.lib.5. Alciatus lib.3. Paradoxorum.
c.11.vbi hanc dicit communem. & lib.
68 4.c. 12. iterum repetit. ¶ Quod licet
ſub dubio reſtringit Molina.d.c.11.nu.
16. ad fin. quando ex licencia datur li-
bera facultas ſubſtituendi ad libitum
extraneos, cum de poteſtate regia non
ſit dubitandum, cui libenter accedimus,
ſi facultas ita generalis ſit, quod in du-
bium poteſtas eius circa ſubſtitutionem
69 extranei reuocari non poſsit. ¶ Cum
igitur. l. 27. non procedat in primoge-
nio ex regia licencia inſtituto, non erūt
ſecundum eam ſubſtitutiones formandæ
ſed ad libitum inſtituentis maioratum,
& ſecundum tenorem regiæ licenciæ,
inſtitutioni adijciendæ,quod in primo-
genio inſtituto ex tertia bonorum non
procedit ſed ea. l. 27. in conditionibus
adijciendis,vel ſubſtitutionibus forman
dis,omnino ſeruanda eſſet, cum reſtric-
tionibus ad eam aſsignandis,in gloſ.19.
huius.l.
¶ Ad tertiam principalem dubita 70
tionem accedendo quando ſcilicet,ma-
ioratus ſucceſſor ad debita ſui præde-
ceſſoris teneatur, dicendum videtur
quod cum primogenia ſint hæreditaria,
præciſſe compelli poſsit ſucceſſor: de-
bita a ſuo predeceſſore contracta ſol-
uere.l.1.C. ſi certum petatur. l. pro hæ-
reditarijs. C.de hære.actio.qua ratione
idem tenuerunt Oldral.conſi.94. num.
16.Tiraquel. poſt alios de primogenit.
quæſt.35. nu.25.vſque ad fin. Licerier,
in eod.tract.lib.2.quæſt.5.num.3. Boe-
rius deciſsio,204.num.41 Socin.conſ.
47. num. 4. lib. 3. Detius in l. pactum
quod dotali.nu.17.C.de collat. Panor.
conſil.12.lib.1.& hijs non relatis Luſita-
nus Acoſta de ſucceſsione regni. nu.9.
¶ Sed quamuis contrariam ſententiam 71
ſecure tenuerint Bald. conſi. 271. lib.1.
Alex.conſi.29. nu.13. lib.1. Molineus
in conſuetu.Pariſi.tit.1.§.11. nu.4. Go-
mez hic num. 72. Padilla in.l. vnum ex
familia.§.ſi de falcidia. de legat.2. num.
7.Grego.in l.4.tit.15. part.2. verb. *ſus
deudas*, Burgos de paz in prohemio.l.1.
Tauri.num.101.Acoſta de ſucceſsione
regni.num.11. & hijs non relatis Moli-
na lib.1. c. 10. per totum dicentes in re-
gno ſeu primogenio, nō poſſe compelli
ſucceſſorem exoluere debita ſui præde-
ceſſoris. ¶ Non tamen id ex eo pro- 72
cedit, quod ſanguinis iure. primogenia
deferantur, vt preſuponunt Molina &
alij ſupra relati, ſed quia cum ſint pri-
mogenia effecta indiuidua, & ad ſuæ
indiuiduitatis, atque perpetuitatis con-
ſeruationem prærogatiuas neceſſarias
contineant, eleganter per eam indiuidui
tatis rationem,expeculiari natura ipſius
maioratus deductam, ea ſoluendi de-
bita prohibitio naſcitur, cum aliter ex
æris alieni ſolutione ad diuiſionem de-
ueniendo neceſſario per eam primoge-
nia perirent, quæ fuit originaria ratio
deci-

decidendi. l. 46. vt ibi anuente deo ex-
plicauimus & altius ſingulari quadam
diſtinctione, dubitationem hanc de ſol-
uendis vltimi poſſeſſoris maioratus de-
bitis a legitimo ſucceſſore examinabi-
mus.

73 ¶ Ad quartam principalem dubita-
tionem deueniendo, quando ſcilicet fi-
lius ex cauſa ingratitudinis aduerſus
poſſeſſorem commiſſa a regno ſeu pri-
mogenio valeat ex hæredari, videbatur
in ea ſecure dicendum q̃ cum ſit hæredi
taria eorum ſucceſſo, libere poſſit in-
gratus ſucceſſor, ea paterna ſucceſsione
ex hæredari vt in regno ſeu primogenio
hæreditario probauerunt Tiraquel. de
primogenit. quæſt. 27. per totam. Moli-
74 na. lib. 1. c. 9. per totum. ¶ Contrariam
tamen ſententiam ſolidiſsimis funda-
mentis tenuerunt, tam in regno quam in
primogenio. Corneus in. l. 1. col. 3. verſi.
præterea. C. de conditionib. inſert. Gui-
lel. de Monſerrate in tract. de ſucceſsio.
regni. num. 19. Ripa in l. nemo poteſt nu.
7. de legat. 1. Molineus in conſuetud.
Pariſi. tit. 1. § 1. glo. 3. num. 12. Acoſta de
ſucceſsio. regni. ex num. 16. vſque ad
num. 28. Laudens. de primogenit. quæſt.
19. dicentes legitimum ſucceſſorem, nõ
poſſe ex vlla ingratitudinis cauſa, a re-
gno ſeu primogenio ex hæredari. Cum
iſthæc ex hæredatio inepta foret, tan-
quam ab alienis bonis facta, ex l. qui-
dam cum filium. ff. de hæred. inſtituend.
l. 3. ff. de interdict. quod in effectu re-
ſoluunt Ioan. Andreas in c. grandi de
ſuplenda negligen. prælat. lib. 6. An-
charr. in verb. ſuccederet. Abb. num. 5.
in c. intellecto de iure iurando. Corſe-
tus de poteſtate regia. 2. part. quæſt. 8.
num. 6. Molina lib. 1. c. 8. num. 20. & lib.
3. c. 6. num. 13. Mieres. in tractat. maiora
tus. 4. part. quæſt. 1. nu. 46. & eſt text.
75 in c. 1. de ſucceſsione fæudi. ¶ Neque
regnum diuidere valeuit. inter filios. c.
imperialem. §. præterea. de prohibita
fæudi. alien. per Federicum glo. verb.
prouidendum. in c. licet de voto. Bald.
in authen. ex teſtamento num. 16. C. de
collatio. & facit l. 2. tit. 15. part. 2. quo-
rum partem libenter ſequimur rationem
vero impugnamus, nõ enim ex eo quod
ſanguinis iure primogenia deferantur
prohibetur poſſeſſori ſucceſſorem ex
hæredare, ſed quia cum ſtatim nato pri-
mogenito, quædam certa & firma ſpes
ſuccedendi, ei acquiratur ita in commu-
tabilis, vt neque per principem auelli
poſsit, atque linea recta primogeniorum
neceſſario ſit ſuccedendum, non poterit
ſucceſſor efficere, quod regnum, vel pri
mogenium, ad alium quam legitimum
ſucceſſorem deueniat, rectam ſucceden-
di lineam turbando: aut preciſſum or-
dinem ſucceſsionis variando, quæ viua
ratio eſt prohibitionis huius ex hære-
dationis.

¶ Sed aduerſus hanc finalem reſpon- 76
ſionem fortiſsime Vrget Innocentij. 3.
reſponſum, in c. licet de voto. vbi vide-
mus, quod regnum Hungariæ, in quo
iure primogenituræ ſucceditur, indiui-
duum eſt, & alias primogeniorum qua-
litates atque prærogatiuas iuri ſangui-
nis proprias continet, & tamen filius ex
non implemento voti Hieroſolimitani,
Hungariæ regno priuatur, & ad filium
ſecundo genitum eius ſucceſsio de vol-
uitur, quam ſingularem Innocentij con-
ſtitutionem, varijs in locis ſcribentes in-
tellexerunt, quorum intellectibus pro
viribus refutatis verum eidem aſsignare
conabimur.

¶ Primus intellectus ad cap. licet eſt 77
quod ibi datur caſus ſingularis, in filio
non implente defuncti voluntatem, cir-
ca relicta ad piam cauſam, vt ex non
implemento regno priuetur, quem di-
cendo communem ſequuntur Barbacia.
in c. ſi hæres colum. 9. de teſtamentis &
eum referens ſequitur Peralta in l. 3. §.
qui fidei commiſſam. nu. 86. de hæred.
inſt. ¶ Sed is communis intellectus ex 78
eo iuſtiſsime reijcitur, quod aut regnum
Hunga-



Hungariæ eſt omnino hæreditarium,
aut ſanguinis iure defertur, aut ſimul ſan-
guinis iure aut hæreditario deriuatur.
Primo caſu non foret neceſſarium ali-
quid eſſe relictum ad piam cauſam vt
ex non implemento filius potuiſſet re-
gno priuari, cum actiones hæreditariæ
quæ in eum tranſlatæ forent ad iuſtifi-
candam huiuſmodi exhæredationem
ſuficerent. ex authen. hoc amplius. C. de
fideicommiſſ. c. ſilueſter. 11. quæſt. 1. l.
fin. tit. 10. part. 6. vbi ſolum conſidera-
tur non implementum voluntatis defun
cti ad iuſtificandam exhæredationem.
in ſecundo vero caſu non ſufficeret re-
lictum ad piã cauſam, nõ ad implere vt
ex non implemento, filius regno po-
tuiſſet priuari cum iſthæc exhæredatio
inepta foret, tanquam ab alienis bonis
facta, vt conſiderat Molina lib. 1. c. 9.
nu. 4. in tertio vero caſu nihil intereſſet,
aliquid eſſe relictum ad piam cauſam, vt
filius id non ad implens regno potuiſ-
ſet ex hæredari, cum ſtatim nato primo-
genito irreuocabile ius ſuccedendi cum
qualitate primogenituræ ei acquiratur,
longe diſtinctum ab hæreditate.

79 ¶ Vnde ſecundus intellectus ad d. c.
licet eſt quod ideo filius ibi regno fuit
exhæredatus, quia ipſe ad votum patris
ad implendum ſe aſtrinxit, cum igitur
ipſe filius votum patris ad implere pro-
miſsiſſet, nimirum ſi ex propria obliga-
tione propter non implementum voti
regia ſucceſsione priuatus fuiſſet, quia
iam tunc non agitur de obligatione pa-
terna ad implenda, ſed filij tantum, ex
qua recte potuit filius ſe & bona ſua
etiam aliunde queſita obligare, quem
intellectum ad illum text. tradiderunt,
Licerier de primogenit. lib. 3. quæſt. 3.
Grego. in l. fi. ti. 8. part. 1. verb. *otorgaſſe*,
Molin. in conſuetu. Pariſi. tit. 1. §. 8. glo.
3. num. 10. Benedict. Padill. Cobarr. &
alij quos referens ſequitur Molin. lib. 1.
80 c. 9. nu. 5. ¶ Sed neque iſta commu-
nis interpretatio ſubſtineri poteſt. & ex
ſequentibus conuincitur. Primo quia ſi
regnum de quo ibi ſanguinis iure fuiſſet
delatum, obligatio quæ ex promiſsione
de voto implendo naſcitur non eſſet
ſufficiens vt ex non implemento regno
filius priuaretur. cum a patre qui eum
ex hæredauit nihil accepiſſet ſed a ge-
nere vt prædictum eſt. ¶ Si vero iure 81
hæreditario cum qualitatibus ſnaguinis
proprijs, vt verius exiſtimamus, regnum
fuiſſet deriuatum, non eſſet ſufficiens
promiſsio de voto implendo ad filij ex
hæredationem, cum naſcituris quibus
ius ſuccedendi acquiſitum eſt, ex ea pro
miſsione aut iuris renunciatione, præiu-
ditium non potuiſſet irrogari. Sed ad-
huc linea recta primogeniorum. foret
ſuccedendum, atque ſucceſsio de primo
genito in primogenitum deriuanda. ex
c. 1. §. hoc quoque. de ſucceſsion. fæudi.
& notat Iaſſon. in l. is poteſt. num. 37.
de acquire. hæred. Detius conſil. 443.
num. 29. & alij quos referens ſequitur
Molina lib. 1. c. 6. num. 45. ¶ Et quod 82
magis eſt etiam ſi regnum foret hæredi-
tarium intellectus communis non pro-
cederet, quia tunc neceſſaria non eſſet
filij promiſsio de voto implendo, vt ex
non implemento valeret regno priuari,
vt colligitur ex d. authen. hoc amplius.
C. de fideicommiſſ. c. ſilueſter. 11. quæſt.
1. c. alius. 15. quæſt. 6. c. venerabilem de
electione c. grandi de ſup. neglig. præl.
lib. 6. vbi nulla fit mentio promiſsionis
factæ a filio, & tamen priuatur ſucceſsio
ne defuncti propter non implementum
eius voluntatis, & ita Innocentius in d.
c. licet verb. promiſsiſti dixit idem eſſe
& ſi non promiſsiſſet. cuius ſententiam
ſequitur Suarez in prin. num. 20. C. de
inofficioſo. teſtamen. quem etiam in re-
gno hæreditario ſequitur Molina. d. lib.
1. c. 9. num. 5. ad fin.

¶ Neque aduerſus eam Innocentij 83
receptam ſententiam obſtabit dicere,
quod cum votum Hieroſolimitanum
perſonale ſit vt votum continentiæ, ie-
iunij,

iunij, vel aliud ſimile neceſſaria fuit promiſsio filij: vt ſi votum non adimpleret priuaretur, cum aliter obligatus ad implementum non maneret.ex gloſ.in l.2. ff. de pollicit. quia facile reſpondetur quod iura ab Acurſio relata neceſſario ſunt intelligenda in voto mere perſonali vt quãdo fuit emiſſum pro criminum vouentis ſatisfatione, quia tunc plures quam vouentes non aſtringit.imo in eſt. eidem neceſſaria, ſi vouens vixerit. text. vero in d.c.licet, loquitur in voto Hieroſolimitano, quod emiſſum fuit ab Hungariæ rege, promitẽs ſimul aliquid fieri & expẽdi in fauorem terræ ſanctæ, & iſtud votum. mortuo rege vouente, ad hæredes eius tranſmittitur, qui præciſſe tenentur id adimplere ex Innocen. in d. c. licet num.2. relato. & ſecuto, a Gregor.in l.7.titul.8.part.1.gloſ.fin.

84 ¶ Maxime quia quamuis filius ex vinculo & religione,iuramenti non teneretur votum adimplere, neque periurus ex non implemento remaneret, obligatio tamen ex voto ſub pena priuationis regni hæreditarij reſultans, cum ad voti implementum aſtringit,ex d.Thoma.& alijs quos referens ſequitur Grego.in l. 5.verb. *ſon vinos*, tit.15.part.2.Cobarr. in c.quamuis.1.part.relectionis.§.5.nu. 4.& in c. requiſiſti num.2. verſic.3. ex hijs de teſtam. & hoc eſt quod in effectu tenuerunt Innocent.& Suarez.ſupr. ſcilicet non eſſe neceſſariam ad regni priuationem promiſsionem de voto implendo.quos ita intellexit Ioan. Garcia d.c.16.num.32.verſi. ego tamen licet in effectu antea Innocent.impugnauerit.

85 ¶ Vnde tertius intellectus.ad d.c.licet eſt quod ideo filius ibi fuit regno exhæredatus quia ſub hac priuationis pena votum Hieroſolimitanum adimplere promiſsit,& ex non implemento regni priuationi conſenſit,quo caſu priuari potuit. Ita eum text. intellexiſſe.Zucardum teſtatur quidam Queſada c.32. rerum quotidinarum nu.14. quod probant ex verbo text.ibi.*& a te ſponte ſuſceptum*, quod veterem & ab rogatam exhæredationis formam qua quis ab hæreditate excludi ſolebat, ſignificare exiſtimant, iunctis verbis eiuſdem text. ibi. *maledictionis paternæ*, qui quidem intellectus ex prædictis etiam conuincitur,cum in regno hæreditario promiſſio non ſit neceſſaria, in ſanguinis iure delato non ſufficiat, in eo quod ſimul ſanguinis iure atque hæreditario defertur ſequenti ſucceſſori naſcituro præiuditium fieri non poſsit.

¶ Et ita quartus intellectus traditur a Cobarr.in c. ſi hæredes num. 10. de teſtament.qui licet veritati accedat,quantum ad regni priuationem dum tamen circa legitimam exiſtimat,quod cum ibi nulla fiat mentio priuationis legitimæ, intelligatur ea conſtitutio deducta legitima literæ conueniens non eſt, cum verba tex.ibi & iure.quod tibi. *ſi dictus rex ſine prole decederet in regno Hungariæ competebat*, regni ſucceſsionem comprehendant & ibi. *paterna te redas ſucceſsione indignum*, neceſſario ad legitimam ſint referẽda, quæ ſi legitimam non comprehenderent ſuperflua forent, maxime quia generalis Innocent. 3. ex exhæredatio quamuis verbis nõ ita expreſſa eſſet ad legitimam extenderetur ex. c.Silueſter.11.quæſt.1.l.1.tit.7.part. 6. vbi nulla fit mentio priuationis legitimæ & tamen ex verborum generali conceptione, & ſenſu legitima comprehenditur, quod iubatur ex l. ſi quis. filium. C. de liberis præterit. & ſentiunt gloſæ in d.c. Silueſter & in c. ſi hæredes de teſtamentis. 86

¶ Vnde quintus intellectus ad text. in d. c.licet eſt quod quia regnum erat indiuiduum, & filius regno priuatur etiam legitima portione iure naturæ ſibi debita, priuari debuit, ne regnum indiuiduum ſectionem reciperet vt conſiderat glo. in. c. ſi hæredes & in d.c. licet. vbi Innocent. verb. ſucceſsione idem tenet 87



tenet ſecutus a Suar.in l.quoniã in prioribus in prin.num.20.C. de inofficioſo
88 teſtam. ¶ Sed iſte cõmunis intellectus præterquam ꝙ non reſpõdet, ad dificultatẽ priuationis legitimæ,ciuili atq; morali fundamento deſtruitur ſcilicet; quia licet regnum indiuiduum ſit, ſi tamẽ ſola ratio indiuiduitatis circa legitimæ priuationem conſideretur, vt cõmunis exiſtimat,iuſtius eſſet filiũ neque regno priuari quã a legitima & regno ex hæredẽ fieri, cum ſit potius exhæredatio reſtringenda quam amplianda,ex Vlpiano in l.cum quidam ibi. exhæredationes non eſſe ampliandas ff. de liber & poſth.& iterum iuſtius eſſet ratione indiuiduitatis ſucceſsionem extra legitimam naturã legitimæ portionis,quæ nobilior,& fortior,eſt imitari. Quã quod legitima portio conditionem ſucceſsionis paternæ quæ debilior eſt ſequatur, ex Vlpiano in l.quæritur de ſtatu.homi.& reſoluit
89 Molin.li.2.c.9.num.20.& 27. ¶ Maxime quia licet regnum ſit indiuiduum commoditates atque emolumenta diuidua erunt clemẽ.2.de iure patronat.c.1. eod.tit.Molina.d.c.9.num.6. & li.1. c.
90 11.nu.7. ¶ Et quia licet regnum Hungariæ indiuiduum eſſet, adhuc filius maior legitimã fratribus aſsignare tenebatur, quod fauore indiuiduitatis ita fieri poterat, vt ſi bona libera nõ ſupereſſent legitimæ quãtitas eis ab ipſis in pecunia ſoluatur, quia licet regulariter legitima portio ex ipſis rebus hæreditarijs filijs præſtanda ſit, neq; eis inuitis in pecunia aſsignari poſsit.l.ſancimus.§.repletionẽ.C.de inofficio.teſt.ſpeciale tamen eſt hijs dignitatibus vt propter earum conſeruationem,principatuſque vnitatẽ vni filio aſsignari poſsint, ceteriſque in pecunia legitima preſtanda; ſit vt ſignanter tradit Guid.pap.referens. Chriſtoforum Caſtellionem, quæſt. 426. Sigiſmundus in conſi.1. fæudali Tiraquel.de primogenit.quæſt.4.& 5.Molina.lib.1.c.10.ad fin.& ita dici non poterit ratione indiuiduitatis filium regis Hungariæ fuiſſe a regno exhæredatum.

¶ Vnde verus & nouus intellectus 91
ad text. in d. c. licet eſt ideo filium non exequentem patris voluntatem effici regno & legitima indignum, quod patri implementum voti ſub pæna maledictionis paternæ priuationis quæ regni & legitimæ ſibi iniungenti, expleturum promiſsit, atque ex non implemento priuationi conſenſit, & ſic quaſi per nouationem de perſona in perſonam eam implendi voti obligationem in ſe ſuſcepit. iuxta.§. præterea. quibus mod. tollitur obligatio,& quaſi implendo votum patris eum liberauit, ex l. ſoluendo de negotijs geſtis. & ex ea obligatione in ſe per nouationem ſuſcepta ius eccleſiæ vniuerſali fuit quæſitum argum. l. quoties. C. de donationibus quæ ſub modo.c.quoties cordis.1.quæſt.7. ex qua ſummus pontifex iudex totius vniuerſalis eccleſiæ.c.fi.de foro comp. in. 6. iuſtitia plenus ex officio filium ad voti implementum monere atque cenſuris ipſum compellere,& ex non implemento regno & legitima priuare libere potuit. cum ex nimia contumacia aut proterua animi firmitate, poſsit ſummus pontifex regem a regno,& imperatorem ab imperio,priuare,vt refert Gelaſius papa in c.alius.15. quæſt. 6. vbi ſcripſit Zachariam papam regem Francorum a regno depoſuiſſe, & Pepinum Caroli imperatoris patrem in eius locum ſubſtituiſſe probatur etiam in. c. venerabilem de electione c. Apoſtolicæ. de re iudicata lib.6. c. grandi de ſupl. negligen.præl.eodem.lib.& aduertit Bald.in l. non ambigitur num. 3. de legibus & in prohemio digeſtorum nu.9.Guillel. de Monſerrate.de ſucceſsione regni nu. 3. Ioannis Lupus & alij per Couarr. in d.c. ſi hæredes num. 16. ad finem de teſtament. ¶ Qui quidem verus & no- 92
uus intellectus,tam veritati quam verbis

L conue-

conueniens eſt, cum ex verbo maledictionis cum cauſa inducatur exheredatio, ex Iaſone in l. ſi pater tuus num. 7. ff. de hæredi. inſtitu. Gregorius in l. 1. titul. 7. partit. 6. verb. *que ſea eſtraño*, & ex verbo, *& a te ſponte ſuſceptum*, conſenſum exhæredatione preſtitum fuiſſe conſtet, ex quo filius ſua legitima recte priuari potuit. argumen. l. non putauit, §. ſi quis ſua manu. ff. de bonorum poſſ. contra tab. l. filio præterito, de iniuſto rupto, & probat Acurſius, in l. ſi quando §. & generaliter. verb. iuditium. C. de inofficioſo teſtament. receptus a Rubeo, in. l. 17. Caſtello. 29. Gomez. 22. harum legum ipſe Rubeus in rubrica de donation. §. 47. num. 2. Couarr. in c. Rainaldus. §. 2. num. 2. & his non relatis Molina. lib. 2. c. 3. num. 7. cum alijs ex quo nouiter remanet intellectum d. c. licet. & finit. glo. 1. l. 40.

### SVMMARIVM.

*Scribentes qui de maioratu ſcripſerunt. num. 1.*

*Scribentes qui peculiarem tractatum maioratus fecerunt. num. 2.*

*Verbum maioratus apud latinos ſcriptores nuſquam inuentum. num. 3.*

*Maioratus ab antiquis Hiſpanis chronicis originem ſumpſit. num. 3.*

*Clauſula teſtamenti regis Henrici. 2. refertur & qui eam intellexerunt. numer. 3.*

*Diffinitio maioratus remiſſiue. numer. 4.*

*Ratio decidendi & dubitandi noſtræ. l. adducitur. num. 5. cum alijs.*

*Repreſentatio an in ſucceſſione indiuidua admittatur eleganter. numer. 5. & 6.*

*Repreſentatio in maioratu, etiam ex conſuetudine inducto, admittitur. numer. 7. & 8.*

*Succeſſio feudi acquiſiti ex preſcriptione ſecundum conſuetudinem in ſimilibus feudorum ſucceſſionibus obſeruatam defertur. num. 7.*

*Succeſſio maioratus ex conſuetudine regulatur. num. 8.*

*Repreſentatio an ſit admittenda in regni ſucceſſione bene diſcutitur. num. 9. vſque ad num. 25.*

*Regnum olim electione conſtare ex chronicis deducitur. num. 9.*

*Regnum Hiſpaniæ ſucceſſione deferri ex tempore Roderici infœlicis conſtat. num. 9. & 10.*

*Succeſſionem longe vtiliorem populis fuiſſe quam electionem in regnis patet num. 10.*

*Regnum proximiori de ſanguine regio vſque ad milleſimum gradum defertur. num. 10. 11. & 12.*

*Regnum verum primogenium eſt. num. 14.*

*Leges in maioratu loquentes in regno verificantur. num. 15.*

*Argumentum de regno ad primogenium paſſim admittitur. num. 16.*

*Regna Caſtellæ regno adiuncta eodem modo & iure deferuntur & eiſdem legibus gubernantur. num. 18. & 19.*

*Repreſentatio non admittitur in ſucceſſione regni Portugaliæ. num. 20. vſque ad. 23.*

*Philippum potentiſſimum Hiſpaniæ regem iuſtiſſime in regno Portugaliæ admiſſum probatur. num. 22. et. 23.*

*Regnum Portugaliæ et Algaruiorum ex dominica donatione regum Caſtellæ conſtare. num. 21.*

*Regnum Portugaliæ a regno Caſtellæ dotis nomine abdicatum. num. 23.*

*Intellectus ad l. 2. tit. 15. part. 2. num. 23. et. 24.*





*Sancium ſecundo genitum nepoti fuiſſe prælatum in regno Hiſpaniæ conſtat, num. 24.*

*Intellectus ad legem quam Luſitani mentalem appellant. numer. 21. vſque ad. 23.*

*Repreſentatio locum habet, in primogenijs (etiam ante legem, ſecundam tit. 15. part. 2.) inſtitutis num. 25. vſque ad. 28.*

*Diſpoſitio l. vel hominis intelligenda & regulanda eſt ſecundum tempus diſpoſitionis. num. 27. & 28.*

*Repreſentatio quando locū habeat in ſucceſſione fideicommiſſi elegāter diſcutitur nu. 29. vſque ad num. 44.*

*Primogenia quando fideicommiſſis æquiparentur num. 29.*

*Reprobatur gloſa in. §. in fideicommiſſo. l. cum ita delegatis. 2. nu. 36. & 37.*

*Repreſentatio in ſucceſſione vniuerſali, hæreditaria eſt num. 38.*

*Proximitas an reſpectu teſtatoris, vel vltimi, poſſeſſoris conſideretur nu. 41.*

*Repreſentatio quando in feudis admitatur bene explicatur num. 45. vſque ad num. 65.*

*Feudorum ſpecies remiſſiue. num. 45. & 46.*

*Domini populorum, vaſſalli regis nuncupātur. num. 46.*

*Feuda indiuidua in quibus iure primogenituræ ſucceditur. nu. 48.*

*Feudum in quo iure primogenituræ ſucceditur. num. 54. & 55.*

*Repreſentatio quando in ſucceſſione emphiteoſis ſit admittenda. nu. 58. vſque ad num. 65.*

*Emphiteoſis ſecularis & priuata hæreditaria eſt. num. 59.*

*Repreſentatio quando in anniuerſarijs perpetuis admitatur. num. 66. & 67.*

*Remedium l. 45. an in vinculis particularibus vt anniuerſarijs detur. numero. 66.*

*Bona perpetuo anniuerſario ſubiecta quādo valeant alienari. num. 67.*

*Repreſentatio in ſucceſſione iuris patronatus quibus caſibus concedatur. num. 68. vſque ad. num. 73.*

*Primogenitus tantum admitti poteſt. ad ius patronatus. num. 68.*

*Ius patronatus eccleſiaſticum hæreditarium eſt. num. 70.*

*Ius patronatus libertorum non eſt hæreditarium. nu. 72.*

*Repreſentatio quando ſit admittenda in donatione dominica. num. 74. vſque ad. 88.*

*Primogenium quando cenſeatur inſtitutum ex ſola dominica donatione. num. 74. & 75.*

*Rex donans, magis quod ſuo obſequio, & regni commodo conuenit, quam deſcendentium donatarij affectionem, reſpicit. num. 77.*

*Bona a rege donata, non iure hæreditario deferuntur, ſed ex dominica prouidencia a rege donante deriuantur. nu. 79. & 85.*

*Donatio dominica an feudum ſit. nu. 80. et. 81.*

*Maiores ætate habiliores ſunt ad ſeruiendum regi. num. 78.*

*Donationes regis Henrici. 2. an deferantur iure maioratus, et in eis detur repreſentatio. num. 82. vſque ad. 87.*

*Donatio regis quando inualida ſeu valida ſit remiſſiue. nu. 83.*

*Donatio regis an poſſit ab eo modificari. num. 84.*

*Repreſentioni quando locus ſit, in primogenio ex contractu inſtituto. num. 81.*

*Succeſſionis verbum quid importet. numero. 88.*

## Gloſa. z. ad l. 40.

1 IBi. *del maiorazgo*, Ex antiquis ſcriptoribus quos ego legerim, nemo de maioratu niſi ſuccinte atq; pertrãſellam (vt aiunt) neceſſaria ad eius materiæ verã cognitionem ſcripſit. vt videre eſt per Abb.cõſi.85.Pau.Caſt.in ſingul. (licet vulgato) cõſi.164.li.2.Roman.cõſi.24. Bolognin. cõſi.62.Barbat.conſi.10.li.3. Soci.cõſi.47.li.3.Deti.cõſi.397.Pariſ. conſi.72.Tiraq.de primogen.quæſt.1. nu.14.& quæſt.8.num.7.& quæſt.68. nu.1.& quæſt.40.per totũ.

2 ¶Ex noſtratibus tamẽ aliqui nõnulla ad rẽ ſpectãtia varijs in locis tradiderũt, & denique Ludoui. Molin. vir equidẽ doctiſsimus, atque conſiliarius Philippi Catholici ac potentiſsimi Hiſpaniarũ regis meritiſsimus & Pelages a Mieres, in Granatenſi, pretorio aduocatus ſolemnis nouiſsime peculiarẽ huius rei tractatum fecerũt, & ita primogeniorũ veram & propriã naturam explicuerunt, vt nihil ſuper adendũ reliquiſſent, nõnulla tamen, non cõtemnenda eorum dictis adijcienda erũt.

3 ¶Et in primis aduertendũ eſt, ꝙ verbũ iſtud maioratus apud latinos ſcriptores nuſquam inuentũ fuit, ſed id ꝙ Hiſpani maioratũ: ipſi primogenituram appellãt, neque vllã iuris ciuilis legẽ de fideicõmiſſ. in quo vnus tãtũ ſuccedat cũ qualitatibus maioratus, mentionẽ feciſſe vidimus. Habuit tamẽ nomẽ iſtud originẽ, ab aliquibus Hiſpaniæ chronicis, & nominatim ab hiſtor. Ioãnis.1.& a clauſula regis Hẽrici.2.qui multa nobilibus oppida ſui patrimonij, libẽter tribuit, licet poſtea quadã ingenioſa, atq; ſũme neceſſaria clauſula ſui teſtamenti, pro lege ſeruari conſienta, ex cõſilio peritorũ, eas modificauit, ſic ſe habẽs. *Pero toda via, q̃ los ayã por maiorazgo y finquen a ſu hijo maior legitimo de cada vno dellos*, de qua multi meminerũt vt cõſtat ex Ludo.Roman.cõſi.96.Palatius Rubeus de donation.inter.in rub.§.69.nu.14.Suar. in l. quoniã limitat.6.nu.2.& in quæſt. maiorat.nu.22.licet eius tenor neq; in chronicis, neq; in legibus, huius regni repertus fuerit. donec l.11.tit.7.li.5.no.recop. ædita fuit vbi integre refertur.

4 ¶Poſt quã maioratũ diuerſis modis diffinierũt Molin.li.1.c.1.per.totũ.Io.Matien.in l.1.ti.7.li.5.no.recop.gl.2.per totam.

5 ¶Qua ſignificatione ac diffinitione maioratus præmiſſa, ſingulariter dubitari cõtingit. de ratione decidẽdi huius legis circa cõceſsionẽ repreſentationis, in ſucceſſ.maiorat.& originariã aſsignãdo prænotãdũ eſt, antiquitus ſatis cõtrouerſum fuiſſe, an in ſucceſsione indiuidua admitteretur repreſẽtatio, & nõ admitti videbatur, tã ex eo ꝙ cum fictio foret, in caſsibus tãtũ a iur. expreſsis dicebãt eſſe admittẽdã. Quã ꝙ ex ſua propria natura, nõ excludebat repreſentatio. ſed erat fictio quædam a lege ciuili inducta, ad ſubrogandũ nepotẽ in locũ patris, ex l. Gallus.§.etiam ſi parẽte.ff.de liberis & poſth.vt ſcilicet cũ patruis, a quibus alias vt proximioribus excluderẽtur, ad hæreditatẽ aui cõcurrerent nõ tñ ꝙ quilibet de perſe patris perſonã repreſẽtaret ſed ꝙ omnes, & tota familia ſimul in eiꝰ locũ ſuccederẽt, vt in §.cũ filius inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. Et cõſiderat Capicius deciſſ.21.nu.6.ſi enĩ natura repreſentationis non excludit ſed admittit, vt pro conſtãti plures tenuerũt, & in ſucceſſione indiuidua maioratus, filius repreſẽtãdo patris perſonã neceſſario patruũ excludat. dicendũ videtur, nõ poſſe dari in ea ſucceſsione repreſentationẽ, qua ratione id probauerũt in ſucceſsione indiuidua, Oldral.cõſi.44.nu.15.verſi. amplius certũ eſt.Bar.in auth. poſt fratres: 2.C.de legit.hære.Io.de Imo.in c.grãdi. de ſuplẽd.neglig.prælat.in.6. vbi Dominic.de ſant Geminiã in fi. Alex.cõſi.4.nu.11.vo.4.& cõſi.123.nu.2.li.1.& l. is poteſt nu.4.ff.de acqui.hære. Anto. Rubeus.conſi.37.num.2.in fin. Anton. Roſelus de ſucceſſ.ab inteſt.nu.68. Cuiatius vir ætatis noſtræ literis & ingenio cõſummatiſsimus, li.2.fæud.ti.11.Othoman.li.



man.li. quæſtionum illuſtrium quæſt.3. Philip.Deti.conſi.443.col.fi. Albanus conſi.60.num.1.&.2. Aflict.in Rub.de ſucceſſ.fæud.num.88. A coſt.de patruo & nepote pag.111.& nouiſsime Anton. Gama deciſſ.174.nu.11. quorum aliqui in regno locũtur. & omnes in ſucceſsione indiuidua, ſecure fatentur: non poſſe dari repreſentationẽ quia foret excedere finẽ propter quẽ introducta fuit, nẽpe concurſum quẽ operatur, & excluſsionẽ operaretur cõtra primeuã naturã ipſius, vt iterũ cõſiderat ingenioſus Cuiatius in c.1.de gradibus ſucceſſ. in fæud. col.3.verſi. an in iure primogenituræ.

6 ¶E conuerſo tamen ſecurius ſubſtineri videbatur: in ea ſucceſsione indiuidua recte dari repreſentationẽ, tam ex eo, ꝙ idẽ iuris ſit de parte quo ad partẽ, ꝙ de toto quoad totũ, quam ex natura ipſius ſucceſsionis indiuiduæ quæ ſi vt verum eſt ad primogenitum expectat, & nepos vere primogenitus eſt viuenteque patre acquirit qualitatẽ primogenituræ: vt in glo.1.probauimus, neceſſario fatendum erit, repreſentationẽ (quæ in nepote datur) effectũ excluſsiuũ habere, quod ex fundamẽto cõtrario iubatur, ſi enim natura repreſentationis locum & gradũ repreſentari quaſi naturaliter eficit nepotẽ ex propria perſona & nõ patris ad maioratus ſucceſsionẽ admittens, vt dicendũ erit in glo.verb. *la perſona de ſus padres*, præciſe deducitur repreſentationẽ etiã in eodẽ gradu exiſtẽtem, cum ea primogenituræ qualitas nõ ineſt excludere, quaſi repreſentatio ſolũ operetur ſubrogationẽ, ſub rogatio vero cũ qualitatibus primogenituræ, maioriæ, & ſimiliũ, excluſionẽ exiſtẽtis in eodẽ gradu, vnde hãc ſecundã partẽ elegerũt. Bal.cõſ.101. li.4.Aret.conſi.164.Socin. conſi.252. & melius Tiraq. de primogenit. quæſt. 40.nu.21.vſq; ad.26.& nu.100. vſque ad nu.104.Tyberius Decianus cõſi.7. nu.87.lib.1.admittentes in qualibet ſucceſsione indiuidua repreſentationem. & inde ad maioratus, atq; regni, ſucceſsionẽ paſsim inferẽtes, quare vt omnino reijceretur hæc difficultas iuſtiſsime l. noſtra hanc ſecundã oppinionẽ aprobauit, & hæc fuit eiꝰ originaria ratio decidẽdi.

7 ¶Cuius legis elegans cõſtitutio, quæ dat in maioratu repreſentationẽ, nõ ſolũ primogeniũ ab homine inſtitutũ cõprehendit ſecundũ diſtinctionẽ, infra bene aſsignandã in glo.verb. *ſaluo ſi otra coſa eſtuuiere diſpueſta*, ſed omne ex conſuetudine antiquiſsima inductũ, authoritate legis.41.quia cũ id vere ſit primogeniũ & generaliter a lege noſtra in ſucceſsione maioratus concedatur repreſentatio, etiã maioratũ cõſuetudine inductum, ex idẽtitate rationis cõprehenderet ſicut in fæudo acquiſito ex preſcriptiõe, in quo neceſſario eſſe ſuccedendũ, ſecundũ ordinẽ in ſimilibus fæudorũ ſucceſsionibus ſolitũ obſeruari probauerũt Bal. in l.2.nu.6.C.de iure emphit. & l. liberti. nu.31.ff.de operis libertorũ. Alexã.in l. ꝙ dicitur nu.42.de verborũ, Tira. de retract.Linagier.§.32. gl.1. nu.74.&.75. Molin.in conſuet. Pariſi.ti.1.§.7. nu.31. Iul.Clarus li.4.receptarũ ſententiarũ.§. fæudũ nu.9.verſi. ſed quid dicẽdum, & his nõ relatis Molin.lib.1.c.3.num.5.& nu.22.

8 ¶Et in ſpecie ſucceſsionis maioratus, ꝙ ſecundũ conſuetudinẽ ſuccedẽdi deferatur probauerũt Panor.cõſi.85. li.1.Pau.in ſing.cõſil.164.n.2.li.2.Deti. conſi.397.nu.6.&.7.Bologninus.cõſi. 62.colum.fin. Ruin.conſi.143.num.3. Aret.conſi.162.nu.10.Socin.cõſi.252. nu.10.lib.2.& conſi.47.num.4.lib.1.

9 ¶Secundo principaliter amplia cõſtitutionẽ huius l. vt in ſucceſsio. regni procedat ad cuius ampliationis veram cognitionẽ: prænotandum eſt, quod regnum olim electione conſtabat vt ex chronicis antiquis probatur, & in Hiſpania ante Pelagium vſque ad Roderici infœlicis tẽpora. Ita fuiſſe obſeruatũ probat Molina.li.1.c.1.fere per totũ, & in ſpecie nu.11.

10 ¶Ex quo tẽpore, viſſum

fuit ſucceſsionem longe vtiliorẽ populis
fuiſſe,quã electionẽ cũ vacante Repub.
plures ſeditiones naſcerentur.in princi-
pe eligẽdo,& vigẽte ſucceſsione,ſit reſ-
publica perpetua,& ipſi perpetuus prin
ceps datus. Atque regnum nõ vt alienũ
& cõmune negligeret:ſed potius priua-
ta quadã vigilanti ſolicitudine,& vrgẽti
amore,a filijs regis mortui conſeruare-
tur,& tãquã propriũ defenderẽtur.imo
& ipſud augere conarẽt. quibus & alijs
vrgentiſsimis rationibus genus humanũ
ſibi recte conſuluit,in regibus conſtituẽ-
dis per ſucceſsionẽ, omiſſa electione vt
aduertunt Præpoſitus in c. Moyſes. 8.
quæſt.1.& Io. Licerier de primogen.li.
2.quæſt.14. Terra Rubea.contra rebel.
c.4.li.1.Cob. c.1.practic.nu.4. & ita in
regno Hiſpaniæ a Pelagio ſucceſsionẽ
originem ſumpſiſſe aduertit Molin. d.c.
11 1.nu.11. ¶ Omnes inde ſecure deducẽtes
ꝙ proximiori de ſanguine regio,etiã vſ-
que ad milleſimũ gradũ,ea ſucceſsio re-
gia debeatur.ex Bal.in c.1.nu.6.de fæu-
do Marchiæ, cuius opinio cõmunis eſt
ex Detio.nu.9.Iaſo.3.in l.fi.C.vnde le-
gitimi.Detius.conſi.85.nu.3. Suar. in l.
quoniã limitatio.11.verſ.ſequitur.lectu.
9.nu.19.Cob.in epithome de ſucceſsio.
ab inteſt.nu.12.& lib.3.variarũ.c.5.nu.
4.Grego.in l.9.ti.1.part.2.verb. *no auiẽ do*, Mieres in tract.maio.2.part. quæſt.
7.nu.18.&.quæſt.6.nu.32.Molin.li.1.c.
12 13.nu. 14. ¶ Ita ꝙ ſi aliquis deſcendẽs
ex ſanguine regio ſuperſit: nõ poſsit ad
electionẽ deueniri,ex Bal. l. ex hoc iure
nu.3.ff.de iuſti.& iur.cuius dictũ refert
& ſequitur Albarot. in c.1.nu.19.quis
dicatur dux aut Marchio in vſibus fæu-
dorũ Corſe.de regia poteſt.2.quę.prin-
13 cipali in prin. ¶Non tamẽ quo iure de
feratur ea ſucceſsio, an excluſa repreſen
tatione vel admiſſa vt oportuerat prædi-
cti explicuerũt. vnde in ea notãda dubi
tatione: quæ noſtris tẽporibus cõtingit
aliqui dixerũt.nõ eſſe admittẽdã,ſecure
tenẽtes in regno nõ dari ex reſolutione
Oldral.conſi.94.elegãter nu.15.Bart.in
auth.poſt fratres.2.C.de legiti.hære. de
quibus ſupr.nu.5.mẽtionẽ fecimus.quo
rũ plures in regno. & omnes in ſucceſſ.
indiuidua loqũtur. ¶Alij vero econ- 14
uerſo tenuerũt lõge verius & receptius
eſſe,in regno dari repreſentationẽ, tã ex
eo ꝙ regnũ ſit verũ primogeniũ, atq; in
eo ſeruetur ordo ſucceſsionis maioratus
vt reſoluit Molin.li.1.c.1.nu.30.& c.2.
nu.10. ¶ Quam ꝙ leges in primogenio 15
loquẽtes,ſunt in regno verificãdæ, vt e-
tiam ipſe Molin.fatetur.li.1.c.3.nu.25.
¶Reciprocequc de vno ad aliud paſsim 16
argumẽtemur.ex eo.d.Moli.li.3.c.2.nu.
3.Mieres de maio.quæſt.6.nu.3.& cõ-
ſequẽter ex ea æquiparatione idẽ dicen
dũ ſit in regno ꝙ in maioratu. ¶ Quod 17
probatur euidẽtius,ex ſingul. Bal.dect.
in l.liberti libertæq; de bonis libert.dicẽ
tis,in regno ꝙ natura depoſuit,ſẽper eſ-
ſe pro nepote iudicandũ.quia primoge-
nitura in filio regis eſt prima dignitas,
poſt regẽ, ex iure inſeparabili ipſius ſan
guinis proueniẽs.idẽ Bal.in l.ex hoc iur.
nu.1.de iuſt.& iur.& cõſi.189.nu.1.vol.
2.clareq; probatur ex text.in c.licet. de
voto. ibi. *& iure quod tibi ſi dictus rex. ſine prole decederet in regno Hungariæ cõpetebat*,& in l.2.ti.15.part.2. quã ſen-
tentiã ſecure tenẽt Acoſt.de ſucceſſ. re-
gni.nu.29.&.39.Alua.Vaez.de iur.em
phit.quæſt.50.per totã. Molin.li.1.c.2.
nu.10.l. hãc ad regni ſucceſsionẽ extẽ-
dẽtes. ¶ Qua veritate retẽta,nihil obſta 18
bit: ſi ex aduerſo replicetur: regnũ indiui
duũ eſſe. Atque ſanguinis iur.deferri,&
cõſequẽter nõ poſſe admitti in eo repre-
ſentationẽ.cũ ſecundũ veriorẽ ſententiã
potius ſit hæreditariũ vt in glo.1.huius l.
ad lõgũ examinabimus,& licet ſanguinis
iure deferatur: atq; indiuiduũ ſit,nõ inde
bene deduci poteſt: excludi in eo repre-
ſentationẽ: cũ omnes qui ſanguinis iure
maioratũ deferri probauerũt: atque in-
diuiduũ eſſe: non ſolũ ex eo non exclu-
dant in eo repreſentationẽ,ſed potius ex
natura



natura perpetuitatis,atq; indiuiduitatis,
eius ſucceſsionis: neceſſario eam admit-
tant vt bene diximus ſupra in hac gloſ.
18 ¶ Quam repreſentationem in regno
admiſſam extẽdit Molin.li.1.c.2.nu.10.
ad fin.ad omnia regna Caſtellæ regno
adiuncta, ex eo quod ſiue ex ipſorũ re-
gnorum lege, ſiue conſuetudine, eũdem
ſuccedendi ordinem, obſeruatum fuiſſe
exiſtimat.Pro quo facit c.imperialem.§.
preterea ducatus, de prohibita fæudi a-
lienatione & eſt cõmunis opinio ſecundũ
Curti.iuniorẽ.conſi.57. col.6.Alex.in.
l.ex toto.notab.3.de leg.1.& conſi.178.
vol.2.Guido.papa.quæſt.269.Boerius
19 decisſio.50.nu. 19. ¶ Sed hoc verum
crederem in regno ſubmiſſo,non in ad-
iuncto.cum regna regię coronæ adiun-
cta & non ſubmiſſa, tanquã regnis ipſis
in priſtino ac ſolito robore manentibus:
legibus & conſuetudinibus proprijs
vtantur atque gubernentur, vt reſoluit
Burgos de paz in l.1.Tauri.nu.450.
20 ¶ Limita etiam eam ſententiam in re-
gno Portugaliæ, cuius ſucceſsio proxi-
miori de ſanguine regio excluſa repre-
ſentatione defertur,ꝙ euidenter patet ex
eo,quia in regno Portugaliæ cuius legi-
bus ea ſucceſsio regulãda eſt,& dubita-
tiones decidẽdæ vt adſenſũ patet & pro
bat Burgos de paz.poſt afflictũ & alios.
in l.1.Tauri.nu.450.repreſentatio non
eſt admittenda vt clare conſtat ex li. 4.
ordinationũ eius regni ti.62.§.*finãdoſe*,
quæ in maioratibus eorũ bonorũ quæ
iure emphit.deferuntur loquitur. dũ di-
cit. *e onde ouuer hi odito filho ou filha, non auera edito foro neto ou neta, poſtoq̃ o neto ſeya filho, de filho mais velho, e onde muitos filhos, ou filhas ouuer ſeimpre, o maior, das filhas amingoados filhos, aia odito foro, o pague apenſaon delle ſegundo a forma do contrato*, ex quibus verbis aperte
ducitur in bonis maioratus iure emphit.
relictis nõ dari repreſentationẽ: dũ nepo
te & patruo ſuperſtitibus admittũt ad eã
maioratus ſucceſsio. ſecũdo genitũ. ibi.
*poſto que o neto ſeia filho de o filho mais velho*. Idque clarius cuſtodiri ex l. quã
Luſitani mentalẽ appellãt.in regnoq; in-
uiolabiliter ſeruari dixerũt.Aco.de ma
ior.1.part.nu.9.21.Aluar.Vaez.de iure
emphit. quæſt.50. nu.3. ad fi.& nu.13.
Anto.Gama deciſ.174.nu.15.& deciſſ.
307.&.285.& ante ipſos id probauerũt
Philip.Franc.in c.grãdi nu.3.de ſuplẽda
neglig.prælat.in 6.vbi Geminian.col.fin.
Anchar.nu.1.Detius conſ.443.diuino
implorato,qui in ſucceſsio.regni Portu-
galiæ locũtur. ¶Neque aduerſus hanc 21
veritatẽ obſtabit dicere,ꝙ ſecundũ opi-
nionẽ Iaco.de Saa.in tract.de primoge.
pag.94.nu.40.relati & ſecuti ab Acoſt.
de ſucceſsio.regni.3.part.nu.56.Ioan.1.
rex Portugaliæ mẽtalis legis. auth.teſta.
ſuo cauit regnũ illud ad nepotẽ ſuũ Alfõ
ſum pertinere,atq; deinceps in eius ſuc-
ceſsionẽ nepotẽ ex primogenito præ de
functo ſecũdogenitũ excludere,quia vl-
tra Anto.Gama.deciſſ.174.reſpõdetur
nunquã viſũ fuiſſe illud teſtamẽtũ, neq;
ex chronicis illius regni aut alio quouis
authen.autore fideliter id cõſtare,ſed po
tius veriſimile.non eſſe cũ ſi rex Ioan.1.
legẽ mẽtalẽ in fauorẽ patrui reſpectu bo
norũ regiæ coronæ cõtra nepotem mẽte
cõcepiſſet,Euardus Ioã.filius: qui mentẽ
patris ad legẽ redegit: ſimiliter illã adie-
ctionẽ redigeret,nõ ſolũ ſi pater in teſta.
eã expreſsiſſet ſed ſi mẽte tantũ cõceptã
habuiſſet, maxime quia neq; de viſſu e-
ius teſtamẽti doctores teſtãtur neq; ſuffi
ceret ſi teſtarẽtur abſque tenoris,& ſolẽ-
nitatis,atq; veritatis, cõtentorũ in eo te-
ſtamẽto depoſitiõe ex.l.teſtiũ.C.de teſti-
bus. c. cũ. olim de priuilegij. c. ſicut de
ſentẽtia & reiud.& eorũ quę notãter di
cẽda erũt in l.41. ¶ Quod ex eo for- 22
tiſsime ſuadetur,quia regnum Portuga-
liæ & Algaruiorum ex dominica con-
ceſsione regum Caſtellæ proceſſerunt.
Regnum ſcilicet Portugaliæ ab Alfon-
ſo ſexto a quo dotis nomine Henrico
comiti datũ fuit Algaruiorum vero ab
 Alfon-

Alfonſo.11.ſapiente nũcupato, Alfonſo
tertio & Beatrici filiæ conceſſum. Cum
igitur ex regia conceſsione procedant
non eſt cur in eorum ſucceſsione detur
repreſentatio. vt tan de iure communi
quam regio, in dominica donatione di-
cendum erit, infra in hac glo. & ex li. 4.
titul. 62. §. eſinandoſe in ordinamento
Portugaliæ clare probatur.

22 ¶ Ex quo vtiliter deducitur, vera re-
ſolutio eius celebris dubitationis quæ
noſtris tẽporibus inter Philippum Hi-
ſpaniarum regem potentiſsimum & iu-
ſtitia plenum, Iſabellæ imperatricis fi-
lium, & Emanuelis regis Portugaliæ ne-
potem & Catharinam Oduardi infantis
Portugaliæ filiam vidimus agitatã, poſt
Sebaſtianum infelicem regem, in qua
noſter Philippus omiſſa repreſentatione
Catharinam excludere conabatur, &
conuerſo Catharina tanquã filia Odu-
ardi filij maſculi Emanuelis exui repre-
ſentationis Philippum excludere dice-
bat. in qua meritiſsimus Philippus, iu-
ſtiſsime obtinuit. Tam ex eo quod re-
ceptum erat non dari in eo regno Por-
tugaliæ repreſentationem. quam ex alijs
fundamentis paſsim a nobis in hac lege
23 aductis. ¶ Cui veritati nonobſtat ſi for
ſam ex aduerſo vt audiui replicetur. de
l.2. tit.15. part.2. qua tenus fatetur con-
ſuetudine Hiſpaniæ admiſſam fuiſſe in
regno repreſentationem, ex ea deducẽs
quod cum regnum Portugaliæ pars Hi-
ſpaniæ ſit, ad eius ſucceſsionem, ea con-
ſuetudo extendatur, & conſequenter in
eo regno repreſentatio detur, quia vltra
omnes quos ego legerim ad eam parti-
tarum legem nouiter reſpondetur, quod
regnum Portugaliæ, a regno Caſtellæ
dotis nomine alienatum fuit. Pluſquam
ducentis annis, ante conſtitutionem eius
legis. quia anno.1090. commiti Henri-
quo fuit conceſſum, & leges partitarum
factæ & abſolutæ anno. 1258. & vſque
ad annum. 1348. nondum obſeruatæ
fuerunt vt ex ipſarum legum prohemio
conſtat qua ratione impertinens admo-
dum erit, eam legem partitæ ad regni
Portugaliæ ſucceſsionem trahere: quæ
ducentis & quinquaginta annis poſt
regnum Portugaliæ a regno Caſtellæ ab
dicatum: edita fuit. ¶ Maxime quia in 24
Hiſpania nũquam ante legẽ partitæ ob-
tinuit conſuetudo, quod in regni ſuc-
ceſsione admitteretur repreſentatio, imo
in pluribus mundi prouincijs repreſen-
tandi ius incognitum erat, vt aduertit
Tiraquel. de primogenit. quæſt.40. nu.
14. & poſt eius legis.2. conſtitutionem,
ante illius obſeruantiam contrarium in
rege Sanctio quinto contingit. qui cum
eſſet ſecundo genitus, in regni ſucceſsio
ne fuit nepoti ex primogenito præde-
functo prælatus, cui non aduerſantur
verba eiuſdem legis ibi. *mayormente en
Eſpaña*, quia non referuntur ad ius re-
preſentationis, de quo adhuc mentio-
nem non fecerat neque vſque ad illud
tempus, conſuetudine Hiſpaniæ admiſ-
ſum erat, ſed proprius ſunt referenda ad
id quod lex ipſa prædixerat. ſcilicet
quod regnum Hiſpaniæ ad primogeni-
tum deueniret, qui quidem ordo ſucce-
dendi, in omnibus fære mundi prouin-
tijs obſerbauatur præſertim in Hiſpania
vt lex ipſa fatetur.

¶ Hanc etiam legem, ampliat Ludo- 25
uicus Molin. lib.3. c.6. num. 23. vſque
ad num. 28. ad omnia primogenia anti-
qua etiam ante l.2. tit.15. part.2. inſtitu-
ta, ex eo quod. l.1. Taurinæ declarato-
riæ ſint, & ideo ad negotia preterita ex-
tendãtur, & quia ex antiquiſsima Hiſpa-
niarum conſuetudine, atque receptiori
ſcribentium ſententia, ſemper in ea pri-
mogeniorum ſucceſsione, admiſſa fuit
repreſentatio, qua ratione, id ipſum pro
bauit Menchaca. lib.1. de ſucceſs. crea-
tione. §.27. num. 18. ¶ Quorum ſen- 26
tentiam veriſsimam credimus in ſucceſ-
ſione aſcendentium: non ex eo quod le-
ges Taurinæ declaratoriæ ſint, ſed quia
in ea ex antiquiſsima Hiſpaniarum cõ-
ſuetudine



ſuetudine, etiam ante. l.2. partitæ nepotis
vel neptis repreſentatio contra patruum
admittebatur vt in glo. verb. *o nieto, o
deſcendiente*, & verb.. *en vida del tene-
dor del maiorazgo*, Latius dicemus ſe-
cundum quam conſuetudinem atque
perpetuam ſucceſsionis maioratus na-
turam, teſtantium diſpoſitiones inter-
pretabantur, & nepotes vel neptes ex
prædefunctis, excluſis patruis ſuperſti-
tibus, vocati & admiſsi cenſebantur &
in hac ſpecie, veriſsimam credimus am-
27 pliationem Molinæ. ¶ Si vero de ſuc
ceſsione tranſuerſalium ageretur, con-
ſtanter crederem eam ampliationẽ Mo-
linæ non procedere, cum certius foret
ante legem hanc, & a fortiori ante le-
gem partitæ, in ſucceſsione tranſuerſaliũ
non fuiſſe admiſſam repreſentationem,
in ſucceſsione indiuidua maioratus vt
dicendum erit in glo. verb. *pero aun en
la ſucceſsion del maiorazgo a los tranſ-
uerſales*, vnde ius quod inſtitutionis
tempore obſeruabatur, primogeniorum
inſtitutores ſequi voluiſſe credendum
eſt. Et non iuris conſtitutiones futuras,
& incognitas, reſpexiſſe cum actus a-
gentium ad incognita, & incogitata,
referri nequeant. l. cum Aquiliana de
tranſactionibus. c. veniens vbi gloſ. de
iure iurando. l. tres fratres. ff. de pactis.
l. mater decedens de inofficioſo. l. legi-
tima de petitio. hæred. & tradunt ele-
ganter Alex. conſil.87. num.10. &.13.
lib. 6. Federicus de ſenis. conſi. 169.
quæritur an domina Margarita. Iaſſon.
in d.l. cum Aquiliana. num.20. referens
28 alios. ¶ Et magis in ſpeciæ probat hãc
ſententiam Ancharr. conſil.125. Viſsis.
col. 3. verſic.5. dicens quod diſpoſitio
regulatur ſecundum ius vigens tempore
diſpoſitionis, & non ſecundum quod
poſtea noue introductũ eſt, quod prius
dixerat Bart. ſi bene conſideretur. in l.
Gallus. in prin. num. 8. de liberis. &
poſth. Corneus conſil.83. num.6. lib.1.
Hieronimus Tornelius in. §. & quid ſi
tantum in fine & in ſpeciæ ingenioſe de
fendens hanc ſententiam Acoſt. de ſuc-
ceſsione regni num. 32. loquens infor-
tiori caſu ſucceſsionis aſcendentium.

¶ Sed an in fideicommiſsis in qui- 29
bus iure maioratus ſucceditur, ſit admit-
tenda repreſentatio: cum qualitatibus.
huius. l. eſt elegantis dubitationis, quã vt
ab origine repetamus: prius ſciendum
elegimus, in quibus fideicommiſsis hæc
dubitatio verificetur, cum nulla iuris
ciuilis. l. inueniatur quæ de fideicom-
miſſo in quo ſuccedendum ſit iure ma-
ioratus mentionem faciat, neque omni-
no fideicommiſſa, maioratui ſint ad æ-
quanda, vt contra plures confuſe fidei
commiſſa primogenijs æquiparantes,
de quibus per Albarum Vaez, de iure
emphit. quæſt.50. num.29. reſoluit Mo-
lina lib. 1. c. 1. num. 7. & per totum &
credo verificari in fideicommiſsis, in
quibus ex diſpoſitione expreſſa teſtato-
ris iure maioratus atque primogenituræ
ſuccedendum eſt, vt quia teſtator pri-
mogenitum & eius filios ad ſucceſsio-
nem fideicommiſsi cum vinculis, graua-
minibus, & ſubſtitutionibus, inuitauit,
vnum poſt alium ſubſtituendo: ſecun-
dum ordinem ſucceſsionis maioratus,
quia in huiuſmodi fideicommiſsis pro-
prie cadit hæc dubitatio, cum maioratui
æquiparentur vt deducitur ex reſolu-
tione Molinæ lib.1. c.1. nu.8. per totum
& c.7. num.10. &.11. ¶ Secundo ve- 30
rificatur huiuſmodi dubitatio in fidei
commiſsis licet non expreſſe relictis ex
verbis tamen vocationis coniecturaliter
deductis, in quibus ex propria eorum
natura, atque preſumpta teſtantium mẽ-
te iure maioratus eſt ſuccedendum: de
quibus etiam agit Molin. lib.2. &.5. per
totum.

¶ Quo quidem ſic preſupoſito ad 31
difficultatem accedendo dicendum vi-
detur, quod in quolibet fideicommiſſo
etiam ſi non iure, maioratus deferatur
ſit locus repreſentationi: nepoſque cum

patruo concurrat, ſiue ad ſucceſsionem aſcendentium, ſiue trãſuerſalium, admitti velint. ex glo. notanda licet vulgari. in l.cum ita.§. in fideicommiſſo delegat. 2.verb.proximo quam communiter ſequuntur Bald.conſi.488. Detius conſil. 1.Alex.conſil.137.vol.1.& conſil.26. num. 13. vol. 3. & conſil. 88. vol.1. & Ruinus.conſi.162.vol.1.& conſi.78.& 163.&.171.101.nu.8.&.181.nu.5.vol. 2.& conſi.12.&.13.&.142.vol.1.Iaſſo. conſi.210.&.215.vol.2.Curtius iunior. in l.ſi auus.nu.9.C.de ſucceſsio. edicto. & conſi.57.num.8.& conſi.58. num.1. conſi.128.nu.11. Anton.Rubeus. conſi. 37.38.40.45.Gozad.conſi.4.num.31. Aret.conſi.163.Socinus in l.ſi cognati. de rebus dub.& conſi.364.lib.4.Cornel.in l.fin.num.5.C. de verborum ſignificatione, & conſil.51.in fi.vol.4.& conſi. 37.num.6.lib.1. & conſi.24. nu. 32.lib.2.Roland.conſi.68.num.46. & ex num.31.vſque ad.34. quam plurimi per Tiraquel. de primogenit. quæſt. 40.num.184.188.&.189.Anton.Gab. qui hanc exiſtimat veriorem, in communibus opinionibus tit. de fideicommiſsis cóclu.3. nu.2.& nu.1. & his non ſic relatis Molina lib.3.c.7.num.20.

32 ¶ Cuius gloſæ opinionem ſolidiſsimo fundameto fulciri multi exiſtimarũt cui reſponſum dari non poſſe crediderunt, ſcilicet quod cum in fideicõmiſſo familiæ relicto eo ordine proximiores admittantur quo ad ſucceſsionẽ ab inteſt. legitimi hæredes admitterentur ex l.fin. C. de verborũ ſignificatione neceſſario dicendum ſit, in ſucceſsione fideicommiſsi, admitti debere repreſentationem cum patruoque nepotem concurrere ſicut in hæreditate ab inteſt. delata admitteretur quo argum. vſsi fuerunt fere omnes in d. §. in fideicommiſſo & Socin. conſi.249.vol.2.Corne. conſi. 50. lib. 3.& conſi.74.lib.4.& conſi.131.lib.2. Pariſi. conſi.30.36.37.38. lib.2. & his non relatis Molina.d.c.7. nu.20. verſi. *illius autem*, & Cobarr.c.38. pract. nu. 3. verſi. *ſecundo contra gloſam*, ex qua ratione ſcripſit Detius conſil.79. quod ſi teſtator expreſiſſet in fideicommiſſo fore ſuccedendum ſicut ab inteſt. admitteretur repreſentatio neposque cum patruo concurreret, quẽ ſequit Maria. iunior conſil.116.vol.1.Pariſi.conſil.64. vol.2.Iaſon.conſi.149.vol.4.verſic. ita
multo fortius. ¶ Atque ita in fidei 33
commiſſo a patruo vel auo ſub nomine collectiuo plurium perſonarum & graduum, relicto vt familiæ, generi, agnationi, genti, parentellæ. Quibus atque ſimilibus dictionibus plures perſonæ & gradus colliguntur ſententiam gloſ. fore intelligendam admittique debere repreſentationem ex eo quam plurimi tenuerunt quod ex vocatione plurium perſoſarum, & graduum, ſecundum ſucceſsionem ab inteſta. delatam diſpoſuiſſe teſtatorem: credendũ ſit. ex d.l fin.C. de verb.ſignifi. & hac ratione in hac ſpecie gl. ſententiam ſequuntur Aretin. & alij per Cobarr. c.38.num.4.verſi.9.ſecluſis & tradit Aluarus Vaez.d.quæſt.50. numer. 35. licet eos non ſequatur, ſed
alios referat. ¶ Ex quibus a fortiori 34
videtur dicendum, quod in fideicommiſſo in quo iure maioratus ſucceditur locus ſit repreſentationi, tã ex eo quod in fideicõmiſsis verius ſit fore admittendam, quam ex natura ipſius maioratus cui fideicommiſſum adæquatur, & ex teſtantis præſumpta volũtate, vnde hãc ſententiam tenet Cobarr. d. c.38. nu.5. ad fi.& nu.6.in princip.

¶ Contrariam tamen ſententiam id 35
eſt quod in fideicommiſſo, repreſentatio nõ admittatur ſed patruus nepotem excludat reprobata gloſ. in d. §. in fidei commiſſo tenent Angelus in. §. cum filius col.1.de hæredit.quæ ab inteſt.Crotus conſi.39.Pariſi.d.conſi.30. num.61. & conſi.37.nu.70.& conſil.29.&.40. nu.37.&.conſi.9.&.90.&.28. &. 64. lib.2.Bertrand.conſi.207.lib.1.Gratus conſi.



conſi.27.lib.1. Benedict. in c. Rainunt. verb. vxorem nu.60. Capra.conſil. 5. Curti.iunior in l.ſi auiæ.C.de ſucceſsio. ædict.& latius Peralta in d.§.in fideicõmiſſ. ſuper gloſ. verb. proximo. & alij quam plurimi per Albarum Vaez. d. quæſt.50.num.31.verſi.*quamuis autem*, Bald.vbi num.35.prope fin.verſi. concludo igitur hanc exiſtimat contra glo.
36 veriorem ſententiam. ¶ Et quod magis eſt ſcribentes ſupra relati qui prædict. gloſ. ſuquntur eam ſibi ipſis contradicendo reprobarunt contrariam ſententiam veriorem exiſtimantes vt Bald. in d. §. in fideicommiſſo Decius conſi. 1.&.conſil. 218.& in l.ſi auiæ col. 2. & conſil.527. &.553. &.87. &. 478. & 408.in fin.&.412.&.480.&.217.& in l.1.nu.14.C.de ſecun.nupt. Alex.etiam ſibi contrarius in conſi.204. num.6. li. 2.& conſil.4.num.10.lib.4. & conſil. 129.num.4.lib.5.& conſi.30.37.38.& 39.lib.5.& conſil.88. & 137. lib.1. & conſi.26.lib.3.& conſi.124.num.2.lib. 3.Ruinus etiam conſi.40. circa dubium in fi.& conſil. 169. vol.2. &. 181. eod. vol.& conſil. 30. &. 127. vol. 3. Iaſo. etiam in l.ſi auiæ col.3.& Curti.iunior. conſi.22.num.9. &.10. & conſil. 154. Antonius Rubeus. conſilio. 82. Viſſo eleganti Gozad. conſi.29. num.18. qui omnes contra glo.conſuluerunt & ideo eorum authoritas cum ſe cõtradixerint minuitur vnde demptis qui pro & contra tenuerunt remanet glo. maiori num. ſcribentiũ reprobata ſed eam reprobantes in eo fundantur quod repreſentatio non datur in ſucceſsione teſtamentaria vt ſupra diximus neque admittatur niſi in vniuerſali hæreditaria ſucceſsione, ex authent.poſt fratres.C. de legitimis hæredi.l.tutela.§. ſi duo de legi. tutel. cum vulga. quia in fideicommiſsis non grauato ſed relinquenti ſuccedit ex l. cohæred.§.cum filij de vulga.l.3.de interdict.l.vnum ex familia. §. ſi de falcidia, delegat. 2. & quia cum repreſentatio fictio ſit, quam nemo niſi.l. inducere poteſt, & in fidei commiſsis veritas & non fictio ſit atendenda.ex.l.fidei cõmiſſum de condi.& demõſtra.l.Statius Florus. §.fi.de iure fiſci in eis dari non poſſe repreſentationem credunt vt in ſpecie in fideicommiſſo quod iure primogenituræ defertur tenet Alba. Vaez.d.quæſt. 50 num.35.verſi.neque obſtat ad med. ibi.*concludo igitur*, ex quibus iam conſtat hanc enim eſſe in expugnabilem dubitationem.

¶ Ego tamen exiſtimo glo.ſententiam 37
in d. §. in fideicommiſſo veriorem eſſe & in contrarium adductis facile reſponderi ex ſequentibus. primo longe receptius eſſe in ſucceſsione teſtamentaria ordinaria, ſemper admitti repreſentationem, cum in dubio teſtatores ſecundum iuris communis regulas teſtari voluiſſe intelligatur, vt dicendum erit in glo. *ſaluo ſi otra coſa eſtuuiere diſpueſta*, & ita Albarus Vaez qui contra gloſſam ſecundam opinionem defendit predictam rationem improbat. d.quæſt. 50. num.
31.verſi.ego quidem. ¶ Secundo re- 38
ſpondetur quod & ſi regulariter receptũ ſit non admitti repreſentationem, niſi in vniuerſali hæreditaria ſucceſsione. hoc tamen ſicut in emphiteoſi, & iure Patronatus, in fideicommiſsis non procedit, vt
ſuis locis dicendum erit. ¶ Tertio ve- 39
riorem eſſe ſententiam grauato & non teſtatori ſuccedi. ſaltim vt proximitas ad ſuccedendum reſpectu ipſius conſideretur vt reſoluunt Cobarr.c.38. ex princ. Vaez.d.quæſt.50.num.34. & Molina lib.3. c.9. per totum maxime quia non ſequitur teſtatori ſucceditur ergo repreſentatio denegatur, cum hodie in primogeniorum ſucceſsionibus, teſtatori ſuccedendum ſit licet immediate per vltimum poſſeſſorem, a quo vere & realiter ſucceſsio capitur & cuius reſpectu proximitas ad ſuccedendum conſideratur. Et tamen locus eſt repreſentationi, vt omnes indubitanter aduertunt, pro

Molinam

Molinã. dict.c.9. ¶ 4. quod licet re-
preſentatio fictio ſit, & in fideicommiſ-
ſis veritas ſit atendenda quod non re-
gulariter eſt accipiendum, non hoc ſuf-
ficit ad excludendam repreſentationẽm,
a iure inductam: licet impediat aliquan-
do inducendam vt latius alibi dicẽdum
erit,& quamuis hanc glo. ſententiam ali
qui vt ſupra diximus expugnauerunt:
nullus ab ea diſentit vbi inter ipſius te-
ſtantis deſcendentes ageretur, quia inter
eos omnes repreſentationem admiſſerũt
vt probant Dec.conſil.1. 2. &.3 .&.79.
num.1.& conſi.217.Areti.d. conſi.162.
Socin.conſi.252.num.17. vol.2. Alex.
conſi.4.nu.11.vol.4. & conſil.26. vol.
3.Ruinus conſil.163.num.13.vol.3.Ru-
beus conſi.40.&.82.Curtius Iun.conſ.
57.num.8.& conſil.128.& in l.2.num.
11.C.de ſucceſſ. ædicto.Socinus Iunior
conſi.113. num.23. vol.1.& conſi. 126.
num.10.eod.vol.Aymon Craue.conſi.
67.nu.5.Cephal.conſi.16.32.& conſi.
282.num.18.Couar.c.38.practica, nu.
5.verſi.10.apparet Acoſta de maiorat.
regiæ coronæ num.20.Anton. Gab.tit.
de fideicommiſſ.concl.3.num.11. ad fin.
40 ¶ Atque etiam in fideicommiſsis in qui
bus iure maioratus ſucceditur,quia cum
ea fideicõmiſſa ad inſtar maioratus Hi-
ſpaniæ reducta, veram & propriam ip-
ſorum primogeniorum naturam acci-
piant, omninoque maioratui æquipa-
rentur, repreſentatio in eis perpetua ne-
ceſſario erit admittenda, tam in aſcen-
dentium,quam tranſuerſalium,ſucceſsio
ne,vt tenent Couar.d.c.38.pract. num.
5. ad fin. & num. 2. & Molin.licet non
his fundamentis lib.1.c.13.num.19.&.c.
1.num.26.&.27.atque ex.d. gloſ. con-
ſtabit.
41 ¶ Sed an in fæudorum ſucceſsioni-
bus in quibus iure maioratus ſucceditur
locus ſit repreſentationi videamus, ad
cuius veram explicationem, prænotan-
dum exiſtimo: quod ex pluribus fæudo
rum ſpeciebus de quibus per Albarum
Vaez de iure emphit. quæſt.41. per to-
tam. ¶ Nunquã viſſum, neque audi- 42
tum fuit, in his regnis Hiſpaniæ, aliud
fæudorum genus: quam conceſsionis
oppidorum, cum dignitate, & iuriſdi-
ctione,a principe nobilibus factæ: pro-
pter aliquod ſeruitium tempore belli
cum certo numero militum deſignato
qui vulgo dicuntur *lanças*, vt aduertit
Molina.lib.1.cap.13.num.47. referens
Luſitanorum legem Acoſta de maiorat.
bonorum regiæ coronæ nu. 25. reſpon-
dens donationem regis factam alicui,&
eius liberis per modum maioratus, non
eſſe fæudum, neque fæudorum natu-
ram habere, inferens ad donationes re-
gis Henrici ſecundi vt fæudorum ſpe-
ciem non contineant,quod prius dixe-
rat Palat. Rub. in Rub. de donat. inter
virum. §.69.num.30.&.34. ¶ Et qui 43
ſimiles bonorum conceſsiones habent,
proprie in Hiſpania vaſſalli nuncupãtur
atque in eis leges de vaſſallis loquenti-
bus erunt proprie intelligendæ vt etiam
aduertit Molin. d. c.13. nu.48.referens
plurima iura regni,in quibus conceſsio-
nibus: quæ proprius ad fæudi naturam
accedunt poterunt verificari, quæ infra
de repreſentatione in fæudo admiſſa di-
cenda erunt. ¶ Secundo etiam huius 44
modi principalis dubitatio poterit veri
ficari in omnibus fæudis indiuiduis in
quibus iure primogenituræ vnus tan-
tum ſuccedit de quibus per Tiraquel.
de primogenitura.quæſt.4. num.37. &
num.46.47.cum multis alijs.
¶ Quo quidem ſic præſuppoſito di- 45
cendum eſt in fæudorum ſucceſsioni-
bus regulariter admitti repreſentationẽ,
nepotes que cum patruo tam in aſcen-
dentium, quam tranſuerſalium, ſucceſ-
ſione ſemper concurrere c.1. §. his vero
defitiẽtibus de gradibus ſucceſsio,fęud.
c.1.de ſucceſsio.fæud.ibi. *nepos & filio
loco ſui patris*, c.1.de ſucceſsio. fratrum.
ibi. *Vocantur primo fratres cum fratrum
præmortuorũ filijs*, & tradũt late Tiraq.
de pri-



de primogenit.quæſt.40.nu.18.Couar.
c.38.pract.num.13.Grego.Lup. in l.6.
tit.24.part.6.Iulius Clarus.§. fæudum.
quæſt.75.Anto.Gab.de ſucceſſ. ab in-
teſt.regul.1.nu.7.Alba.Vaez.d.quæſt.
50.num.17.&.18. quam repreſentatio-
nem in fæudis hæreditarijs de quibus
per Pinel. in l. 1. 3. part. num.84. C.de
bonis mater.& per Iul.Clarum. §. fæu-
dum.quæſt.9.& per Valaſcum de iure
emphit.quæſt.43.&.44.omnes admit-
46 tuntur. ¶ Ex eo quod cum ſint hære-
ditaria qualitates aut prærogatiuas ſuc-
ceſsionis hæreditariæ debent continere:
& conſequenter repreſentationem, quæ
nõ niſi in hæreditarijs ſucceſsionibus re
gulariter admittitur.l.tutela.§. ſi duo de
legiti.tutel.l.ſi libertus præterito. §.1. de
bonis liber.& tradunt omnes in authen.
poſt fratres.C.de legit.hæredit. Anton.
Gab.de ſucceſſ.ab inteſt cõclu.1. nu.29.
Acoſta in alega.pro.patruo.pag.34.
47 ¶ Si vero fæudum non ſint hæreditaria.
ſed familiaria,& ex prouidẽtia, vt quia
ex pacto hominis nulla facta mentione
hæredum fuerunt conceſſa. de quibus
per Valaſ.d.quæſt.43. nu.2. & quæſt.
44.per Iul.Clar.in d.§.fæudum quæſt.
9. in eis non admitti repreſentationem:
tenent Bart. in d.authen.poſt fratres.2.
C.de legi.hæredi.Bald. in l. ex hoc iure
quæſt.6.de iuſt & iu.Cuma.in l.cum ita
§. in fideicommiſſo de legat. 2.Rubeus
conſi.82.& 85.Alex.conſi.85.&.129.
48 vol.5.& conſil.204. vol.2. ¶ Et hoc
quia in fæudo ex prouidentia deficit
qualitas hæreditariæ ſucceſsionis,& ſo-
lum conſideratur hominis diſpoſitio, vt
prædicti aduertunt, vnde quamuis in
fæudo hæreditario proximitas conſide-
retur reſpectu vltimi morientis, in fæu-
do vero ex pacto & prouidentia reſpe-
ctu concedentis conſiderari probat. c.
1. §.fin. de ſucceſſ.fra.reſoluit.Couar.c.
38.pract.num.1. atque alibi paſsim tra-
49 ditur. ¶ Contrariam tamen ſententiam
idest quod in fæudo familiari & ex pa-
cto atque prouidentia, etiam ſi non ſit
hæreditarium ſed ex dominica, vel alte-
rius hominis donatione,ſeu conceſsione
conſtet: ſit admittenda repreſentatio in-
ter eas perſonas: quæ in hæreditatibus in
locum parentum ſuorum ſuccedere ſo-
lent: tenent multi, in d. authent. poſt fra-
tres Abba.conſi.85.nu fin. vol.1.Aflict.
in c.1. num.13. &. 23. de ſucceſſ. fæud.
Gama. deciſſ.1. num.fi.Iaſo.in l. ſi auiæ
num 5. C. de ſucceſſ. ædict. Tiraquel.
plures referens de primogenit. quæſt.
40.num.18.Couar. c.38.pract. num.1.
ad fi.Acoſt.de ſucceſſ. regni. num. 50.
Alua.Vaez.d.quæſt.50.num.4. in fin.
princi. & his non relatis Ludo. Molin.
lib.3.c.6.num.47.huius veritatis ratio-
nem tradentes, ſed in fæudo in quo iure
primogenituræ ſucceditur vt iam præ-
diximus dificilis admodum reſolutio
videtur, & non etiam repreſentationem
admittendam,ex eiſdem rationibus cre-
debant ſcribentes quibus multi eam fidei
commiſsis denegarunt vt in ſpecie pro-
bat Bart.in d.authen. poſt frates qui lo-
quendo in regno Apuliæ quod eſſe fęu
dum eccleſiæ Romanæ fatetur, negat in
eo repreſentationẽ. quẽ ſequitur Bald.
conſi.395.in regno libero vol.2.Anto.
de Roſelis de ſucceſſ.ab inteſta.nu.118.
quos defendere conatur Corneus cõſi.
131.lib.1. ¶ Sed contrariam ſententiam 50
in fæudo. primogenituræ. probat text.
in c.1.vbi gloſ.verb.*ſolus*,de natura ſuc
ceſſ.fæud.Bertrand.in l.liberti.nu.18.de
bon.liber.Abb.conſi.85. col.1. Iaſo. in
l.nemo poteſt.num.38.de lega.1. Aret.
conſi.144.col.3.Albar.Vaez referens
Tiraquel.& alios.d.quæſt.50.num. 7.
&.8.Acoſt.de maiora.bono.regiæ co-
ronæ num.19.verſi.altercaſus & melius
de ſucceſſ.regni num.50. & ex nu. 49.
& his non relatis Couar.d.c.38 nu. 13.
Molina neminem referendo lib.1.c.13.
num.19. ¶ Et hoc quia quamuis re- 51
preſentatio ex ſua propria natura ope-
retur vt nepos cum patruo concurrat,vt
diximus

dixinus indubitatione præcedenti, &
probant Alexan.con.123. vol.1. deciſſ.
Neapolit.21. num. 10. tamen in materia
indiuidua. non ſolum concurſum ſed
etiam excluſionem operatur vt etiam ibi
aduertimus & probatur per Bald.conſi.
101.ſuper.1.quæſito li.4. Aretin.conſi.
164.Soci.conſi.252.d.decciſſ.Neapol.
21. Tiraquel. de primogenit. quæſt.40.
num.24. vſque ad num.26. & nu. 102.
52 vſque ad num.104. ¶ Reducto. enim.
fæudo ad maioratum.neceſſario quali-
tates hæreditariæ ſucceſsionis conſer-
uat, & in his quæ in fæudis deciduntur
ſecundum iuris communis regulas &
non ex conſuetudine ſpeciali fæudorum
data rationis paritate de fæudo ad ma-
ioratum, & contra validum eſt argumẽ.
vt reſoluit Molin.lib.1. c. 7. per totum.
& in ſpecie nu.6. & quia cum in fæudo
ſit iure maioratus ſuccedendum, neceſ-
ſario dicendum eſt omnia quæ in maio-
ratu ſtatuta ſunt in fæudo fore ex ea
æquiparatione ſucceſsionis admittenda,
vt etiam reſoluit.Molin.d.c.13.num.19.
& lib.1.c.1.num.26.&.27. quæ præci-
pua ratio eſt.
53 ¶ Sed an in emphiteoſi locus ſit re-
preſentationi quando iure maioratus
defertur videamus, ad cuius verã expli-
cationem aduertendum eſt, quod ſi em-
phiteoſis ſit ſecularis & priuata vt acce-
pta pro ſe & hæredibus repreſentatio
admittitur, nepoſque cum patruo con-
currit vt tradunt Angel. & Alex. in l.
Gallus.§. quidam recte de lib. & poſth.
ipſe Alex.conſi.129.num.3.4.&.8.lib.
5.Corne.conſil.24.vol.2. Tiraquel. de
primogenit. quæſt.40. num.21. Couar.
c.38.pract.nu.fi. Portius conſi.8.nu.21.
54 ¶ Et hoc quia emphiteoſis ſecularis, &
priuata, hæreditaria cenſetur, & cum cæ-
teris bonis teſtatoris in iuditium fami-
liæ herciſcundæ venit. l.item prædia. ff.
fami.hercis.l.hæredes. C. de omni agro
de ſer.Bart.& communis in l. quod di-
citur de verborũ Lancelo Galiaula in l.
Gallus.§.quidam recte num.35. de lib.
& poſt.vbi Anto.Rub.num.149. Alua.
V aez.d.quæſt.50.nu.5.in princ. ¶ In 55
emphiteoſi vero eccleſiaſtica, vt quan-
do quis accepit ab eccleſia pro ſe & li-
beris ſuis emphiteoſim, & decedens fi-
lium atque ex præ mortuo nepotem re-
liquit non admitti repreſentationem, ne-
que nepotẽ cum patruo concurrere, te-
nent, Raphael Cuma. in l. cum ita. §. in
fideicommiſſo in fi. de lega.2. vbi Bald.
& Alex.d.conſi.129.num fi. li.5. Ruin.
conſil.25.vol.1. & conſil.162. vol.1. &
conſil.127.col.3.vol.3. Curti.iuni. in l.
2.nu.24.C.de ſucceſſ.ędict.Anto.Rub.
in l.Gallus.§.quidam. recte nu. 135. &
136.Iaſo.in l.2. col.3. vbi Detius nu.5.
&.13.C. de ſucceſſ. ædict. Benedict.de
benedict.conſi.5.& ſi viſſo. ¶ Et hoc 56
quia vbi eccleſia emphiteoſim. Petro
& eius liberis conceſsit non tam perſo-
na Petri qui aſcendens eſt quam eccleſia
ipſa concedens inſpicitur, cũ liberi ip-
ſius Petri magis ab eccleſia quam ab ip-
ſo Petro aſcendenti emphiteoſim acci-
pere dicantur ex Bart.in l. mortis cauſa
de donat.cauſſ.mort. Iaſo. in l. 2. num.
200.C.de iure emphiteo. atque elegan-
ter probatur authoritate Bald. in l. cum
acutiſsimi. C. de fideicommiſſ. dicentis
quod ſi aſcendens emphiteoſim pro ſe
& liberis ſuis accipiat coniectura quæ
ſumitur vbi aſcendens eſt qui diſponit
ceſſat, quaſi dicat ceſſare coniecturam
& controuerſiam.ab ſcribentibus ex di-
ſpoſitione hominis deductam, an ſcilicet
eo caſu repreſentatio admitteretur de
qua in.§. in fideicommiſſo cuius ſenten-
tiam ex tollit Socin.in l.cum auus.num.
47.de cond.& demonſt. & ita impro-
priæ ſcribentes hoc de emphiteoſi eccle
ſiaſtica. cum articul.dubio.glo.in d.§.in
fideicommiſſo inuoluũt, vt aduertit Ti-
raquel.de primogenit.d.quæſt.40.nu.
185. quam plurimos.id ipſum tenentes 57
referens. ¶ Contrariam tamen ſen-
tentiam. ideſt quod in emphi. ſeculari
vel ec-



vel eccleſiaſtica, ſit admittenda repre-
ſentatio nepoſque cum patruo concur-
rat, verius probant Angel. in d. §. qui-
dam recte. vbi Alex.col.fi.ipſe Alexan.
ſibi contrarius conſulendo conſi.26.nu.
9.lib.3.Corne.conſi.24.num.penul. &
conſi.137.li.2.& conſi.232.col.3.lib.4.
Curt.iuni.in l.fi.col.2.de ſucceſſ. ædict.
& in tracta. de fæud.3. part. quæſt.12.
Ruinus.conſi.25.& conſi.162. lib.1. &
con.127.col.3.lib.3. Roland. conſi. 68.
ex nu.36. Molin.ad Alex.d. conſi.129.
nu.3. lib.5. Tiraq.d.quæſt.40.num.21.
& hanc eſſe veriorem ſententiam, per
Anto.Gab.de ſucceſſ.ab inteſt. cõcl. 1.
58 num.32. vſque ad fin. ¶ Et a fortiori
ſi emphiteoſis eccleſiaſtica alicui & hæ-
redibus concedatur, ex Tiraq.d. queſt.
40.num.185.Couarr.lib.2.varia. c.18.
59 num 4. ¶ Quo quidem ſic prænotato
ad noſtram dubitationem accedẽdo ſi
emphiteoſis iure maioratus atque pri-
mogenituræ deferatur multi eandem fe-
cerunt diſtinctionem vt ſi priuata & ſe-
cularis ſit, in ea tanquam in hæreditaria
ſucceſsione repreſentatio admittatur, ſi
vero eccleſiaſtica denegetur vt reſoluũt
Cornel. conſil. 131. lib. 3. Tiraquel.d.
quæſt.40.num.189. Roland. d.conſil.
68.num.36. Aluar. V aez.d. quæſt.50.
num.50.prope fi.vbi alios referunt.
60 ¶ Sed abſque diſtinctione verior ſen-
tentia eſt in ea dari repreſentationem,
tam ex eo quod cum admodum maio-
ratus emphiteoſis reducatur antiquas
hæreditariæ ſucceſsionis qualitates reti-
neat. vt in fæudo diximus, & infra latius
in dñica donatione, dicemus, quã ꝙ cũ
in emphiteoſi, iure primogenituræ ſuc-
cedatur ſecundum ordinem in reliquis
Hiſpanorum primogenijs cuſtoditã fo-
re etiam ſuccedendum, atque conſe-
quenter repreſentationem admittendam
dicendum eſt, & ita eam admiſſerunt
licet non his fundamentis. Couarr. d. c.
38.col.penul.Ludoui.Molin.lib.3.c.6.
num.42.& lib.3.c.7.num.19.
61 ¶ Quid erit in anniuerſarijs, aut in om-
nibus alijs vinculis particularibus, ſeu
meliorationibus, tertij, & quinti videa-
mus & cum in his ſuccedatur quedam
iure & tit. particulari & in proprie at-
que abuſiue ſucceſſiones vocentur, ex
quo non ſunt vniuerſales.l.id tempus.§.
1. de vſucapio, atque vniuerſali tantum
ſucceſsione iura conceſſerint repreſen-
tationem, authen.poſt fra.C.de legi.hæ-
redi. cum vulgari, non videntur ea vin-
cula poſſe comprehendi ſub abſoluta
maioratus appellationẽ, vt colligitur ex
adductis per Alex.cõſi.129. vol.5. qui-
bus non conſideratis contrarium & ve-
rius tenuerunt: Mencha.de ſucceſſ. crea.
lib.3.§.26.num.95. Couar.lib.3.var.c.
5.num.6. Mieres de maiorat. in princi.
num.5.6.&.7.referens Peraltam.in l.3.
§.qui fideicommiſſam.num.138. & ipſe
Mieres in 4. part. de maiora. quæſt. 3.
perto. Padilla in Rub.C.de fideicõmiſſ.
num.10.Molin.lib.1.c.1. nu.25. 26. 27.
vbi in terminis. l. 45. id ipſum fatentur
quorum ſententiam veriorem credimus
tam quia vincula ſeu primogenia parti-
cularia ad inſtar regni, ducatus & mar-
chionatus, aut ſimilium dignitatum, re-
gulantur, & ſicut a capite mẽbra regun-
tur: vt prædicti exiſtimant. quã quod in
vinculis particularibus eadẽ ratio qua
litatis maioriæ aut primogenituræ, qua
nepos patruũ excludit verſatur, vt de du
citur ex Præpoſ. Alex. in c. vnico de fæu
do. Mar. in reſpõ.ad 19.arg.pro patruo
relatus & ſequutus a Peral.in rub.de hæ
redi.inſt.nu. 122.ad fi.vbi. nu.123. tenet
eandẽ oppin. ¶ Quã ego intelligo.dum 62
modo in bonis ãniuerſario ſubiectis, iur.
maiora.prædeceſſ.ſucceſsiſſet: atq; bona
ipſa vere maioratus forẽt, vel quia ex an
tiquiſſima cõſuetu. ita anteceſſores ſuc-
ceſſerunt, vel quia ex verbis inſtitutiõis,
verũ primogeniũ inſtitutũ fuiſſe cõſtat.
quia tũc ex æquiparatione anniuerſario
rũ ad maioratũ, prohibitionem alienatio
nis, perpetuitatẽ, indiuiduitatẽ, repreſen-
tationẽ, atque omnes alias qualitates, &
prærogatiuas bonis maioratus proprias
ea bona

ea bona vinculo anniuerſarij ſubiecta
habere conuenit, vt prædicti ſcribentes
aduertunt & melius Couar.d.c.5.num.
6.Peralta in d.rub.de hæredib.inſti. nu.
122.&.123.ſi vero prædicta deficiant ex
ſola oneris impoſitione celebrandi an-
nuatim ſacrificia neque verus & pro-
prius maioratus inducitur, neque ea res
eius oneris implemento ſubiecta in alie
nabilis remanet,imo alienari, vendi at-
que inter hæredes per eſtimationem di-
uidi poteſt,oneris cauſa ſalua,atque per
manente, ita vt contra tertium poſſeſſo-
rem fauore animæ,ad præſtationem eius
quod in ſacrificijs expenditur agi poſsit
ita eleganter deducitur ex l.nihil propo
nitur delega.1.l. fundi trebatiani de vſu
fructu.legat.& reſoluunt Ripa in l.1.§.ſi
hæres percepto ad Trebel.Guid.papa
deciſſ.576.Detius conſi.336.&.374.
num.4.vbi ſolam ſimilis oneris impoſi-
tionem: abſque expreſſa, vel ex verbis
clare deducta,alienationis prohibitione
non ſufficere ad verum maioratum in-
ducendum, exiſtimant. atque magis in
ſpecie tradunt.Molin.conſil. analitico.
2.nu.32.Anto.Gama deciſſ.30. per to-
tam.& deciſſ.224.num.8. atque ſingu-
lariter probatur ex ſimili ſententia Gre-
gorij in l.10 tit.26.part.6.verb.*vendiē-
do,* col.4.ad medi.verſic. *& hinc etiam
videtur*, dicens quod ſi rex dederit li-
centiam alienandi bona Henricheña
tranſeunt cum onere maioratus,cum o-
nus maioriæ ſit quædam ſeruitus. cum
igitur in his vinculis aut anniuerſarijs:
in quibus iure maioratus ſucceditur,om
nes primogeniorum Hiſpaniæ qualita-
tes,atque prærogatiuæ concurrant, qui
bus vera primogenia regulantur merito
in eis admittēdam repreſentationem di-
xerunt omnes ſupra relati, & non ad-
mitti in eis cui onus tantum adiunctum
eſt ex ipſorum reſolutione deducitur.
62 ¶ Quid in ſucceſsione iuris patrona
tus an ſit locus repreſētationi videamus
quæ dubitatio verificari poteſt quando
ex conſuetudine, vel hominis prouiden
tia, primogenitus tantum ad id ius pa-
tronatus admittitur, quod fieri poteſt
ex Ioanne Andrea in c.ex inſinuatione
de iure patronatus.c. cum ſeculum eod.
tit.vbi omnes.Detius in l.pactum. C.de
collat.Benedict.in c.Rainuntius verb.in
eodem teſtamento.1. nu.143. Tiraquel.
de primogenit.quæſt.37.&.38.Grego.
in l.8.tit.15. part.1. glo.4.ad medium.
vel in omnibus caſibus in quibus ius
patronatus ad maioratus ſucceſſorem
tranſit,de quibus per Molinam.lib.1.c.
24.per totum præcipue num.30.&.31.
cum alijs. ¶ Qua dubitatione ſic ve- 63
rificata: dicendum eſt in iure patronatus
eccleſiaſtico debere admitti repreſenta-
tionem. cum patruoque nepotem con-
currere, quando ius patronatus non iu-
re maioratus defertur ex doctrina. In-
nocentij in c.1.de iure patronatus. Ioā.
Faber.& Angel.in.§.cum filius.inſti. de
hæredita. quæ ab inteſt. Benedict. in c.
Rainun.verb. & vxorem num.56. Ro-
chus de iure patronat.verb.ipſevel is.in
princ.& per totum Tiraquel.de primo-
genit. quæſt.40. num.21. & quæſt. 33.
num.fi.Couar.in c.38.pract.nu.13.verſ.
ſed in iure patronat. Albar. Vaez. d.
quæſt.50.num.10.ad fin.A coſt.de ma-
iora.bono.regiæ coronæ.num.23.Gre-
go.glo.1.in l.8.ti.15.part.1. Anto.Gab.
in commu.oppinio.tit.de ſucceſſ.ab in-
teſt conclu.1.nu.32.Pelaez.in tract. ma-
iora.in princ.num.7.omnes per text. in
clem.plures de iure patronat.& non ſo-
lum in ſucceſſ.aſcendentiū ſed & tranſ-
uerſaliū. inter frates & filios fratrū ad-
mittunt. ¶ Et ex eo procedere credunt 64
ꝙ ius iſtud patronatus, eccleſiaſticum
hæreditariū eſt, ab ipſa quæ hæreditate
gubernatur.ex gl. cōmuniter recepta in
c.conſiderandum. 16. quæſt. 7.c. cum
ſeculum vbi.Panormi.de iu.patronatus
Lamberti.de iure patrona art.17. quæſt.
2.Couar. & alij ſupra dicti. ¶ Quod 65
in iure patronatus libertorum non pro-
cedit



cedit. in quo nepos a patruo excluditur
repreſentatio que denegatur ex l. liber-
tus præterito. §.1. de bonis liber. l. do-
mum iuncta gloſſ. eod. titu. & hoc ele-
ganti ſtilo probant. Tiraquel. de pri-
mogenit.d.quæſt.40.num.152. Aluar.
Vaez.d.quæſt.10.num.11. Anto. Gab.
d.regula.1. num.13. & Grego. per text.
66 ibi.in l.12.tit.15.part.1. ¶ Et hoc quia
ius patronatus libertorum non defertur
iure hæreditario. l. vt iuſiurandi. §. fin.
de bon. liber. & alias rationes dife-
rentiæ eleganter aſsignat. Tiraquel. d.
quæſt.40.num.152. vſque ad num.156.
67 ¶ Si vero ius patronatus genti, gene-
rationi, familiæ ſeu parentellæ iure ma-
ioratus atque primogenituræ ad inſtar
primogeniorum Hiſpaniæ deferatur ita
quod ad vnum duntaxat deueniat. is
que primogenitus ſit dubitari non po-
teſt, quin in eo repreſentatio ſecundum
ordinem huius l.admittatur, vt in fæudo
emphiteoſi fideicommiſſo, atque anni-
uerſarijs, diximus vt tradunt Couar. d.
c.38. ad fin. Alua. Vaez. d. quæſt.50.
num.10.ad fi. Mieres in tracta.maiorat.
in princip. num.7. Peralta in rub. de
hæredi. inſti. num.123. & his non rela-
tus Molin.li.3.c.7.nu.19. & c.5.nu.42.
68 ¶ Sed an in donatione dominica ſit
admittēda repreſentatio vel nepos a pa-
truo excludendus eſt elegantis dubita-
tionis, quam ab origine examinabimus
& vt clarius veritas conſtet hac diſtin-
ctione fore vtendum exiſtimaui. ¶ Aut
in ea donatione nulla ſit mentio maio-
ratus & in hac ſpecie ſi oppida cum iu-
riſdictione abſque dignitate donantur
clariſsimum eſt tanquam libera eſſe iu-
dicanda, atque inter liberos diuidenda,
cum nulibi iure deciſſum reperiatur, ex
ſola ſimplici donatione etiam ſi domi-
nica ſit, ſponteque a rege facta primoge-
nium inductum eſſe vt reſoluit Gomez
in præſ.nu.12.in.fi.Molina.lib.1.c.11.nu.
27. & per totum & conſequenter in ea
donatione, in qua iure maioratus nō ſuc
ceditur, dubitandū non eſt.an repreſen-
tatio admittatur ſecundum ordinem hu-
ius l. quod quidem etiam procederet in
bonis diuiſibilibus cum in eis non iure
hæreditario ſed ex cōceſsione dominica
ſuccedatur vt infra latius erit dicendum.
¶ Aut oppida cum iuriſdictione tit. 69
que ducatus, ſeu marchionatus, alicui
nobili, & eius filijs, & deſcentibus in in-
finitum fuerunt conceſſa, & in hac ſpecie
quamuis ex ea donatione etiam non cē-
ſeri primogenium inductum: aliqui exi-
ſtimauerunt, verior tamen & receptior
ſentētia eſt, propriū & verum primoge-
nium induci atque in eo fore ſucceden-
dum in infinitum iure maioratus, de pri-
mogenito in primogenitum, linea recta
primogeniorum, vt ſolidiſsimis funda-
mentis probant Gomet. hic num. 12.
Grego.in l.12.ti.1.part.2.glo.1.Pincl.de
bo.mater.in l.1.3.part. nu.17.Mieres in
tract.maio.1.part.q.12.nu.14.& Moli-
na.li.1.c.13. per totum. & in ſpecie nu.
10.& nouiſsime Io.Matienço in l.11.tit.
7.li.5.glo.7.ex nu.2.vſque ad fi.glo.&
probatur ex his quæ de coniectura ad
inducendum maioratum ex reipſa dedu
cta infra latius dicenda erunt in l. 41. &
conſequenter in ea dominica donatione
in qua iure maioratus ſucceditur, admit-
ti debere repreſentationem cum qualita-
tibus huius l. videtur dicendum. ¶ Sed 70
contrariam omnino ſententiam, id eſt in
donatione dominica ti.ducatus aut mar
chionatus, nobili & eius deſcendentibus
facta, non admitti repreſentationem, ve-
riorem exiſtimarunt, Bart. in authē. poſt
fratres.2.C.de legi.hæred.vbi Fulgo.Pi-
nel.& Corneus.Soci.iuni.conſi.73. nu.
31.lib.1. Ioann.Licerier de primogenitu.
lib.1.quæſt.25.num.8.Alexand. conſi.
129.num.5.lib.5. Anton.Rub. in l. Ga-
llus. §. quidam recte num. 135. de li-
ber. & poſthum. Couarrubi. cap. 38.
practic. numer. 5. verſic. 10. apparet.
Aluar. Vaez. de iure emphiteo. d.
quæſtio. 50. num. 13. &. 20. cum alijs
M & reſol-

& reſoluit num. 27. Acoſta de maio-
ra. regiæ coron. per totum & his non
relatis Molina lib.3.cap.7. num.13. vbi
omnes hanc dicunt veriſsimam ſenten-
71 tiam. ¶ Ex eo quod in huiuſmodi
donationibus, atendi non poteſt præ-
ſumpta teſtantis affectio, atque ordina-
tio, erga liberos, vt primum ſcilicet do-
natarij filium, deinde nepotem, atque
deſcendentes, in infinitum inuitauerit, ex
qua teſtatoris affectione, a iuris princi-
pijs deducta in teſtamentaria ſucceſsio-
ne admittimus, repreſentationem, atque
vnius primogenit', in locum alterius per
petuam ſubrogationem, ſed principa-
liter conſideratur ratio quæ tendit in re-
gis ſeruitium, cum rex donans: magis
quod ſuo obſequio, atque regni commo
do, & conſeruationi, conuenit quam
deſcendentium donatarij affectionem in
ea dominica conceſſione reſpexiſſe in-
telligatur: vt conſiderant Paul. conſi.
164. col. fi. Acoſta de maiora. bono. pa-
trimo. num. 16. verſic. adijcio præſum-
ptam. Alua. Vaez. d. quæſt. 50. num. 21.
ad med. & his non relatis alios referens
72 Molina. li. 3. c. 7. nu. 12. ad med. ¶ Cum
igitur a communiter accidentibus, habi-
liores & potentiores ſint patrui ad regi
ſeruiendum quam nepotes. vt per text. in
l. eum pater. §. pater pluribus de legat. 2.
conſiderant Alex. conſi. . vol. 4. Bald.
in l. fi. C. de furt. Afflict. in c. 1. num. 68.
de ſucceſsione fæud. Tiraq. & alij per
Aluar. Vaez. d. quæſt. 50. num. 20. ad
fin. merito ad eum proprius affectionem
principem habuiſſe intelligitur quam ad
73 nepotem debiliorem. ¶ Quod qui-
dem ex eo eleganter comprobatur quia
in dominica conceſsione non iure hæ-
reditario ſucceditur, neque tanquam
ipſius donatarij hæreditas eius ſucceſſio
deriuatur, ſed ex dominica prouidentia,
a rege donante deffertur. vt conſiderant
Oldrald. conſil. 224. num. 28. Abba.
conſil. 85. lib. 1. Alexand. conſil. 349.
vol. 2. & Aluarus Vaez alios referens
d. quæſtio. 50. num. 22. & 23. atque
elegantius Acoſta de maioratibus regiæ
coro. num. 21. & 22. inferens ex hoc ad
plurima conducibilia in propoſito: qua
quidem ſententia retenta: non obſtant
fundamenta in contrarium adducta,
quia licet ex donatione dominica op-
pidorum cum dignitate ducatus, & mar-
chionatus, verum primogenium videa-
tur inductum, non ex ea reductione de
donatione ad maioratum ſicut in fæudo
dici poteſt: admitti debere repreſenta-
tionem, quia ex natura fæudi admittitur
& ita ad inſtar maioratus reducto an-
tiqua repreſentationis qualitas in eo
conſeruatur, in donatione dominica de-
negatur, & ita reducta ad maioratum
non eſt cui nouam repreſentationis na-
turam aſſumat, neque antiquam con-
tra iuris communis precepta, ex ea re-
ductione admittatur vt in fortioribus
terminis conſiderant Paul. conſi. 164.
num. fin. lib. 2. reſpondens donatio-
nem per modum maioratus alicui fa-
ctam, non eſſe fæudum, neque nouam
naturam aſſumere, quod ſcripſit poſt
Paul. Palat. in rub. de donationi. §. 69.
num. 30. & 34. & eleganti ſtilo reſol-
uit Acoſta de maiora. bono. regiæ co-
ro. num. 24. & 25. & comprobatur ex
traditis a Suarez (licet in alio dificiliori
propoſito) in l. quoniam limita. 11. num.
4. C. de in officioſo teſtament. ¶ Et 74
ex hac viua ratione, omnes ſupra. d.
ſcribentes qui in dominica donatione
repreſentationem denegarunt. hac vti-
liſſima diſtinctione vſſi fuerunt, quod
ſi donatio non ſit fæudalis admitti non
poſsit repreſentatio, ſi fuerit fæudalis
admittatur, quaſi reductio de ea ad ma-
ioratum, primeuam eius naturam non
mutauerit. quam diſtinctionem tenent.
Nicolaus de Matarela. in l. final. C.
de iuriſdictio. omni. iudic. relatus &
ſequutus a Bald. in l. liberti. nume. 18.
C. de oper. libertor. Tiraquel. de pri-
mogenit. quæſtio. 40. numer. 224.
Aluar.



Aluar. Vaez. dict. quæſt. 50. num. 6.
13. & 11. Licerier de primogenitura
quæſt. 25. num. 8. Acoſta de maiora.
regiæ coron. num. 19. verſi. ex his colli-
gitur Molina lib. 3. c. 7. num. 13. ſicut in
reductione iuris patronatus, emphiteo-
ſis, & fideicommiſsi, ad maioratum vi-
demus. vt antiquam repreſentationis na
turam retineant & ita non erit neceſſaria
conſequentia ex dominica donatione,
cum dignitate ducatus, & marchiona-
tus, inducitur primogenium ergo cum
repreſentatione tam ex eo quod in do-
natione non diceretur, ex reductione
conſeruari: ſed de nouo naſci, & creari
quam quod maioratus abſque repreſen-
tatione dari poteſt præcipua enim pri-
mogeniorum natura in perpetuitate, at-
que indiuiduitate conſiſtit, & plurima
Hiſpaniæ primogenia abſque repreſen
tatione reperiuntur: cum poſsit ea repre
ſentatio ab inſtituente excludi.
75 ¶ Aut rex fecit donationem, vt in ea
iure maioratus deinceps foret ſucceden-
dum, vt rex Henricus. 2. qui nobilibus
ſui regni, quam plurimas fecit donatio-
nes, & quia ſi iuxta tenorem verborum
ſeruarentur, grande coronæ regiæ dam-
num eſſent a laturæ, ex conſilio perito-
rum eas ingenioſe modificabit, teſtamen
to ſuo conſtituens: quod in eis ſuccede-
retur deinceps iure maioratus. & quod
deficiente filio legitimo ad regiam coro
nam reuerterentur, vt habetur in l. 11. tit.
7. lib. 5. nouæ recopilationis. vbi clau-
ſula teſtamenti regis Henrigi. 2. refertur
& pro lege ſeruari cuſtoditur ſic habẽs,
*pero toda via que ayan por mayorazgo y
finquen al hijo maior legitimo de cada vno
dellos y ſi muriere ſin hijo legitimo que
tornen ſus bienes del que muriere a la co-
rona de los nueſtros reynos*, de qua multi
ex noſtratibus atque exteris meminerũt
vt diximus ſupra in principio huius gl.
quo quidem ſic præſuppoſito tria du-
bia notabilia circa prædictæ clauſulæ
interpretationem deducuntur.
¶ Primũ an prædictæ donationes va- 75
luiſſent, de quo vide aliqua per Molin.
lib. 1. c. 3. num. 18. Tiraq. de primogeni.
quæſt. 35. num. 19.
¶ Secundum an modificatio harum 77
donationum iuſte fieri potuiſſet: de quo
etiã videndi ſunt Io. Lupus de donatio.
inter virũ in rub. §. 69. nu. 14. Acoſt. de
maiorat. bono. regiæ coronæ. nu. 2. per
totũ. Pinel. in l. 1. 3. part. nu. 62. C. de bo.
mater. & nouiſsime Io. Matien. in l. 11. ti.
7. lib. 5. glo. 9. per totam. vbi contra l.
perfecta donatio. C. de donatio quæ
ſub modo exiſtimant eam fuiſſe iuſtam
modificationem.
¶ Tertium, de quo agendum erit, an 78
in huiuſmodi donationibus ſit admitten-
da repreſentatio, & ꝙ non admittatur ex
eo prouabilior ſententia videtur, ꝙ ante
l. Henrici. 2. prædictæ donationes nullã
omnino ſpeciẽ fæudorum habebãt: neq;
filius in eis tanquam in hæreditate patris
ſuccedebat ſed ex ſola regis donantis
prouidentia admittebatur, vt conſiderãt
Io. Lupus in d. §. 69. nu. 30. & 34. poſt
Paul. Caſtren. conſi. 164. vol. 2. nu. fi. at-
que elegãtius Luſita. Acoſt. de maiora.
bono. regiæ coro. num. 24. & 25. & de
ſucceſſ. regni. nu. 29. & 30. & cõſequen
ter ante ipſius regis legẽ in eiuſdẽ dona-
tionibus non erat locus repreſentationi,
quæ non niſi in fæudali conceſsione ad-
mittebatur, ex diſtinctione ſupra d. ex
quo clare videtur dicendum ꝙ l. regis
Henrici. 2. qui prædictas donationes ad
inſtar maioratus reduxit: primeuam ea-
rum naturam non mutauerit: neque re-
preſentationis qualitatem eiſdem impro
priam nouiter adiecerit. neque eſt cur ſi
donatio fæudalis non erat ex reductio-
ne ad maioratum nouam atque impro-
priam naturam aſſumeret, ex Paul. Aco-
ſta & alijs de quibus ſupra. ¶ Et hanc 79
exiſtimo veritatem quamuis Molina
lib. 3. c. 7. nu. 13. per totum contrarium
crediderit. ex eo quod in eiſdẽ donatio-
nibus principis diſpoſitio proprius ad
M 2 men-

mentem iuris & legis repreſentationem admittentis referenda ſit: quam ad commodum ipſius. & quia etiam ſi in eiſdem donationibus iure hæreditario non ſuccedatur: cum ad modum maioratus reducantur, locum in eis habet repreſentatio. & demum quia generalitas huius l. quæ in ſucceſsione cuius libet maioraratus admittit repreſentationem: eas donationes ad modũ, maioratus reductas comprehendit.

80 ¶ Quibus fundamentis facile reſpõ. improprie dici quod principis diſpoſitio ad mentem iuris ſit referenda, & proprius ad ipſius principis mentem: qui ius ipſum eſt referri debere, & quod quamuis fateremur, ad mentem iuris eſſe referendam: receptiſsimum habemus in eis dominicis conceſsionibus nequaquam admitti repreſentationem, minuſque iubat eius ſententiam quod in ſucceſsionibus primogeniorum quamuis non ſint hæreditaria ſed ſanguinis iure deferantur ex peculiari eorum natura ſemper admittitur repreſentatio quia preterquam ꝙ verius eſt primogenia eſſe hæreditaria (vt latius ſcripſimus) in gloſa. 1. huius. l: ea quæ a rege fuerunt inſtituta ſanguinis iure non deribantur; neque hæreditaria proprie nuncupantur, ſed ex dominica conceſſione quæ nunquam admiſsit repreſentationem; principaliter deferuntur neque. l. iſta quæ generaliter eam maioratui conceſsit in reducto ex alia diſpoſitione quæ repreſentationis qualitate carebat verificatur, & hanc ſenten- tentiam contra Molinam eleganter probat Acoſta d. num. 24. &. 25. & ex nu. 19. verſi. ex his colligitur quam firmiter teneo.

81 ¶ Quam repreſentationem in maioratu, in contractu conſtituto: libenter admittimus: tam ex eo, quod licet verbum ſucceſsio de quo in hac. l. in ſucceſſione ex teſtamento delata, proprius quam in ea quæ ex contractu defertur verificetur, ex l. nihil aliud de verbo. ſignifi. tamen generice ſumptum ſucceſſo rem vniuerſalem ſeu particularem ex vltima voluntate, aut contractu, comprehendit. l. fluminum. §. adijcitur de dam. infect. l. 1. §. 1. cum ſimili. quorum legat. l. generaliter. §. cum autem ibi. *reliquerit vel dederit*, C. de inſtitu. & ſubſti. & in ſpecie fideicommiſsi in contractu relicti. quod etiam ſubſtituto mortuo ante donatarium grauatum, ſit in eo locus tranſmiſsioni. probant Angelus in. §. ex conditionali inſti. de verbo. Benedict. in c. Rainuntius verb. & vxorem nomine nu. 62. Ripa reſpon. 1. de reuocat. donat. & magis in eſpecie probatur in l. quoties. C. de donat. quæ ſub modo, melius probat hoc in ſpecie Ruinus conſi. 14. col. fi. vol. 1. & conſi. 163. num. 7. eod. vol. vbi admittit repreſentationem in contractu. & reſoluunt Detius in l. traditionibus num. 14. &. 15. C. de pactis, & ipſe Detius in conſil. 239. Aymon. Craueta conſi. 19. num. 9. & alij relati & ſequuti a Molina lib. 3. de Hiſpanorum primogenijs. c. 7. num. 16. vbi hanc ampliationem in ſpecie tenent & ſolidiſsimis fundamentis comprobant.

*SVMMARIVM.*

*MAior ætate ſemper ad primogenium admittitur. num. 1.*

*Maioratus ſemper in dubio cenſetur inſtitutus in filio maiori. num. 2.*

*Philippus rex noſter iuſtiſſime ad regni Portugaliæ ſucceſsionem admiſſus contra Philibertum Sabaudiæ ducem tanquam natu maior. nume. 3.*





# Gloſa. 3. ad l. 40.

1 IBi. *aunque el hijo maior*, ſcilicet ætate qui ſemper eſt ad primogenium admittendus, vt pro regula traditur a Molin. lib. 3. c. 1. &. 2. per totum. quod æquitati, rationi que, congruum eſt, quia cum bona maioratus indiuidua ſint, ad vnumque tantum ex filijs pertineant, merito ad primogenitum natu maiorem cui in eſt vera primogenituræ qualitas pertinere debent, vt conſiderat Oldral. conſi. 94. eleganter col. 4. Ancha. cõſi. 339. pro maiori intelligentia. col. 2. Beroius conſi. 71. num. 25. &. 47. Detius conſi. 443. num. 25. & alij relati & ſe-
2 quuti a Molina lib. 1. c. 11. nu. 9. ¶ Ex quo ſi maritus vxori vel econtra: aut alteri facultas inſtituendi primogenium comitatur, & morte preuentus ipſum non inſtituat. in filio maiori cenſetur inſtitutum, tam ex preſumpta comitentis voluntate, quam ex natura ipſius maioratus quæ maiorem filium reſpicit, ex notanda doctrina Iſerniæ in c. 1. §. is de quo de gradibus ſucceſsio. Paul. conſi. 179. vol. 1. Guid. pap. quæſt. 505. & melius Grego. in l. 2. tit. 15. part. 2. verb. *en Eſpaña*, referens Ioan. de Imol. in c. cum in iure de elect. & facit l. 33. Taur.

3 ¶ Et hinc cõſtat Philibertum Sabaudiæ ducem iuſtiſsime a noſtro inuictiſsimo, rege Philippo in controuerſiam ſucceſſionis regni Portugaliæ fuiſſe excluſum cum Philippus ætate maior fuiſſet. conſiderando vtriuſque perſonam, imo & mediante repreſent. ſi ea foret admittenda ducem legitime excluderet. cum rex noſter ex Auguſta matre ætate maiori natus ſit & Philibert. ex infanta Beatrici minori quidem ætate procreatus.

*SVNMARIVM.*

*FIlius incapacis, ante incapacitatẽ natus: patruo excluſo, ad primogenium admittitur. num. 1. & . 2.*

*Poſthumus conceptus ante incapacitatem patris: ſecundogenitum excludit. num. 3.*

*Furioſus quando ad primogenium admittatur remiſſiue num. 4.*

*Furioſus quando a primogenio excludatur. num. 5. remiſſiue.*

*Filius furioſi quando patruum excludat. num. 4. & . 5.*

*Filius infamis: quando a primogenio excludatur remiſſiue. num. 6.*

*Filius criminoſi, an ad maioratum ſit admittendus numer. 6. remiſſiue.*

*Cecus an primogenium obtineat, remiſſiue. num. 6.*

*Mutus an maioratum conſequatur, remiſſiue. num. 6.*

*Vſusfructus ſi a primogenito aufertur, quando ad fiſcum deuoluitur. numer. 7.*

*Primogenitus ex condemnato, quando fiſcum excludat, numer. 7. & . 8.*

*Succeſſor in maioratu, an propter delictum a prædeceſſore animo priuandi ipſum commiſſum: commoditate ipſius priuetur. numer. 8.*

*Monaſterium ex perſona monachi, quando ad maioratum admittatur, late & vtiliter examinatur. num. 9. vſque ad numer. 50.*

*Monaſterium ſucceſſionis incapax, a maioratus ſucceſſione excluditur. numer. 10.*

*Remedium legis. 45. Tauri. non conceditur ſucceſſionis incapaci. numer. 11.*

*Canonicus regularis an ſuccedat in maioratu. num. 12.*

*Monaſterium ſucceſſionis capax, ad primogenium ex bonis tantum patrimonialibus inſtitutum admittitur. num. 13.*

*Monaſterium ſucceſsionis capax, ſuccedit in fideicommiſſo.num.14.*

*Monaſterium ſucceſsionis capax, ſuccedit in emphiteoſi.num.15.*

*Monaſterium ſucceſsionis capax, an & quando ſuccedat in ſæudo. num.16.& 37.&.47.*

*Monaſterium haberi loco filij late examinatur. numer. 17. vſque ad numer. 22.*

*Baldi reſtrictio ad.c.in preſentia de probat, reijcitur.num.23.*

*Aſcendentes preferuntur monaſterio, & Antonij Gometij error. impugnatur. num.24.*

*Monaſterium an habeatur loco poſthumi, vt rumpat teſtamentum. numer. 25.*

*Affectio legis cum acutiſsimi. C. de fidei commiſsis an in monaſterio, filio ficto verificetur.num.26.*

*Intellectus ad. c. in preſentia remiſsiuæ: num.27.*

*Conditio quæ aliquem a monaſterio auertit, vt turpis reijcienda eſt. numer. 30.*

*Monaſterium excludit ſubſtitutum vocatum ſub conditione ſi ſine liberis legitimis & naturalibus ex ſuo corpore natis.num.31.*

*Monaſterium excludit ſubſtitutum, licet ſit de conſanguineis.num.32.*

*Monaſterium retinet iura. ſanguinis & ſuitatis.num.33.&.34.*

*Monaſterium ſi non inſtituatur rumpit teſtamentum.num.35.*

*Monaſterium non ſuccedere in maioratu cui annexæ ſunt dignitates ſeu iuriſdictiones, probant multi. num. 36. & 37.cum alijs.*

*Non licet a regula diſcedere niſi contrarium deciſſum reperiatur. nume. 38.*

*Excluſus nemo cenſetur niſi a iure ſpecifice excludatur.num.39.*

*Priuatio iuris non inducitur niſi in caſibus a iure expreſsis.num.40.*

*Succeſsio regulariter datur vbi non reperitur prohibitio.num.41.*

*Monaſterium ſemper intelligitur admiſſum ex diſpoſitione: l. non prohibentis eius ſucceſsionem. numer. 42.*

*Monaſterium vt excludatur debet id conſtare ex diſpoſitione expreſſa teſtatoris. num.43.*

*Monaſterium quibus verbis a teſtatore excluſum cenſeatur.num.44.*

*Monaſterium de conſuetudine non ſuccedit in regno, ducatu, ſeu marchionatu. num.45.*

*Bona maioratus etiam habentis dignitatem, ſeu iuriſdictionem, particularia dicuntur. numer. 45. ad finem.*

*Ratio quare regnum, ducatus, ſeu marchionatus, non tranſit in monaſterium num.46.*

*Differentia inter magnas dignitates, & alia bona feudalia.num.47.*

*Fœminæ reginæ ſeruitia præſtant per ſubſtitutum.num.48.*

*Summus pontifex an cum monacho diſpenſet, pro generatione habenda: in vtilitatem reipublicæ.num.49.*

*Clericus quando admittatur ad primogenium remiſsiuæ.num.49.*

# Gloſa.4. ad l. 40.

1 M *Vera*, naturaliter, vel ciuiliter, in caſibus in quibus mors ciuilis, naturali æquiparatur, vt quia filius maior. aliqua iuſta cauſa incapax ſucceſsionis efficiatur, quia tunc filius eius ante incapacitatem natus patruo excluſſo, ad primogenium admitteretur. eius patris perſonam, qui ciuiliter mortuus eſt, repreſentando. vt reſoluunt Præpoſ. Alexandri. in c.1. de fæud. Marchiona. Andre. de Iſernia in c.fin.tit. epiſcopum vel Abbatem Grego. in l.2. tit.15. part. 2. verb. *ſiendo ome para ello*: verb. ſi tamen demens, vel furioſus, &. in verb. aduerte etiam, Tiraquel. de primogenitura quæſtio.23.num.14. &. 15. Molineus. in conſuetudi. Pariſien. titul.1.§. 10.num.30.fol.127. Mieres in.2. part. maiorat.quæſt.6. num. 7. Molina. lib. 1. cap.13. num. 35.

2 ¶ Quod quidem ipſe Molina. ibi. nu.36. intelligit quando tempore quo filius maior ciuiliter moritur, ea morte qua ſucceſsionis incapax efficitur, filium reliquerit. quia ſi poſtea in incapacitate naſcatur, nõ admitti ad primogenium credit. cum ſtatim cum incapax ſucceſsionis filius maior efficitur, irreuocabiliter in ſequentem in gradu ſucceſsio transferatur, & qualitas ad ſuccedendum requiſita eo tempore quo dies ſubſtitutionis ceſſerit, præciſſe in perſona ſuccedere volentis concurrere debeat. neque ſi ex poſt facto ſuperueniat. ſufficiet. ex l. ſi quis cum haberet. ff. de ſuis & legitimis hæredibus.l.1.§. ſi quis proximior. ff. vnde cognati cum alijs per Molin. ibi aductis atque ab ipſo melius traditis lib.3.cap.7.numer.4.per totum.

3 ¶ Quod ego ſublimitarem ſi ante incapacitatem conceptus fuerit, vt tunc poſthumus patruum excludat, ex reſolutione Tiraquel. de primogenit. quæſt. 40. num. 2. & num.130. Licerier in eod. tractat. quæſt. 25. lib. 1. & in terminis. l.45. reſoluit Mieres in tractat. maiora. 3.part. quæſt.2. numer. 9. Tiraquel. in l. ſi vnquam. verb. ſuſceperit liberos numer. 144. C. de reuocand.donatio.& de retract.§.1.tit.1.glo. 1. verb. *ou linagier*, num. 75. cum igitur in caſibus vbi incapax ſucceſsionis filius maior efficitur, nepos natus, vel conceptus, ante incapacitatem: ſecundo genitum excludat. neceſſario videndum erit quando incapaces effecti. a ſucceſsione excludantur.

4 ¶ In primogenito ex filio furioſo, dicendum eſt quod in caſibus vbi furioſus ad primogenium admitti poteſt, de quibus per Molin. lib. 1. c. 13. num. 21. vſque ad num. 39. cum filius patris perſonam habilis ad ſuccedendum, repreſentet. nimirum ſi ſecundo genitum a maioratus ſucceſsione excludat, ex Bald. doctrina in l. venia. num. 5. C. de in ius vocan. ſequuta ab Alexand. ibi. num. 9. Iaſo. 6. Decio. 7. & contra Oldrad. conſil. 224. num. 37. Gregor. Lup. Tiraquel. & alij relati & ſequuti per Molin. lib. 3. c.7. num.1. 2. &. 3.

5 ¶ In caſsibus vero vbi furioſus a primogenio excluditur, de quibus per ipſum Molinam. d. cap.13. num.21. vſque ad num.39. conſequenter & filius eius maior a patruo ſuo excluderetur: cum non poſsit eſſe plus iuris in cauſato quam in influenti potentia cauſæ, ex vulgata doctrina. Bald. in l.1. de ſenato. & conſil. 40. lib. 3. Paul. num.6. Alexand.3. Iaſo. 16. in l. Gallus. §. nunc. de lege Velleia, de liber. & poſth. & in ſpecie comprobat Molina.d. lib.3. c.7. num. 4. alibique nos latius dicemus.

6 ¶ Eadem ratione in filio infamis, vbi pater ex infamia incapax ſucceſsionis efficitur, & in filio criminoſi vbi ſufficiens cauſa criminis excludendi eum a primogenio oritur, de quibus per Molin.d. c.13. vbi num.66.&.67. de ceco & num.46. vſque ad. 65. de muto & ſurdo agit.

7 ¶ Quæ omnia limitabis in filijs eorum qui ex delicto a maioratu priuantur, in caſibus vbi vſusfructus per vitam illius, a quo primogenium aufertur, ad fiſcum deuoluitur, de quibus per Molin. lib. 4. cap.fin. per totum. quia tunc primogenitus ex condemnato non admitteretur, ſed vſusfructus confiſcabitur. ex vulgata. l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus de damno infecto & reſoluunt Moline. in conſuetu. Pariſi. quem referens ſequitur Grego. in l.2. tit. 15.part.

15.part 2.verſi.*ſiendo ome para ello*,col.
1.vbi hoc limitat,& Molin.d.c.fi. num.
8 11.cum alijs. ¶ Quod vtiliter limita:
niſi maioratus poſſeſſor: animo priuan-
di ſucceſſorem a primogenij commo-
ditate delictum commiſiſſet, quia nihil
ſucceſſori tunc preiudicaret, neque in
eius præiuditium commoditas confiſ-
caretur, ex Bald.in c.1.§. aut ſi libellario
quibus.mod.fæud.amit. col.1.verſi. ſed
quid ſi vaſſallus quem ſequitur Grego.
in l.1.tit.13.part.4.glo.9.col.1.ad fi.

9 ¶ De filio primogenito monacho
effecto, an incapax ſucceſsionis maiora
tus efficiatur, itaquod ſecũdogenitus ad
primogenium admitti debeat, vel an ne-
pote ex primogenito religionem ingreſ-
ſo, excludatur, aut ex perſona ipſius mo
nachi, monaſterium retineat commodi-
tates, eſt elegantis dubitationis, quam li-
cet exteri & noſtrates diligenti ſtudio
explicuerunt, varijs in locis: varia tra-
dentes, non ita eam examinarũt: vt quam
plurima notatu digna: ad eius dubitatio
nis veram reſolutionem conducibilia:
omiſſa non reliquiſſent, ad cuius diffi-
cultatis veram explicationem, ita fore
diſtinguendum exiſtimo.

10 ¶ Aut monachus profeſſus eſt in re-
ligione ſucceſsionis incapaci, & in hac
ſpecie omnes tradiderunt monaſterium
ex perſona monachi a maioratu fore ex
cludendum ſequenti que vocato, viam
ſucceſsionis aperiri, cum pro mortuo
reputetur, atque idem quod mors, ſuc-
ceſsioni incapacitas operetur. l.1.§. ſed
ſi patruus.ff.de coniũgen. cum emanci.
l.ſi necem.§.deportatus.ff.de bo.libert.
& primo ſubſtituto datur ingreſſus ac ſi
primus vocatus non fuiſſet l.1.§.qui ha-
bebat. ff. de bon. poſſeſſ. contra tab. l.
pater filium vbi glo.ff.de inofficio.teſta:
l.1.§.ſciendum. ff. de ſuis & legiti. cum
vulga. & reſoluunt Tiraquel.de primo
genit.quæſt.23.nu.1.Grego.in l.2.tit.15.
part.2.verſi.*ſiendo ome para ello*,in prin.
latius Molina, lib.1.c.9.num.27. vſque
ad num.30.& magis in ſpecie.ipſe Mo-
lin.lib.3.c.2.num.13. cum alijs & lib.1.
c.13.num.69.Mieres in tractat. maiora.
2.part. quæſt.3. num.6. vſque ad num.
20. & probatur in clementi. exiui de
paradiſſo de verborum ſignifica. l.27.
tit.7.part.1.quæ de monaſterio ſucceſſ.
in capaci agunt. ¶ Ex quo datur li- 11
mitatio ad l.45. Taur. vt eius diſpoſi-
tio transferens in ſequentem ſucceſſorẽ,
ſtatim cum verus maioratus poſſeſſor
moritur, actualem atque veram ciuilem
& naturalem poſſeſsionem, ſit reſtrin-
genda, quando proximior monachus
effectus eſt in religione ſucceſsionis in-
capaci, vel aliter incapax ſucceſsionis
efficitur, ex Bald. in Rub.de cauſſ.poſſe.
& proprie Alexand.conſi.82.vol.2. &
conſi.15.lib.6. Barba in d.rub.fol.22.
verſi.oportune ſe offert.& conſi.8.vol.
2.Benedict.in c.Rainuntius verb.*mortuo
quoque teſtatore*.2.num.73. alij per Ti-
raquel.in tractat.le mort. in.2. declara-
tione in 2. part. in princi. ¶ Et ita in 12
canonico regulari tradunt Bal.in l.data
opera col.10.C.qui accuſa non poſſ.&
in l.ſi quis. §.talem. C. de ſecund. nupt.
Grego in d.l.2.ti.15.part.2.verb.*ſiendo
ome para ello*. col.1.ad fi.Rube. in reper.
Rub.de dona.inter.§.26.num.4.Plaza.
de delict.c.4.num.94.& nouiſsime Io.
Matienço in l.1.tit.7.lib.5.nouæ recop.
glo.1. nu.16. vbi eam dicunt veram re-
ſolutionem.

¶ Aut monachus profeſſus eſt in re- 13
ligione quæ ſaltim in communi ſucceſ-
ſionis capax eſt, & in hac ſpecie ſub di-
ſtingue quia aut maioratus ex bonis
tantum patrimonialibus inſtitutus eſt,
neque dignitates aut iuriſdictiones ha-
bet. & in hac ſpecie monaſterium ex per
ſona monachi ad primogenium admitti
conſtanter tenuerunt Specul. in tit. de
ſucceſſ.monachorum.§.1.verſi.11. num.
15.Paul.Caſtrenſis conſi. 164. num.7.
vol.2.Nicol.de Vbal.de ſucceſſ. cleric.
reg.2.*de reg.non mendi*. Anto.Gomez.
in preſ.



in preſ.num.66.ad fin.Grego. in l.2.tit.
15.part.2.verb.*ſiendo ome para ello*,in fi.
& in verb.*ſi dexaſſe*, Mieres in tractat.
maiora.2.part.quæſt.3. ex num.6. cum
multis alijs. atque nouiſsime Ioan. Ma-
tienço in l.1.titu.7.lib.5. glo.1. num.18.
atque his non relatis Molina lib.1. c.13.
14 num. 77. vſque ad num. 80. ¶ Et ita
ſuccedit in fideicommiſſo. Curti. iunio.
conſi.84.per totum.Ruinus conſi.200.
num. 7. lib. 2. Ripa. in l. ex facto. §. ſi
quis rogatus nu.40. ad Trebel.Aymõ.
conſi.152.nu.2. & his non relatis, Mo-
15 lina.d.c.13.num.77. ¶ Succedit etiam
in emphiteoſi alias prohibita alienari
glo. in l. ſi ita quis. §. ea lege de verbo.
vbi Angelus.num.4.Paul. in fin. Imola
col.2.Iaſo.num 15. Aretin.nu.9. Alex.
conſilio.lib.5.Palatius in rub.§.47. nu.
16 18. Beroi.quæſt.70.per totam. ¶ Suc-
cedit etiam in fæudo cui nõ eſt annexũ
aliquod ſeruitiũ perſonale, quod a mo-
naſterio preſtari non valeat, Bald. in c.
inter dilectos.de fide inſtru.& in c.1.nu.
2. de mili.vaſſal.qui arma bellica. & in
c.quæ in eccleſiarum num.9. de conſti.
Capi.deciſſ.10. Silua.conſi.3. num.57.
Alex.conſi.10.lib.8. Nicol. Boeri. de-
ciſſ.354.Curti.in tract.de fæud.3.part.
quæſt.3. Aymon.conſi.303.Caro.Mo-
lin.in conſuet.Pariſi.ti.1.§.51. num.48.
& nullo ex his relato alios referens Lu-
douicus Molina.lib.1.c.13.nu.76.

17 ¶ Quam quidem ſententiam ex eo
omnes confirmauerunt, quia monaſte-
rium loco filij haberi crediderunt, ad
excluſionem ſubſtituti ſub conditione ſi
ſine liberis deceſſerit dati, ex authen.niſi
rogati ad Trebel.c.in preſentia de pro-
batio.l.ex facto.§.ſi ad Trebel.ex qui-
bus eam vulgarem allegationem, ſcili-
cet monaſterium haberi loco filij, dedu
xerunt antiquiores. Dinus, Cinus, Bald.
Salicet.& Fulgoſ.in d.authen.niſi rogat.
Pariſi.in d.c in præſen.nu.47. vbi Ve-
roius. num. 445. & plures per Tiraq.
in l.ſi vnquam verb. ſuſceperit liberos.
num.42.C.de reuoca.donat. Rubeus in
l.Titia.§.Imperator.num.224.de legat.
2.Corneus.num.5. in.d.authen. niſi ro-
gati.

¶ Sed ea ratio, vera non eſt, neque ex 18
eo monaſterium ex perſona monachi ad
primogenium admittitur: quod loco fi-
lij habeatur quia cõmunis alegatio præ
dictorum iurium non procedit, imo ve-
rius ac receptius eſt, loco filij non habe-
ri monaſterium, quia ſi loco filij habe-
retur conditio ſi ſine liberis eſſet imple-
ta, & conſequenter, ex iuris principijs,
& ex voluntate, & verbis teſtatoris, ſub-
ſtitutio ceſſaret, etiam ſi cauſa pia ſubſti-
tueretur, cuius contrarium probatur in
d. authent. niſi rogati & in alijs iuribus
ſupra relatis. ergo loco filij non habetur
neque communis allegatio procedit.
Vlterius ſi monaſterium haberetur pro
filio, non eſſet verus ſed fictus, ciui-
lis & improprius, vt patet ad ſenſum. &
agnoſcunt relati a Tiraquel.in d.l.ſi vn-
quam verb. *ſuſceperit liberos*. num.45.
vnde ſubſtitutum non excluderet, vt
probatur in l. fideicommiſſum.de con-
ditio.& demoſtra.l.ſi ita quis.53.§.1.de
legat. 2. cum enim condito a teſtatore
adiecta, de liberis loquatur, ea verba
naturaliter & non ficte, atque improprie
ſunt accipienda. ex regul. l.1. de his qui
veni.ætat.impetra. l.ſtatius.§.Cornel.de
iure fiſci.l.ex ea parte. §. inſulam: ff. de
verborum & conſequenter non de mo-
naſterio filio ficto, contra proprietatem
verborum & regulam.l.nõ alie.de legat.
3.contra naturam conditionis quæ pro-
prie & ſpecifica forma eſt adimplenda
l.qui hæredi.& l.Meuius. ff. de condi.
& demonſt.& ſimul contra voluntatem
teſtatoris ex regul. l. in conditionibus
de condi.& demonſtrat.

¶ Fortiter que obſtat, quod ea com 19
munis ratio nullatenus poſſet applicari,
ad conditionem ſi nuptias contraxerit,
vt aduertunt Corneus in d. authen. niſi
rogati, & colligitur ex Felino in d. c.

in preſentia. numer. 42.
20 ¶ Neque ad caſum quo inſtituti, vel
inſtituta, fuiſſent clerici, vel diaconiſa,
quorum profeſsio non erat monaſtica,
vt in l. diaconiſam & per totum. C. de
epiſcopis, & cleric. & notat Duarenus
de ſacris miniſterijs. c. 4. vnde alia ra-
21 tio quærenda eſt. ¶ Et ita cum iudi-
tio eam communem impugnarunt Bart.
& Angel. in d. authent. niſi rogati poſt
Ricard. ibi. idem Bart. & Paul. in auth. ſi
qua mulier num. 4. &. 19. & in effectu
idem concludit. Corneus in d. authent.
niſi rogati Benedict. in c. Rainun. verb.
& vxorem. num. 224. Phanu. de lucro
dot. glo. 5. nu. 23. Beroius. in c. in præ-
ſentia. num. 515. Ripa. in l. ex facto num.
87. de vulga. Couarr. alios referens. li. 1.
varia. c. 19. num. 6.
22 ¶ Ex qua communi ac recepta ſen-
tentia, reijcies vt ſuperfluam. Bald. opi-
nionem in authent. ſi qua num. 3. C. de
ſacroſanct. eccleſi. reſtringentis vulga-
rem allegationem. c. in preſentia ad ca-
ſus in iure expreſſos quod prius aduer-
tit Bart. in d. §. ſed & hoc num. 4. Iaſo.
poſt modum in d. authent. ſi qua num.
19. &. 20. Detius. num. 52. Felin. 42. in
d. c. in preſentia.
23 ¶ Cauebis etiam ab errore, Antonij
Gometij. 1. Thomo. c. 1. num. 4. dicentis
quod ſicut in ſucceſsione ab inteſtato
preferuntur filij aſcendentibus, authent.
in ſucceſsione. C. de ſuis & legi. hæredi.
authent. defuncto ad Tertul. ita etiam in
ſucceſsione monachi. monaſteriũ quod
pro filio habetur erit preferendus quod
antea dixit. glo. in authen. ſi qua verb.
*liberos*, & in. §. ſed & hoc verb. intraue-
rit & in. c. ſi qua. 19. quæſt. fi. quam ſen-
tentiam præterquam quod ex ſupradi-
ctis. veram non eſſe conſtat, contrariam
veriorem de iure exiſtimamus cum Pla-
cẽtino doctore antiquo relato. ab Acur-
ſio in d. authen. ſi qua. Bart. nu. 18. Paul.
5. Iaſo. 33. vſque ad num. 36. Salicet. 8.
in d. authẽ. ſi qua Beroius in. d. c. in pre-
ſentia. num. 523. poſt Anton. & Panor.
nu. 53. Grego. in l. 17. tit. 1. part. 6. verb.
*deſcendieſſen*. atque hoc per l. 6. Tauri
non indiget ampliori probatione.
¶ Et iterum cauebis ab opinione, di- 24
centium, monaſteriũ haberi pro poſthu
mo & per ingreſſum religionis tamquã
poſthumi agnatione rumpi factum teſta
mentum. quemadmodum & ſui hæredis
agnatione rumperetur ex l. poſthumo-
rum de iniuſt. rupt. §. poſthumorum in-
ſtit. de exhæreda. libero. quod probat
glo. iunto text. in d. authẽ. ſi qua. & cum
Couar. Alciat. & alijs reſoluit Mencha.
de ſucceſſ. creatio lib. 3. §. 21. num. 166.
quia ex ſupra d. veriſsima reſolutione
reijcitur & veriorem huius exiſtimant
contrariã, Alciat. in rub. de li. & poſthu.
nu. 48. Beroius ſupra num. 513. Lupus
in l. 20. tit. 1. part. 6. glo. fin. & magis pro
hac ſententia vrget text. in authent. de
monachis. §. illud. col. 1. & in auth. nunc
autem verb. ſi prius de epiſco. & cleri.
& in authen. ingreſſi verb. neque a con-
trario ſenſu quam etiam veriſſimam exi-
ſtimant Bart. in d. authen. ſi qua num. 6.
& 7. cum diſtinctio, Guillelmi in c. Rai-
nuntius verb. *mortuo*. 1. nu. 297. Couar.
in. c. quamuis. 3. part. §. 2. num. 5. in fin.
Mencha. parum ſibi conſtans. §. 20. nu.
29. ſcilicet quod teſtamentum rumpatur
quo ad legitimam monaſterio conpeten
tem, ego veriſsimam credo abſque di-
ſtinct. cum pro filio monaſterium non
habetur, & conſequenter neque pro
poſthumo.
¶ Elicies etiam omnino periclitari a- 25
liam non minus receptam ſententiam
glo. fi. in l. cum acutiſsimi. C. de fideicõ-
miſſ. dicentis quod monaſterium habe-
tur loco filij: ad excluſionem ſubſtituti.
non ſolum in conditione ſi ſine liberis
expreſſa, ſed in tacita illius. l. & l. cum
virum. C. eod. tit. atque lege cum auus
de condi. & demonſtra. quod conſide-
rabit. Corne. in. l. cum acutiſsimi num.
9. Lupus in l. 10. titu. 4. partit. 6. verb.
*dexaſſe*,



*dexaſſe*, Gomez. 1. thomo. c. 5. num. 34.
Guillelmus in verb. *ſi abſque liberis*. nu.
10. maxime atentis nonnullis differen-
tijs, de quibus per Ripam in l. ex facto.
§. ſi quis rogatus num. 27. ad Trebell.
inter expreſſam & tacitam conditionem
ſi ſine liberis, quæ ſententia periclitatur
atenta communi qua predicta iura intel-
liguntur in liberis naturalibus ſimul &
legitimis & non infictis tantum & im-
proprijs (vt ſupra diximus) & quia ra-
tio prædictorum iurium ad monaſteriũ
male ad aptatur, cum reſpiciat deſcen-
dentem grauatum propter ſpecialem ra-
tionem deductam ex naturali affectio-
ne, atque ex præſumpta teſtantis mente,
poſteritatem ſuam diligentis: ad quam
principaliter reſpexiſſe creditur, quem
nõ ita veriſsimile eſt de monaſterio, filio
ficto cogitaſſe: neque vllam ipſius af-
fectionem habuiſſe: vt conſiderat Ripa
in d. §. ſi quis rogatus num. 37. maxime
ne duæ præſumptiones atque ſpecialita-
tes iuris principijs contrariæ darentur
contra l. primam de dotis promiſsio. &
reſolutionem. Ripæ. in d. §. ſi quis roga-
tus num. 28.
26 ¶ Quibus ſic vtiliter explicatis, atque
retenta hac veriſsima ſententia, contra
vulgarem allegationem prædictorum
iurium ad c. in præſentia de probationi
reſpondent Panormita. ibi. num. 4. De-
tius. Felin. Tiraquel. ſupra & Iaſo. in d.
authen. ſi qua mulier num. 18. Beroi. nu.
476. in d. c. in preſentia Rub. in d. §. im
perator num. 224. atque alibi paſsim
ſcribentes quorum intellectus non eſt
27 noſtrum examinare. ¶ Et ita videmus
non ex eo monaſterium ex perſona mo
nachi, vbi ſaltim in communi ſucceſsio-
nis capax eſt, ad primogenium admitti,
quod pro filio habeatur, ſed verius, quia
conditio ſi ſine liberis ſimul & tota reſti
tutio ex ea cauſa pro nulla & non ſcri-
pta habetur vt ad literam dicit impera-
tor in d. §. ſed ex hoc & in. §. ſi quis ſub
conditione quorum iurium ratio licet
ab ſcribentibus admodum difficilis re-
putetur, vt colligitur ex traditis per Ri-
pam. d. nu. 38. Bero. in d. c. in preſentia.
num. 479. cum alijs. ¶ Tamen inter 28
omnes receptior ea habetur quam tra-
dunt Bart. Bald. & Angelus, in d. authẽ.
niſi rogati. fauore ſcilicet religionis, at-
que vitæ contemplatiuæ, nequis ab ea
metu perdendi bona detraheretur, per
text. expreſſum quem adducere debue-
runt in l. deo nobis. C. de epiſc. & cleri.
ibi religioni contrarium. ¶ Atque ſic 29
conditio que aliquem a monaſtica vita
auertit, & quodammodo a matrimo-
nio ſpirituali repellit, vt turpis eſt reij-
cienda, argumẽ. l. ſed & hoc. §. fin. l. quo-
ties. l. cum tale. §. reſcriptum de condi.
& demonſtratio. & per totum. C. de in
dict. vidui. tollen. iuncta doctrina text.
in cap. inter corporalia de tranſ. epiſco.
quam rationem ſequitur idem Bart. in l.
ſi ita quis. §. 1. nu. 3. delegat. 2. & eſt com
munis, per Aretin. num. 69. Felin. 36.
Bero. 478. in d. c. in preſentia. Couar. d.
c. 19. num. 17. atque proſequitur Acoſta
in l. cum tale. §. ſi arbitratu de condi. &
demonſtra. ampliatione. 11. per totam.
¶ Ex qua quidem veriſsima ratione 30
non ſolum monaſterium ex perſona mo
nachi ad primogenium admittitur, ſi ſal-
tim in communi ſucceſsionis capax eſt,
quando primogenium ex bonis tantum
patrimonialibus conſtat, ſed etiam ex-
cludit ſubſtitutum vocatum ſub con-
ditione, ſi ſine liberis legitimis & natu-
ralibus ex ſuo corpore natis, ex com-
muni ſententia de qua per Felin. in d. c.
in preſentia num. 36. Detius. 58. Ripa. in
d. §. ſi quis rogatus. nu. 37. & 39. Alex.
conſi. 92. lib. 4. Detius conſi. 4. & 6. &.
299. poſt Bart. in l. ſi ita quis. §. is qui. ff.
delega. 2. & idem in conſi. 1. Bertrandus
conſil. 133. per totum. 2. part. Aymon
conſil. 152. num. 1. qui eam veriſsimam
opinionem fatentur. ¶ Quod etiam 31
ſi ſubſtitutus ex conſanguineis ſit pro-
cedere tenet. Ripa in d. §. ſi quis rogatus.
num.

num.37.col.2.ad fi. Detius conſi. 426.
num.1.Alex.con.121. nu. 10. & Barba.
con.20.num.4.&.7.lib.2.Grego. in.l.
10.tit.4.part.6.verb.*dexaſſe*,col.1.in fi.
32 ponderans ad hoc.l. illam. ¶ Et quod
magis eſt monaſterium ex perſona mo-
nachi omnes filiorum qualitates atque
prærogatiuas retinet, vt de iure ſangui-
nis & cognationis quod a monaſterio
33 retineatur. Probant glo. & commu-
nis in l. deo nobis. §. hoc autem verb.
*parentum*, vbi Bald.num.4.C.de epiſc.
& cleri. Ancha.conſi.420.nu.8.Roma.
conſi.37.Tiraquel.de nobili.c.6.num.
50.Bald.conſi.55.lib.5. num.3. Pariſi.
47.num.62.li.3.Silua. conſi.49 num.
4.Portius conſi.23.nu.31.lib.1.Cephal.
conſi.53.num.58.Iaſo.in l.patre furioſo
num.47.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni
iuris Benedict.in cap.Rainunt.verb. *&
vxorem*, num. 209. &. 212. & his non
34 relatis Molina.lib.1.c.13.num.47. ¶ Et
de iure ſuitatis quod monaſterium id
retineat, ex perſona monachi profeſsi.
probat glo. communiter recepta in l. ſi
ita quis. §. ea lege verb. *intereſt*. ff. de
verbo. Bald. in cap.cum in magiſtrum.
num.2.de electione Felin.in c.in preſen-
tia.num.36.de probat. Tiraquel. in l. ſi
vnquam verb. ſuſceperit liberos. num.
36.de reuoca.dona Iaſo.in l.qui ſe pa-
tris.nu. 17. C. vnde liberi Grego.in l.2.
tit.3.part.3.verb.*en poder*. per totum.
35 ¶ Et hinc eſt quod quamuis monaſte-
rium habeatur loco poſthumi, ita quod
teſtamentum antea factum per ingreſ-
36 ſum religionis non rumpatur. ¶ Si ta-
men pater filium monachum non inſti-
tuat eius teſtamentum rumperetur, ex
Bart.in l. 1.quæſt. 2. 4. partis de vulga.
dicit commu. Iaſo. in l. cum fundus. §.
ſeruum tuum imprudens. numero.17. ſi
cert. peta. Paul. in l. ſi filius qui in po-
teſta.num.15.de liber.& poſthu. Fortu-
nius Garſ.in l.Gallus. §. & quid ſi tan-
tum.num.5.ff.eod.tit.
37 ¶ Aut enim maioratui dignitas &
iuriſdictio annexa eſt, & in hac ſpecie
monaſterium ex perſona monachi ad
maioratum admitti non poſſe probant,
per gloſſam.in c. ſcribit nobis Teberga
verb.dignitate. 27. quæſt. 2. Bald in c.
cum in magiſtrum de electio. & in l. ſi
quis priorem.§.talem col.1.in fin. verb.
*ſed pone*. C.de ſecund.nupt. Albarotus
in. cap. vnico de milli. vaſſal. & his
non relatis alios referens Molin. lib. 1.
c.13. num. 18. & poſtea Mieres de ma-
ioratu. 2. part. quæſt. 3. num. 17. cum
alijs & nouiſsime Ioan. Matienço in l.
1.tit.7.lib.5.glo.1.num.16.

¶ Quorum ſententia probari vide- 38
tur ex eo, quod quamuis monaſterium
ex perſona monachi in fæudo ſuccedat,
ſi tamen fæudum annexum habeat ali-
quod ſeruitium perſonale, ſeu onus,
quod requirat induſtriam perſonæ, in
eo non ſuccedit, ex Bart. in l. ſi finita. §.
ſi de vectiga.num.3.de damn. infect. &
alij quam plurimi per Molin.lib.1.c.13.
num.84.

¶ Contrariam tamen ſententiam, id 39
eſt qod monaſterium ſucceſsionis ca-
pax, ad primogenium cui annexæ ſunt
dignitates, ſeu iuriſdictiones, cum villis,
aut caſtris, recte admittatur, veriorem
exiſtimo. ex eo quod nulla lege prohi-
bita reperiatur huiuſmodi ſucceſsio, imo
regulariter receptum habeamus, mona-
ſterium ex perſona monachi, ad quam
licet ſucceſsionem etiam a primogenitu
ra deriuatam: eſſe admittendum, vt ſu-
pra latiſsime probauimus. vnde non li-
cet a regula diſcedere, niſi contrarium
deciſſum reperiatur Bald. in l. ſi tutor
in fi. C. de communi ſeruo. manumiſſ.
glo. ordin. in rub. de regul. iur. in. 6.
quam ſequitur Deti. in l. 1. num. 3. de
regu.iuri. Tiraquel. de retract. 1. part.
§.1.glo.9.num.209. Aymon. cõſi.268.
nu.8. ¶ Nemo que intelligitur excluſus 40
niſi a iure ſpecifice excludatur. l. ab ea
parte. ff. de procurat. l. neque non. §.
quod eis ex quibus cauſ.maior.

¶ Neque



41 ¶ Neque priuatio iuris inducitur, niſi in
caſibus a iur.expreſsis, gl.ord.in c.fi.de
iure patron cum tradi per Aymon.cõſi.
205.nu.31.Rolã.conſi.27.nu.14.li.1.&
quia vbi non datur prohibitio ibi datur
ſucceſsio glo.& dd.in l.is qui ex bonis
ff.de vulga.& quia quod lege prohibi-
tum non eſt licere dicit.l.neque non. §.
quod eis ex quibus cauſ.glo. & docto.
& Bald. in l. tantum. §. vniuerſitatis de
rerum diuiſione Iaſo. in l. ex facto num.
42 25. de vulga. ¶ Vnde cum monaſte-
rium non reperiatur de iure excluſum,
ſemper intelligitur admiſſum, ex diſpo-
ſitione l. non prohibentis hanc ſucceſ-
ſionem, ex Decio conſi.259.num.4. &
dicit communem. Decius conſil 426.
num.2.Ripa in l.ex facto.§. ſi quis roga
tus num.39.in fi.ad Trebel.Moline. ad
Alexan.conſi.121.vol.3.num.3.vbi ipſe
Alexand. num.13. Anchar.conſi. 165.
43 &.420.num.8. ¶ Et ita Carolus Mo-
line. ſupra ad Alexand. tenet quod ad
hoc, vt monaſterium a ſucceſsione fidei
commiſsi excludatur, debet id neceſſa-
rio conſtare ex diſpoſitione expreſſa
teſtatoris : ipſum excludere volentis.
quod etiam ſequitur Pala.Rub.de dona.
inter virum.§.47. numero.18. Gomez
in preſ.num.66. verſi. *ſi vero maioratus*.
& Paul. in d. authentic. niſi rogati. vbi
Corneus, col.1. Detius.in.c.in preſentia.
num. 58. de proba. Alex.d. conſi.121.
nu.13.lib.2. dicit communum Calcane.
conſil. 7. col. 15. Aymon. Crau. ſupra
Bald.conſi.426.col.1.num.2.vol.4. &
44 conſi.233. col. 2. vol. 3. ¶ Et quibus
verbis hæc excludendi monaſterium
voluntas conſtet, tradunt Decius conſi.
259.&.426.Ripa in d.§.ſi quis rogatus
nu.39.Corne.conſil.18.col.5.& conſil.
259.lib.4. Calcane. conſi.20. col.3. in
fi.& conſi.69.col.5.&.2.
45 ¶ Quo quidem habito pro conſtan-
ti, non obſtant fundamenta in contra-
rium adducta, quia ſunt intelligenda in
maioratu qui ſummam dignitatem aut
iuriſdictionem habet.vt in regno, ducatu
comitatu, & marchionatu, atque ſimili-
bus, in quibus monaſterium, licet iure
ordinario poſſet ſuccedere, non tamen
de facto ſeruatur quod ſuccedat, ex ſpe
cula. in tit. de ſta. mona. §. 1. quæſt.16.
nu.15.& ita intelligit nouiſsime. Anto.
Gama.deciſ.6.num.3.longe enim diſ-
ferunt regna, ducatus, & marchionatus,
ab alijs maioratibus inferioribus, etiam
ſi habeant dignitatem, iuriſdictionem,
villas, aut oppida, quia ex hoc non di-
cuntur habere dignitatem ſed bona
quædam ſimpliciter, vt aduertit Burgos
in prohemio harũ.ll.nu.89. ¶ Præterea 46
regnum, ducatus, & marchionatus, at-
que ſimiles dignitates, plurima officia,
atque onera perſonalia, annexa habẽt,
quæ reges, marchiones, & comites, ſubi-
re debent.c.in apibus 7.quæſt.1.l.6.tit.
15.part.2.l.7.tit.1.eadem part.l.3.tit.19.
part.3. & notanter aduertit Bald. conſi.
275.nu.3.vol.2. vnde ex hac viua ratio-
ne nimirum ſi regnum, ducatus, & mar-
chionatus, non tranſeant in monaſte-
rium, quia talia onera ſunt ita perſonalia
vt induſtriam perſonæ requirant: quæ
tranſmitti non poteſt.l.2. C. de perfect.
Præto. Africæ l.1.ff.ad l.Iul. de ambitu
l.ſacrilegium.C. de diuerſ. reſcrip. c. 1.
de fæud.mar.& quæ optime tradit Suar.
in l.quoniam limita.10.ad l.regni verſi.
hęc dignitas pagi.158.Bald.conſi.275.
num.3.vol.2. & quod hæc perſonalitas
oneris, vel ſeruitij, ſit cauſa: ob quam ſi-
miles dignitates non tranſeant in mona-
ſterium probat ſing.gl.in c.fi.verb. abſ-
que de ſta. monach. quam ad hoc co-
mendat Angel. in authent. de ſanctiſsi-
mis epiſc.§.ſi monachus Guillel. in cap.
Rainũ.verb.& vxorem nomine nu.212.
& hanc differentiam inter magnas di-
gnitates, & alia bona fæudalia, in ſucceſ-
ſione monaſterij aduertit. Nicola. Eue-
rard.d.conſi.220.pag.penul. & per to-
tum.

¶ Secundo minus obſtat fundamen- 47
tum de

tum de fæudo, ſcilicet quod monaſterium in eo non ſuccedat, quando habet annexum aliquod ſeruitium, ſeu onus perſonale, quod per monachum preſtari non poſsit, de quo ſupra quia facile reſpon. quod quamuis fæudo annexum ſit aliquod perſonale ſeruitium, quod a monachis præſtari nequeat, ſi tamen id per ſubſtitutum ad impleri valeat, monaſterium per ſubſtitutum ſeruitia adimplendo, in fæudo ſuccederet, & monachi vita durante fæudi fructus, commoditates, atque emolumenta, percipiet quam opinionem probant Salicet. in authen. ingreſsi. nu. 11. C. de ſacroſanct. eccleſiæ Alexan. conſi. 10. per totum. li. 5. Detius in c. in preſentia num. 74. de probatio Curtius in tractat. de fæud. 2. part. 3. part. quæſt. 10. Aflict. deciſ. 320. num. 2. &. 3. Euerar. conſi. 210. in cauſa. Capi. deciſſ. 10. per totam Siluan. conſi. 3. num. 6. Aflict. in c. 1. §. 1. num. 2. de benefi. Corne. conſi. 259. nu. 8. li. 1. & his non relatis alios plures referentes tenent hanc ſententiam. Mieres in tractat. maior. 2. part. quæſt. 3. nu. 13. Anto. Gama. deciſſ. 6. num. 1. atque ſic debet intelligi
48 l. 6. tit. 20. part. 4. ¶ Et ita vidimus quod in caſsibus in quibus fœminæ ad regni ſucceſsionem admituntur, ſeruitia annexa regimini regni præſtãt, per ſubſtitutum. vt aduertunt Specul. in titul. de fæud. nu. 45. §. quoniam. verſi. 21. quæritur, Felinus in c. in preſentia. num. 47. de probat. vbi Detius num. 75. Alex. conſi. 10. lib. 5. Aflict. deciſſ. 220. nu. 5.
49 ¶ Et quando ſummus pontifex cum monacho diſpenſet, ipſum a monaſterio extrahendo, pro generatione habenda, ad regni, & reipublicæ, vtilitatem videndus eſt Bald. in l. ſi pater. §. an arogationibus. ff. de adoptio. Iaſo. in l. ſi arogator num. 4. eod. tit. & in l. fi. col. fi. C. de tranſact. Anchar. conſi. 339. col. 3. num. 2. ad fi. clericus autem quod ſit capax ſucceſsionis maioratus, tradunt Panor. receptus in cap. eccleſiæ ſanctæ Mariæ num. 25. de conſti. Grego. in l. 2. tit. 15. part. 2. verb. *ſiendo ome para ello*, col. 2. Tiraquel. de primogenit. quæſt. 44. Acoſta de maior. bono. regiæ coro. nu. 33. alios referens Molin. lib. 1. c. 13. nu. 96. &. 97.

*SVMMARIVM.*

*Vlgaris patrui & nepotis quæſtio ab origine examinatur per totam gloſam.*

*Primogenito defuncto, poſt mortem patris ſui, ſine dubio nepos patruum excludit, & ceſſat controuerſia de patruo & nepote, num. 1.*

*Primogenito, in vita patris defuncto, oritur controuerſia patrui & nepotis, quæ militibus armatis olim fuit deciſſa num. 2.*

*Tenentes partem patrui. num. 3.*

*Defendentes nepotis partem. num. 4.*

*Si fidei commiſſum titio relinquitur, & poſt eius mortem ſeius ſubſtituatur, titio defuncto in vita teſtantis ſeius admittitur. num. 5.*

*Subſtitutio poſt mortem primi vocati in tempus futurum facta, vulgarem & fideicommiſſariam continet. num. 6.*

*Filio. 2. poſt mortem maioris ſubſtituto, ſi maior relicto filio, in vita patris moriatur, nepos ex prædefuncto admittitur. num. 7.*

*Diſpoſitio filium maiorem vocans nepotem ex primogenito prædefuncto patruo excluſo, admittit. num. 8.*

*Prælatio nepotis contra patruum conſuetudine Hiſpaniæ probatur. nu. 9.*

*Ratio originaria decidendi ad hanc l. circa prelationem nepotis, contra patruũ num. 10. cum aliis.*

*Prælatio patrui contra nepotem ex Alfonſi noni Chronica probatur. num. 10.*

*Leges partitarum a Ferdinando. 3. inceptæ fuerunt, et a rege Alfonſo. 9. eius filio conſumatæ, & abſolutæ, numer. 11.*

*Leges partitarum vſque ad tempora regis Ferdinandi integre cuſtoditæ non fuerunt. num. 11.*

*Leges partitarum quæ de regno loquuntur an ad inferiora primogenia extendantur. num. 12. vſque ad num. 15.*

*Ratio decidendi noſtræ. l. num. 14.*

*Succeſſio primogeniorum Hiſpaniæ ad inſtar ſucceſſionis regni regulatur, numer. 13.*



# Gloſa. 5. ad l. 40.

1 EN *vida*, quando filius primogenitus, poſt mortem patris ſui vltimi poſſeſſoris deceſsit, relicto filio, vel filia, nulli dubium eſſe poteſt, nepotẽ vel neptem patruo eſſe præferendum. cum iam proximitas non reſpectu primi inſtitutoris, ſed vltimi poſſeſſoris ſit conſideranda, & filius ſecundo genitus, tanquam vltimi poſſeſſoris tranſuerſalis conſideretur, atque filius primogeniti, poſt mortem patris defuncti, eius perſonam repreſentet & proximior vltimo poſſeſſori ſit, vnde hanc ſententiam indubitanter tenuerunt etiam omnes qui partes patrui aduerſus nepotẽ amplectunarunt, vt Detius conſi. 443. verſi. *quinto non obſtat*, Bald. in l. tutel. §. ſi duo de legit. tutela. Tiraq. de primognit. quæſt. 40. num. 1. vſque ad num. 7. comprobans hanc ſententiam ex memorabili Licurgi Lacedemoniorum regis exemplo Couar. c. 38. pract. nu. 6. verſi. *primum*, Molina lib. 3. c. 6. in princ. & probatur in c. licet de voto. neque iſtud indiget altiori probatione.
2 ¶ Si vero filius primogenitus, in vita patris deceſsit relicto filio, vel filia, anceps quæſtio inter filium ſecundogenitum & nepotem (filium primogeniti prædefuncti) circa prælationem in regno vel alterius cuiuſlibet maioratus ſucceſsione verſabitur quæ difficultas ſemper anceps atque in expugnabilis ſcribentibus viſſa fuit, quia filius ſecundogenitus ex perſona propria, potiora iura habere videbatur, cum vno gradu propinquitatis, atque ætate, etiam frequẽtius filium fratris ſui primogeniti præcedat, ipſeque filius vltimi poſſeſſoris ſit, contra vero nepos patruo etiam in hac ſpecie preferendus videbatur, cum ipſe (repreſentatione) in eod. gradu quo filius primogenitus, conſtitutus ſit, ex lineaque primogeniti deſcendat, eundemque gradum, cum qualitatibus maioriæ & primogenituræ repreſentet; ideoque a quã plurimis maximi nominis viris, hæc quæſtio agitata reperitur. quorum plures partes patrui, plures vero nepotis, defendunt. interdum vnam, interdum alteram, opinionem veriorem atque frequentiori ſcribentium calculo receptam eſſe profitentes. adeo vt ex iurium. ac rationum, ambiguitate militibus armatis potius quam iuris peritis, eius deciſionẽ commiſſam fuiſſe teſtentur Tiraquel. de primogenit. quæſt. 40. num. 8. Couar.
c. 38. pract. num. 6. ¶ Denique partes 3
patrui tenuerunt plurimi per Tiraquel. d. quæſt. 40. nu. 11. 12. 13. &. 14. Couar.
d. c. 38. nu. 6. verſi. *neque tamen*. ¶ Par- 4
tes vero nepotis plurimi per ipſum Tiraquel. d. quæſt. 40. nu. 11. &. 17. Coua. d. num. 5. verſi. 1. Molina. lib. 3. c. 6. ex
princ. ¶ Ne tamen in his quæ notiſſi- 5
ma ſunt moram faciamus, veriorem atque receptiorem ſentẽtiam exiſtimamus tam de iure communi, ac partitarum, quam ex Hiſpaniarum antiquiſsima cõſuetudine, nepotem ex filio prædefuncto patruo eſſe præferendum. quæ vulgaribus alegationibus omiſsis ex eo cõfirmatur, quia ſi fideicõmiſſum titio relictum ſit ei que poſt mortem ipſius, ſeius ſubſtituatur, & titius ipſe in vita teſtantis deceſſe-

deceſſerit ex quo fideicommiſſum in
cauſam caduci deuenerit, nihilominus
eo caſſu ſeius poſt mortem teſtantis ſub-
ſtitutus intelligitur,& ad fideicommiſſum
ex ea ſubſtitutione admitteretur, iuxta
textum elegantem licet vulgatum, in l.
vnica.§.pro ſecundo.C.de cadu.tollen.
& tenent Bart.Bald.Paul.Aretin.& om
nes in l.quamdiu.3.de acquiren.heredi.
& in l.1.de vulga.vbi Iaſo.nu.29. Clau-
di col.8. Ripa. num.168. Alciat. num.
76.Paul.conſi.152.vol.1. & conſi.422.
vol.2. Cuma. conſi.122. Corne.conſil.
292.vol.3. Alexan. conſi.1. num.2. &
conſi.203.vol.1.& conſi.148.vol.2.Fe-
lin.conſi.52.vol.1.num.10. Iaſo. conſi.
148.&.203.vol.2.Detius conſi.227.&
238.427.Alciat.conſi.508.num.4. &
492.&.494.nu.10.&.547.Bertrand.
conſi.565.vol.1.&.174.vol.3.Aymon
conſi.283.&.245. Pariſien. conſi.70.
num.20.vol.2 .&.73.vol.3. Curti.iuni.
conſi.83.vol.2.Soci.iuni. conſi.181. nu.
4.vol.2.& conſi.42.114.&.144.num.
90.vol.3. Ruin. conſi.94.&.140. vol.
2.Tiraquel.in l. ſi vnquam verb. liberis
num.50. C .de reuocat.donat. Caſane.
conſi.14.num.2.qui omnes dicunt hanc
communem & veram opinionem alios
6 referendo. ¶ Et ita ſubſtitutio poſt mor
tem primi vocati in tempus futurum fa-
cta, tam vulgarem quam fideicommiſſa
riam continet ex Bart.in l. Centurio vbi
Iaſo.num.23 Ripa in l.Gallus.§.quidam
recte. num.60. Soci. Curtius & alij in
l.præcibus.C de impube. Ruinus conſi.
139. num.29. lib.3. Socin. iuni. conſil.
180.num.28.vol.2.Couar.in c. Rainun.
§.9.num.1.verſi.primum de teſtamen.
7 ¶ Vnde ſi filius ſecundus poſt mortem
filij maioris ſubſtituatur: & filius maior
relicto filio, vel filia, deceſſerit, in vita
patris, ſubſtitutus non admitteretur, ſed
nepos ex prædefuncto, quia filius maior
defunctus.qui filium reliquit, adhuc vi-
uere exiſtimatur, vt ſubſtitutum excludat
iuxta vulga.l.cum auus de condi.& de-
monſtra.l.cum acutiſsimi. C.de fideicō-
miſſ. & traditur per glo. & omnes in l.
1.de condi.inſert.& in l.ſi vnquam.C.de
reuoca dona. vbi Tiraquel num.3. &
in verb. donatione largitus num. 220.
Grego.per text.ibi in l.10.tit.4.part.6.
verb. *dexaſſe hijos*, & reſoluunt præter
ordinarios. Soci.conſi.55.vol.3. Deti.
conſi.270.num.4. &.578. num.6. &
581.col.1. Ruinus conſi.36. num.8. &
79. nu.15.vol.3.Gozadi.conſi.6.num.
16.Pariſ.conſi.45.vol.3.nu.35. ¶ Ma- 8
xime, vbi repreſentatio admittitur, quia
diſpoſitio, filium maiorem vocans: ne-
potem ex primogenito prædefuncto, ex
cluſſo Patruo, admittit, ex Bart.in authē.
poſt fratres ſecunda.C.de legiti.hæred.
quem ibi ſequūtur Paul.Fulgos.Corne.
Ioan.Andre.in addit.ad Specul. tit. de
fæud. col.3. Aretin. conſi.162. num.8.
Socin.conſi.252.num.10.11.17.vol.2.&
conſi.47.nu.12.vol.3.Pariſi.conſi.164.
vol.2.num.6. Præpoſi. in c.1.num.24.
& num.10.&.11. de fæud. Marchiæ vbi
Afflict.num.13.29.30.Ioan.Licerier de
primogenit.lib.5.quæſt.25.nu.7.Alex.
conſi.4.num.11. vol.4. Detius.484.
num.10. Thomas Grama.deciſio.1. nu.
3. Tiraquel. de primogenit. quæſt. 40.
num.24.& quæſt.41. num.4. & hanc
dicit communem Acoſta in allegat. pro
patruo pag.31.80.107.&.111. ¶ Atque 9
huiuſmodi prælatio legibus partitarum
comprobatur, præcipue ex conſtitutio-
ne l.2. tit.15. part.2. capitalis in hac re-
preſentationis materia, & antiquiſsima
Hiſpaniarum conſuetudine, a quamplu
rimis ex noſtratibus & exteris diligenti
ſtudio comprobata, fulcitur vt conſtat
ex relatis & ſequutis a Molina. lib.3. c.
6.num.26.atque ſupra glo.2.diximus.
¶ Ergo ſi prælatio nepotis contra 10
patruum iure communi, & regio, atque
ex antiquiſsima conſuetudine, apud om
nes gentes iuridice obſeruabatur, nō im-
merito dubitari poterit de ratione deci-
dendi huius l. quæ nepotem patris præ
defuncti



defuncti perſonam repreſentando ſe-
cundogenito filio in ea ſucceſsione ma-
ioratus prætulit, & vt veram atque ori-
ginariam inuenire facile poſsimus, ne-
ceſſario inueſtigare debemus huius præ
lationis verum initium, atque anti-
quum in ea maioratus ſucceſsione or-
dinem ſuccedendi.
11 ¶ Ad quod eſt nouiter aduerten-
dum quod quamuis per l.2.titul.15.
partit.2.& ex conſuetudine, ſæpius ob-
ſeruabatur, nepotem patruo in regni
ſucceſsione eſſe præferendum, poſt eam
tamen partitarum l.non integre fuit cu-
ſtoditum huiuſmodi ius prælationis,
imo tempore ipſius regis Alfonſi.9.con
ditoris legum partitarum, & etiam eo
mortuo, poſt multum temporis ſpatium
ſemper ſecundogenitus filio ex primo
genito prædefuncto in regno prefere-
batur, vt conſtat ex chronica ipſius re-
gis Alfonſi.9.in cap.fin. eius chronicæ.
ibi. *Y nos ſiguiendo eſta carrera deſpues
de la muerte del infante don Fernando
nueſtro hijo mayor, como quier que el hijo
mayor dexaſſe de ſu muger de bendicion,
ſi viuiera mas que nos por derecho deue he
redar lo ſuyo aſsi como lo deue heredar el
padre, mas pues que Dios quiſo que ſalieſ-
ſe de en medio que era via derecha por
donde decendia el derecho de nos a los
ſus hijos, y nos acatando el derecho anti-
guo y la ley de razon ſegun el fuero de
Eſpaña, otorgamos entonce a don Sancho
hijo mayor que lo huuieſſe en lugar de don
Fernando porque era mas llegado por via
derecha que los nueſtros nietos hijos de
don Fernando.* Ex quibus notandiſsi-
mis equidem verbis, clare conſtat, filium
regis Alfonſi.9.Santium excluſo nepo-
te, ex Ferdinando primogenito, præde-
functo, ad regnum fuiſſe admiſſum, at-
que huiuſmodi prælatio fulciri tam ex
iure antiquo quam vetuſtiſsima Hiſpa-
niarum conſuetudine.
12 ¶ Quod quidem ex eo confirmatur
quia dict. l.2. quæ nepotem patruo in
regno prætulit, & aliæ leges partitarum
quamuis a Ferdinando tertio inceptæ
fuerunt, & a rege Alfonſo nono, eius
filio conſumatæ, & abſolutæ, vt conſtat
ex dict.cap.fin.eius chronicæ tamen vſ-
que ad tempus regis Alfonſi.11.pro ne-
potis regis Alfonſi. 9. nōdum promul-
gatæ fuerunt neque pro legibus receptæ
neque vſquam ſecundum eas iudica-
tum fuiſſe reperitur, vt probatur in l.re-
gis Alfonſi.11. *Anno. 1384. condita,
quam refert rex Ferdinand. in l.1.Taur.*
ibi. *que ſe libre por las leyes de las ſiete
partidas, como quier que no ſe halla que
fueſſen publicadas por mandado del Rey
ni fueſſen hauidas ni receuidas por leyes,*
& non ſolum vſque ad tempus regis
Alfonſi. 11. pro legibus receptæ non
fuerunt, ſed quamuis ipſe rex Alfonſus
11.per l. expreſſam hoc conſtituiſſet vſ-
que ad tempora regis Ferdinandi, eam
legem integre non ſeruari teſtatur ipſe
Ferdinandus in dict.l.1.Taur.ibi. *y aora
ſomos informados que la dicha ley no ſe
guarda ni executa enteramente,* & ſic
Ferdinandus conſtituit legem illam,
quam Alfonſus. 11. fecit conſtituens
ll.partitarum ſeruari debere, quæ vſque
ad illud tempus recepta non erat vbi-
que terrarum vim legis obtinere & ex
tunc ligare & ſeruari ceperunt & con-
ſequenter. l.2. quæ nepotem patruo in
regno prætulit contra clauſulam teſta-
menti ipſius regis Alfonſi.9.ex eo tem-
pore cuſtoditur, ex quo in regno du-
bitari non poterat de hac nepotis con-
tra patruum prælatione.
¶ Sed quia l.par.2.in ſola regni ſuc- 13
ceſsione loquebatur dificultas non le-
uis orta fuit inter ſcribentes, an ad reli-
qua Hiſpaniarum primogenia extende-
retur, in qua nonnulli non modicæ ex-
timationis eam non fore extendendam
tenuerunt, tam ex eo quod contra iuris
præcepta conditam fuiſſe exiſtimaue-
runt, quam quod longe diſsimilem ra-
tionem in regni ſucceſsione verſari cre-
N diderunt,

diderunt, nempe quia regnum hæreditarium nuncuparunt, & particularium primogeniorum ſucceſsionem, ſanguinis iure ad poſteros, & non iure hæreditario, delatam eſſe dixerunt, vt hijs atque alijs rationibus ſatis ingenioſe defendit Acoſta de ſucceſsione regni, num. 31. & per totum, laudando in hoc aduocatos peritos, qui hanc ſecundam partem. l. conſulendo ad regni tantum ſucceſsionem reſtrinxerunt.

14 ¶ Sed contrariam in hoc veriorem ſententiam fere omnes fuiſſe probauerunt, tam ex eo quod omnia primogenia, tanquam membra inferiora, a regno caput ipſorum, quod verum & proprium primogenium eſt, deriuantur ac reguntur, quam quod ex hac viua ratione, ad inſtar regiæ ſucceſsionis, ſit eorum ſucceſsio regulanda atque ipſa inferiora primogenia, eiſdem legibus quibus regnum, ſemper & vbique interpretanda, & lites, circa eorum ſucceſsionem finiendæ, vt reſoluunt. Oldrad. conſi. 94. colum. fin. Alberic. in l. donationes quas parentes. C. de dona. interpretan. Barba. conſi. 10. col. 2. lib. 2. & conſi. 443. poſt. princ. Grego. l. 3. tit. 13. part. 6. verb. *mugeres*, col. 2. verſi. de morte Hiſpaniæ. Simanc. de primogenijs lib. 1. cap. 22. num. 23. Burgos de Paz in prohemio. ll. Taur: num. 68. & nullo ex his relato Molina. lib. 1. cap. 2. num. 3. 10. &. 18. & per totum. cap. & lib. 3. cap. 6. num. 7. ad fi. iuſtiſsime enim primogenia ac eorum ſucceſsio reguntur, ad inſtar regiæ ſucceſsionis ex cap. 1. §. præterea ducatus de prohibi. fæud. aliena. cap. non liceat de præſcript. & tradunt Alberic. in prohemio digeſtorum. §. diſcipuli. num. 8. &. 11. Bald. & Præpoſi. num. 3. in cap. 3. de fæud. mar. Abbas. num. 9. in cap. licet. de vot. & in conſilio. 3. num. 2. vol. 2. Grego. in l. 2. tit. 15. part. 2. verb. *el mas propinquo*, verſic. & ſecundum hoc atque hijs non relatis. Molina. lib. 1. capit. 2. num. 16. &. 17. ¶ Vnde quamuis hæc ſenten- 15
tia ab omnibus foret receptiſsima, vt tamen omnino reijceretur prædicta ſcribentium dubietas, & ne aliquem falleret Acoſtæ oppinio eleganter. l. iſta fecit generalem conſtitutionem. l. 2. ampliando ad omnia inferiora primogenia, vt in eis repreſentatio deinceps foret admittenda, nepotemque ex præmortuo filio, ſecundogenito, præferendum, & hæc fuit originaria decidendi ratio huius. l. qua quidem penſitata atque ſimul conſideratis alijs de quibus per Peraltam in rub. de hæredi. inſti. num. 122. & quia multi etiam tenuerunt ad tranſuerſales non extendi, dotiſsimis regis conſiliaris viſſum fuit, vtiliſsimum eſſe eas dubitationes amputando, eam iuridicam elegantem, atque ſummæ reipublicæ neceſſariam, legem conſtituere, poſt quam prælationem nepotis contra patruum inepte impugnabimus.

¶ Qua quidem decidendi ratione 16
nouiter ad hanc. l. conſiderata ideo mortuo filio, in vita patris, nepos eius perſonam repreſentando patruum excludit, quod ſtatim cum primogenitus præmortuus natus fuit, quandam certam in commutabilem ſpem ſuccedendi acquiſiuit: ita firmam, & radicatam, vt neque ab eo per principem auelli poſsit imo ex ea in vita patris filius regis rex, comitis comes, atque poſsidentis fæudum inueſtitus dicitur, & mortuo patre viuo eam ad filios cum iure primogenituræ tranſmittit vt latius diximus ſupra in glo. 1. huius. l.

*SVMMARIVM.*

*Mortuo primogenito in vita inſtitutoris an filius eius patruum excludat num. 1. & per totam glo.*



*Subſtituto mortuo in vita donatarij, an ius tranſmittatur in eius ſucceſſorem & intellectus ad. l. quoties. C. de dona. quæ ſub modo, num. 2. 6. & 7.*

*Subſtituto vulgari defuncto, viuo teſtatore, an ad filium eius ſuccedendi ius tranſmittatur, num. 3.*

*Subſtituto ex compendioſa in vita teſtantis deficiente an teſtamentum a ſecunda ſubſtitutione compendioſa incipiat, numer. 4.*

*Subſtituto primo ex gradatim per fidei commiſſum vocatis, ante hæredem mortuo an ſecundus admittatur, numer. 5.*

*Donatarius Grabatus de reſtituendo, an poſsit in præiuditium ſequentis efficere quod prædium ad alium quam ſubſtitutum deueniat. numer. 2. 6. & 7.*

*Nepos inſtitutoris ex filio mortuo ante maioratus inſtitutionem, an patruum excludat, num. 8. vſque ad num. 12.*

*Plus iuris non datur in cauſato quam in efficienti cauſa potentiæ, numer. 8. ad finem.*

*Repreſentatio non datur in iure de nouo quærendo, ſed in quæſito conſeruando, & continuando, num. 9.*

*Ius quæſitum & quærendum differunt. num. 10.*

*Nepos ex patre naturali, ante contractum matrimonij mortuo, an legitimetur per ſubſequens matrimonium. numer. 11.*

*Si maioratus inſtitutor moriatur antea quam conditio inſtitutionis verificetur quis admittatur, numer. 13. vſque ad fin. gloſæ.*

*Conditiones negatiuæ non cenſentur verificatæ donec conſtiterit eas ad impleri eſſe impoſsibile, num. 13. ad fin. & num. 14.*

*Naſciturus inuitatus ad maioratus ſucceſsionem natus poſt mortem teſtatoris, an admittatur, num. 15.*

*Proximior tempore mortis teſtatoris vocatus cenſetur, num. 15. & 16.*

*Qualitas requiſita in perſona ſuccedere volentis tempore mortis inſtitutoris, an euenientis conditionis ſit neceſſaria num. 15. & 16.*

# Gloſa. 6. ad l. 40.

IBi. *Del tenedor del mayorazgo*, quid 1
ſi inuita inſtitutoris primogenitus moriatur relicto filio vel filia, an ſecundo genito excluſo, exui repreſentationis is nepos, vel neptis, admittatur ad primogenij ſucceſsionem. In qua notanda dificultate ita diſtinguendum exiſtimaui, aut maioratus irreuocabiliter inſtituitur vna ex cauſis de contentis in l. 44. Tauri. vel ex alijs quibus ſimilia primogenia reuocari nequeunt, & in hac ſpecie indubitanter teneo etiam mortuo primogenito, in vita inſtitutoris ipſius, ad filium ius ſuccedendi tranſmitti, & tam exui repreſentationis quam ſpecialis vocationis, aut tranſmiſsionis, ipſum patruum excludere quia cum iam irreuocabiliter actuale ius ſucceſsionis filius maior acquiſiuit. nullus dubitare potuit mortuo ad eius filium tranſmittere neque tunc ageretur de ſuccedendo inſtitutori, ſed primo donatario defuncto, cuius reſpectu filius maior proximior eſt cognatione, & gradu, vt hæc reſolutio deducitur ex latius traditis in gloſa. 2.

¶ Aut enim reuocabiliter primo- 2
genium fuit inſtitutum & dicendum videbatur, quod mortuo filio primogenito: in vita inſtitutoris, filius eius maior, ſecundogenitum non excludat: neque ad ipſum ius ſuccedendi mortuo patre tranſmittatur, cum non dum radicatum in perſona eius patris fuerit, & de filio mortis tempore relicto inſtitutorem ſenſiſſe credatur, ex celebri doctrina Ioannis Andre. in additio. ad

Specul. tit. de inſtrum. æditione. §. nunc
aliqui verb. per ſuperiorem, qui lo-
quentes in terminis. l. quoties. C. de do-
na. quæ ſub modo exiſumāt Petro ſub-
ſtituto in vita donatarij defuncto, apud
ipſum donatarium prædium liberum
manere. neque dari in ſubſtituto tranſ-
miſsionem loquens quaſi Petrus foret
commiſſario comparandus. qui ſpem
conditionalis fideicommiſsi non tranſ-
mitit ex l. hæres meus cum vulga. de
condi. & demonſt. & probat Grego. in
l. 7. titul. 4. partit. 5. glo. penult. & in
terminis. l. quoties dixerunt plurimi
poſſe vtiliter conueniri cum donatario,
ne ad Petrum prædium de quo ibi de-
ueniat, quaſi proprium ipſius donatarij
foret neque Petrus aliquod ius ſucce-
dendi inmutabile haberet ex Bartol. in
l. qui Romæ. §. flauius num. 1. de verb.
recepto per Socin ibidem numer. 16.
Iaſo. 14. Alexan. conſi. 204. in fin. lib.
7. Andre. ab Egea in rub. de pact. num.
143. & magis in ſpecie Anton. Rub.
conſi. 199. in contract. matrim. num. 10.
3 ¶ Contrariam tamen ſententiam verio-
rem exiſtimo quia ſiue ſubſtitutionem
nepotis dicamus vulgarem, aut compen
dioſam, ſeu fideicommiſſariam ſiue ex vi
tranſmiſsionis repreſentationis, aut ſpe
cialis vocationis, nepos admitti velit,
non eſt cur obſtet ei quominus ad pri-
mogenij ſucceſsionem admittatur. pa-
trem eius ſubſtitutum in vita inſtituto-
ris deceſiſſe vt de vulgari ſubſtituto
mortuo viuo inſtitutore, quod ſecundo
loco ſubſtitutus admittatur & in eius
perſona effectum ſortiatur diſpoſitio
probant. l. ſi pater filium de vulga. l.
Thais. §. Splendophorum de fideicom
miſſ. liber. reſoluunt Boheri. quæſt. 38.
num. 21. Socin. ſenior. conſi. 52. preſens
dubium col. 1. lib. 1. Ruin. conſi. 94. nu.
1. lib. 2. Detius. conſilio. 529. numer.
3. Curtius iuni. conſi. 83. col. 2. Socin.
iuni. conſi. 181. num. 47. lib. 2. & melius
Grego. in l. 32. titul. 9. partit. 6. verb.
*non valdra*, col. 9. verſi. quid ſi vigore
vbi in ſpecie noſtræ dubitationis hoc
ſolo fundamento ductus loquitur.
¶ De conpendioſa etiam quod primo 4
ſubſtituto in vita ſubſtituentis deficien-
te teſtamentum a ſecunda compendio-
ſa ſubſtitutione incipiat probant Bald.
conſilio. 149. quamquam lib. 4. Paul.
conſi. 152. preſens col. 2. verſi. dicet ali-
quis lib. 1. & conſi. 267. num. 2. lib. 2.
Ruin. conſi. 140. in. 2. dub. lib. 2. Detius
conſi. 238. num. 2. Pariſi. conſi. 73. num.
32. lib. 3. Socin. iuni. conſilio. 42. num.
18. & 20. & conſilio. 94. num. 50. lib.
1. Guid. pap. quæſt. 550. Bober. quæſt.
38. nu. 10. & 19. & nu. 20. idem Socin.
iuni. conſi. 101. colum. fin. & conſil. 114.
num. 24. lib. 1. Crauet conſi. 283. col. 2.
vbi alios referunt eiuſdem opinionis.
¶ De fidei commiſſaria vero quod ex 5
vocatis aut ſubſtitutis gradatim primo
ante hæredem mortuo ſecundus admit-
ti debeat eleganter probant Bald.
conſi. 81. lib. 4. & conſilio. 464. lib. 2.
Caſtrenſis conſi. 152. lib. 1. & conſi. 422.
Aretius conſi. 155. num. 4. Boher. d.
quæſt. 38. num. 22. Iaſon. conſi. 148. in
primo dub. lib. 2. Detius conſi. 238.
num. 2. & conſi. 427. numer. 10. Rube.
conſilio. 104. Ruin. conſil. 83. numer.
9. & conſi. 94. num. 1. & conſilio. 99.
num. 14. & 140. num. 10. & 185. num.
7. lib. 2. Pariſi. conſi. 18. num. 38. lib. 2.
Crauet conſi. 283. col. 2. verſic. hoc ita
preſuppoſito & conſilio. 295. lib. 1.
¶ Ex vi tranſmiſsionis etiam in termi- 6
nis. l. quoties. C. de dona. quæ ſub modo
contra Bartol. in dict. §. Flauius tenent
Oldrald. conſilio. 224. num. 28. Abbas
conſi. 85. num. 2. & 3. lib. 1. Paul. conſi.
164. numer. 7. lib. 2. Afflict. in capit. 1.
num. 26. verſi. 11. arguit de ſucceſsione
fæud. Detius conſilio. 443. in fin. verſi.
& ita etiam Aymon conſilio. 135. num.
10. omnes dicentes prædium de quo
in dict. l. quoties hæredi ipſius Petri
poſt mortem donatarij deberi etiam
viuo



viuo donatario Petro defuncto quaſi
non fuiſſet, comparandus fideicommiſ-
ſario ſed magis ei qui licet non ſit ſti-
pulatus quaſi ex contractu vocatur &
ſpem hæredi ſuo reliquit ex glo. fin. in
dict. l. quoties & in dict. §. ex conditio-
nali inſtit. de verbo & hoc modo re-
ſpondetur ad fundamentum de l. quo-
7 ties. ¶ Ex vi etiam ſpecialis voca-
tionis nepos ex primogenito præmor-
tuo ad maioratus ſucceſsionem cenſe-
tur inuitatus, vt dicam infra in glo.
verb. *repreſentan*, vnde aduerſus hanc
veritatem non obſtabit ſecundum fun-
damentum quia longe receptius eſt
etiam in terminis d. l. quoties non poſſe
in præiuditium ſequentis ſucceſſoris
conueniri, vt ad Petrum prædium de
quo ibi deueniret. cum ex ea dona-
tione ſpes certa ſequenti ſucceſſori ac-
quiratur, vt contra Bartol. in dict. §.
Flauius tenent benedict. in cap. Rai-
nuntius verb. abſque liberis. 2. numer.
23. in materia ſucceſsionis fideicom-
miſsi. Suarez allegatione. 29. col. 3. &
in l. quoniam in prioribus in declara-
tione. l. regni quæſtio. 8. Couarru. lib.
1. vari. cap. 14. numer. 9. Anton. Go-
mez, in preſenti numer. 29. qui Bartol.
opinionem improbat & magis in ſpe-
cie Paul. conſi. 164. num. 7. lib. 2. Abb.
conſi. 85. lib. 1. Aymon. dict. conſi. 135.
num. 10. & conſi. 19. num. 9.
8 ¶ Quid erit in nepote inſtitutoris
ex filio mortuo ante maioratus inſtitu-
tionem nato, an ex vi repreſentationis
ſecundogenitum natum poſt primo-
genium inſtitutum ab eius ſucceſsione
excludat vel a ſecundogenito filio tem-
pore inſtitutionis maioratus nato ſit ex-
cludendus, quæ dubitatio verificatur
quando pater habens nepotem ex fi-
lio mortuo & alium filium ſecundo
vel tertiogenitum ſuperſtitem maiora-
tum, ſimpliciter inſtituit dicendo quod
in eius bonis iure maioratus ſuccedere-
tur nulla facta ſpeciali vocatione &
poſt inſtitutionem filius ſecundus na-
tus eſt vel tempore inſtitutionis ſuper-
ſtes erat, quia in hac ſpecie merito
dubitari contingeret quis diceretur fi-
lius maior vt ad primogenium admitti
debeat an nepos, ex filio mortuo ante
maioratus inſtitutionem vel ſecundo
genitus natus poſt maioratum inſtitu-
tum. & dicendum exiſtimo, quod cum
filius maior defunctus ante maioratus
inſtitutionem, nullum ius ſuccedendi
habuiſſet neque in ſpe, neque in po-
tentia, conſequenter & nepos ex eo
eius perſonam repreſentando ſecundo
genitum non excluderet: cum non poſ-
ſit eſſe plus iuris in cauſato quam in
efficienti cauſa potentiæ ex Baldo in
l. 1. ff. de ſenato. & conſilio. 4. lib. 3. &
Ioann. Andre. referens Ricard. in addi.
ad Specul. Rub. de teſtament. in fin.
¶ Quod eleganti doctrina Cuma- 9
ni ſuadetur conſilio. 107. colum. 2. ad
fin. dicentis in iure de nouo queren-
do, nunquam dari repreſentationem.
ſed demum in iure quæſito conſeruan-
do & de perſona in perſonam conti-
nuando, ſequuti a Mencha. de ſucceſ-
ſione creat. §. 37. limita. 3. numer. 22.
colum. 3. in princip. ¶ Quorum ſen- 10
tentiam iubat, differentia inter quæſi-
tum & quærendum delatum & defe-
rendum ius, quam ſingulariter aduer-
tit Grego. in ſpecie ſucceſsionis ma-
ioratus atque noſtræ dubitationis in
l. 32. titul. 9. partit. 6. verb. *contra de-
recho*, colum. 13. verſi. item ſi defunctus
allegans text. in l. huiuſmodi quando
dies legati cedat.
¶ Et alia communis ac recepta ſen- 11
tentia dicentium quod nepos ex patre
naturali ante contractum matrimonij
mortuo per ſubſequens non legitima-
tur, quam contra plures tenent Grego.
in l. 10. titul. 13. part. 4. verb. *ſe caſaſſe
con ella*, prope fin. Tiraquel. de primo-

genijs quæſtio. 40. num. 105. Gomez in l.12. Taur. numer. 6. Dueñas regula. 350. limitatio, 2. Gutierrez in §. ſui autem numer. 186. vſque ad fin. & ſentit Couarru. in 4. part. cap. 8. §. 2. numer. 12. & hijs non relatis tenet. Molina lib. 3. cap. 1. numer. 9. atque in ſpecie probant hanc reſtrinctionem Fortu. Garcia in l. Gallus. §. & quid ſi tantum numer. 29. de liber. & poſthu. & licet non hijs fundamentis Molina lib. 3.
12 cap. 7. num. 1. vſque ad. 4. ¶ Credo tamen quod licet non ex vi tranſmiſſionis, aut reproſentationis ex preſumpta tamen teſtantis voluntate atque tacita & per miſsiua ipſius vocatione volentis reſpicere poſteritatem, maioremque dilectionem ad nepotem ex filio præmortuo quam ad ſecundum ſuperſtitem habentis, nepos ex præmortuo patruum excludat vt reſoluunt licet confuſe Grego. in l. 2, titul. 15. partit. 2. glo. 10. in princip. Tiraquel. de primogenit. quæſtio. 31. per totam & ſic ſunt intelligenda tradita per Molin. lib. 3. cap. 1, numer. 3. aliter ex diametro pugnantia.

13 ¶ Quid ſi maioratus inſtitutor moriatur, antea quam conditio inſtitutionis verificetur vt ſi filius maſculus ex filia non dum ætatis nubilis naſciturus ad primogenium inuitetur, & in naſcituri defectum aliquis ſubſtituatur, quia ſi nondum nupta filia vel aliter conditione defecta inſtitutor deceſſerit, & ſic caſus ſubſtitutionis antequam filia nuberet euenerit, poſteaquam liberos ſuſceperit elegans dubitatio oritur inter filium poſt inſtitutoris mortem ex filia natum atque ſubſtitutum in defectum filij naſcituri ad primogenium inuitatum. in qua difficultate veriſſime dicendum eſt quod quamuis in alijs diſpoſitionibus huiuſmodi conditiones quæ negatiuæ ſunt non cenſeantur purificatæ donec conſtiterit eas ad impleri eſſe impoſsibile. atque ſic filius ex filia poſt mortem etiam teſtatoris natus ſubſtitutum excludat, vt reſoluunt quamplurimi per Molinam lib. 3. cap. 10. numer. 26. & 27. atque ipſe elegantius examinat. dict. cap. 10. ex numer. 3. vſque ad fin.

¶ Tamen in maioratus ſucceſsione 14
quæ ex propria atque originaria eius natura neque per momentum vacare poteſt, ſed ſtatim mortuo poſſeſſore in ſequentem qui eo tempore proximior inuenitur abſque vllo actu aprehenſionis transfertur. ſi ſtatim mortuo poſſeſſore prædictæ conditiones verificatæ non eſſent atque filius ex primo vocato natus non fuiſſet, ſubſtitutus admitteretur, ne in ſuſpenſo & in pendenti ſucceſsio foret dominium quæ in aere vt reſoluunt Grego. in l. 10. titul. 31. partit. 3. verb. *otorgada*. Molina dict. cap. 10. numer. 31. cum alijs cuius fundamenta ex numer. 3. vſque ad numer. 15. ſic ſunt proprie intelligenda.

¶ Quorum elegans ſententia con- 15
confirmatur ex eo quod naſciturus inuitatus ad ſucceſsionem maioratus natus poſt mortem inſtitutoris cum eo viuo neque fuiſſet conceptus neque animal adhuc diceretur aut in eſſe deductum neque appellatione hominis comprehenderetur vt conſiderat Baldus in l. cum acutiſsimi numer. 126. C. de fideicommiſſ. à teſtatore, vocatum fuiſſe non creditur ſed tantum qui tempore mortis ipſius proximior eſt inuitatus per text. in l. 1. §. ſi quis proximior. ff. vnde cognati & melius per text. in l. Titius. ff. de ſuis & legitimis hæredi. l. ſi ita fuerit de legat. 3. & tenent Bartol. Angelus & alij relati & ſequuti a Detio conſilio. 95. numer. 7. verſicul. 3. principaliter Roman. conſilio. 134. numer. 5. & conſilio. 231. numer. 1. Ruinus conſilio. 36. num. 10. lib. 2. Altiat. reſponſo. 495. colum. 1. Menoch. conſilio. 97. numer. 75. & melius Tornielus in iuris quæſtionibus ad. l. Gallus, q. 3. num. 44 verſic. neq; obſtant & alij per Tiraq. de retracta. conſanguinei §. 1. gloſſ. 9. num.
3 83. ¶ Etiam ſi ſubconditione aut qualitate neceſſario verificãda in perſona ſuccedere volentis primogeniũ inſtituatur, quia is cui tempore mortis inſtitutoris qualitas requiſita ad ſuccedendum ineſſe conſtiterit, admittendus erit, cum per momentum vacare non poſsit eius ſucceſsio, contra opinionem dicentium, etiam conceptos & natos poſt mortem teſtatoris admitti ad ſucceſsionem fideicommiſsi conditionalis, ſufficere credentes, habere qualitatem à teſtatore requiſitam tempore euenientis conditionis Paul. conſil. 16 numer. 4. libr. 1. Alexand. conſi. 26. numer. 14. lib. 3. & alij quam plurimi alibi referendi, qui non in ſucceſsione maioratus verificantur de quo bene Mieres in tracta. maioratus. 2. part. quæſt. 6. numer. 35. cum alijs.



# Ad.l.40.gloſſ.7.

*SVMMARIVM.*

*Intellectus verborum legis, ibi, o de aquel a quien pertenece, traditur per totam gloſſam.*

*Repreſentatio locum nõ habet ſi in patre ius ſuccedendi firmiter radicatum non fuit num. 1. 2. & 3.*

*Filius qui in vita patris non acquiſiuit primogenituram non poterit dici primogenitus. num. 4.*

*Fictio translatiua repreſentationis requirit extrema habilia. num. 5.*

*Spes ſuccedendi remota non tranſmittitur. nume. 7. & 9.*

*Primogenitus vnus debet eſſe & non plures. num. 8.*

*Repreſentatio non extenditur vltra fratres & filios fratruum in ſucceſsione tranſuerſalium & intellectus ad. l. numer. 10.*

IBi, *o de aquel a quien pertenece*, vt ſi pri- 1
mogenitus illius qui non eſt actualis poſſeſſor maioratus, ſed tantum habet ius ſuccedendi relicto filio viuo patre moriatur, quia tunc ius illud tranſmitteret ad legitimum eius deſcendentem exemplũ in nepote mortuo viuo patre relicto filio, quia licet pater eius nõ eſſet actualis poſſeſſor, ſed auus tantum, tamẽ quia filius fuit illius, qui certam ſpem ſuccedendi habebat, vt quia mortuo auo ad ipſum bona ſpectabant, decedente viuo patre, ad filium eam ſpem tranſmitteret, quaſi lex ingenioſe concederet, in ſucceſsione aſcendentium quandã perpetuam ſubrogationem iuris ſuccedendi, quod neceſſario accipiendũ eſt quando primogenitus mortus, filius eſt illius ad quem ius ſuccedendi ſpectabat firmiter, licet in ſpe, vt docent verba illa, *o de aquel a quien pertenece*, quia licet tunc non ſit pater eius actualis poſſeſſor, cum tamen naſcẽdo ſe incluſerit in lineam poſſeſſoris linea primogeniti mortui, quæ cũ patris linea vnitur, in nepote continuatur, & ius illud ſuccedendi patri firmiter quęſitum: in ipſum tranſmittitur, atque primogenitura repreſentatur. Sin vero in patre defuncti ea ſucceſſio non fuit radicata, nulla lege conceſſum eſt nepoti huiuſmodi ius prælationis, atque priuilegium repreſentationis, quod in feudis & maioratu commune receptũ ſtat per tex. in c. 1. de natura ſucceſsionis feudi. vbi tx. loquens de vltimo feudi poſſeſſore inquit *Reſpondeo ad ſolos & ad omnes qui ex illa linea ſunt ex qua iſte fuit*. tex. etiã in cap. 1. de ſucceſsione fratrum, ibi, *mortuo enim eo qui beneficium tenebat, &*

 ibi

*ibi. vel de inceps per maſculinum ſexũ deſcendentibus cæteri remouentur agnati*,atq; notant. Soccinus in. l. ſi cognatis,nu. 14.de rebus dubijs Prępoſitus in cap. 1. num.18. de feudo Marchię. & plura tradit Molina de Hiſpanorum primogenijs.cap 4.num. 14.

¶Et in ſucceſsione regni probatur
2 in cap. licet de voto ibi ſine prole decederet vbi notat Cardinal.quæſt.fin. Abbas. notab.fin.facit etiam tex. in c. grandi. de ſuplen. neglig. præl. in. 6. ibi, *ſi abſque legitimo decederet filio*, vbi notãt Ancharr.Frãc. & alij Deciꝰ cõſil. 443.num.8.Tiraquel.de primogenitura.quæſt.40.num. 1.& bene tradit Molina. lib.3.cap.7.nu.1.2.&.3. dicẽtes omnes neceſſarium eſſe ad patrẽ defuncti pertinuiſſe ius ſuccedẽdi, vt ipſum tranſmittat ad filios, ſeu alios deſcẽdẽtes,&in eis certa potẽcia ſuccedẽdi repreſentet̃,alias nullã dari repreſentationẽ neq; iuris trãſmiſsionẽ.

¶ Idque voluit ſingulariter Bald. in.l. cũ antiquioribꝰ.nu,13 verſi.ergo
3 *quia primogenitus*.C.de iure deliberandi, dicens quòd ex eo linea primogeniti mortui in filium cõtinuatur, quia naſcendo primogenitus ſe incluſit & ſecundo genitum excluſit, ex quo conſtat eum qui nunquam ſe incluſit non poſſe eius lineę priuilegio iubari,quòd etiam dixit Paul.conſi.164 num.4.&.5. lib. 2. Præpoſitus in. c.1. num.14. de feudo marchię. Decius cõſil.397.num.8. Tiraquel.de primogenit.quæſt.40.num.70. Molin.libr.3.c. 6.num.30.cum. alijs.

¶ Et hinc notanter cõfirmatur ſen
4 tentia dicentium, quòd vt filius dici poſsit primogenitus debet acquirere primum locum in regni, vel maioratus, ſucceſsione & ius firmũ atque inuariabile primogenituræ,quòd eſt cõſiderabile deperſe abſtractũ & ſeparatum ab ipſa ſucceſsione,& quòd filius qui huiuſmodi ius iuuente patre non acquireret non diceretur primogenitus,probant Oldral.cõſil.224. nu. 27. Abbas conſi.85.nu.1.&.2.lib.1.Soccinus cõſi.47.nu.13.lib.3. Velamera decisſion.227.num.6.& deciſſ. 723. nu. 17.ad finẽ.Tiraq.de primogenit.q.21 num.7.Molin. in conſuetudinibus Pariſi.§.8.gloſſ.3.nu.4.&.5. quibus adde Molin.lib.3. de Hiſpanorũ primog.c. 6.num.35.cum alijs.

¶ Quod quidem præter quã quod 5
euidẽter conſtat,ex eo prouatur quia repreſentatio vt paſsim oſtenditur, fictio eſt tranſlatiua quæ gradum parẽtis trãsfert in filiũ, ex quo requirit habilitatem extremorũ,ita ꝙ ſi ambo extrema a quo & ad quod habilia nõ ſint fictio nõ procedit.l. bonorũ.ff.rẽ ratã haberi quem tex.notat Bart. ibi dicẽs eum fuiſſe ſcribendum literis aureis. l. neceſſario.§.quod ſi pendẽte de periculo,& comod. rei vend.l. eum qui ſtipulatur.§. fin, ibi, *quia homine mortuo deſinit eſſe res in quam ſeius obligaretur*,ff. de verborum. Bart. in. l. ſi is qui pro emptore.nu. 3. de vſucapionibus cõmuniter receptus ab omnibus ibidẽ. Cum igitur quando pater defuncti, ius ſuccedendi non habuit, habilitas deficiat in extremo à quo fictio tranſlatiua repreſentationis dari nequit, cum non poſsit eſſe plus iuris in cauſato,quam in efficienti cauſa potẽtiæ, ex Bald.in.l.1.ff. de ſenatoribus & in conſi.4.lib. 3,Ioannes Andreas referens Ricard.in additionibus ad ſpeculat.rubrica de teſtamentis in fine.

¶Vnde dixit Cuman.cõſi.107.col.2
ad fin. quòd in iure de nouo querẽdo 6
nunquam datur repreſentatio ſed in quęſito conſeruando, quem ſequitur Menchaca de ſucceſſ.creatione.§.37. limit.3.nu.22. quorum ſentẽtiam iubat differentia inter ius quęrendũ & & quæſitum delatum & deferendum de qua & alijs quæ ad rem ſpectant aliqua diximus in gloſſ.præced.prope finem. ¶Imo non ſolum eſt neceſſa
7 rium quòd fuiſſet in patre radicatum ius ſuccedendi ex verbis ibi,*o de aquel a quiẽ pertenece*, ſed requiritur præciſſe quòd id ius fuiſſet ei firmiter quæſitũ de pręſenti,certum & inuariabile, neque ſufficeret ſi quereretur in ſpe,aut poſsibilitate, cum ſpes remoſta illius quem plures alij præcedebant in primogenitura,continuari neque tranſmitti valeat,neque poſsit,tanquam vaga repreſentari vt bene probatur per tex.in.l.2.ff.de in iuſto rupto.per quẽ eleganter dixit Bart.in,l.is poteſt. nu 9. de acquir. hæred. quòd poſſe ſuccedere non trãſmittitur,quãdo nõ eſt aliquod ius de pręſenti & probabilis cauſa ſperandi ſucceſsionem, & iterum elegãtiſsime ipſe Bart.in.l.poſt emancipationẽ.§.illud.nu. 1.deliberat.lega. cuius ſingularia verba ſic ſe habent.

¶*Nota quod non debet haberi eſtimatio*
8 *illius ſpei quod quis poteſt alteri ſuccedere, vt licet appelletur ſpes, vt in.l. fin. in princip.C.de pact.non eſt legitima.ratio eſt quia nullum ius eſt fundatum in me.* iterũ in.l.qui Romæ. §. duo fratres. numer. 19.ff.de verborũ Lucas de pena. in. l. 1. colum 8. verſic. ad ſecundum. & colum. 10. verſic. ad vndecimum. C. de priuil.eorũ. qui in ſac. pal. mil. lib. 12. ſi igitur ratio ſpei habenda eſt, & conſideranda quando fundatur in iure de præſenti, vt conſtat ex dictis & ex tex. vbi gloſſ. verbo vixerit in. l. tunc inutile.ff.de pecul. legat. & quæ in ſpecie fideicommiſsi notanter aduertit Iaſſ.conſi.39.lib.3.in fin.ſpes remota & vaga non tranſmittitur.

9 ¶Poſſet enim ea ſpes remota pluribus ſimul conuenire, & plures eodem tempore haberęnt eam remotã ſpem ſuccedendi & conſequẽter omnes dicerentur ſimul repreſentare primogeniture qualitatem, contra eius naturã,quę penes vnum tantũ reſidet vnuſque vocatur primogenitus & nõ plures,ex Oldral.conſi,231.in fin.nu. 2.Tiraquel.de primogenit.quæſt.42. nu.3.id que optime declarat Guillel, de Monſarr.de ſucceſsion. Reg.Franciæ.1.dub.nu.2.&, 3. dicens quòd primogenit. denotat hordinem, & non poteſt eſſe niſi in vno dũtaxat, & probat tex.in.cap. Ioſeph. de verborum ſignificatione. ¶ Et deniq; ſatis re-
ceptum eſt eius remotam ſpem ſucce 10
dẽdi,quem plures in iure primogeniture pręcedebant, nõ tranſmitti,neq; continuari,ſeu in deſcendentibus repreſentari,cum ſpes in certa & variabilis non tranſmittatur.l. ſi ex pluribꝰ de ſuis & leg.hęred. l. ſi operarũ iuditio.ff. de operis libert.& declarant optime Decius.conſi.397.nu. 8. quibus bene adſtipulantur omnia quæ de excluſſ. repreſentationis in diſpoſitione extraordinaria, aut conditionali aut qualificata dicenda erũt, infra in glo. verbo *ſaluo ſi otra coſa eſtuuiere diſpueſta* vbi ad longum probauimus ſpem in certam non tranſmitti, neq; repreſentari,& ita ſecure conſtat neceſſarium eſſe quod in patre radicatũ fuiſſet aliquod ius ſuccedendi, de præſenti conſiderabile certũ firmum & inuariabile vt verba noſtræ.l.ibi. *o de aq̃l a quien pertenece*,proprie valeãt verificari.

¶Ex quo infertur ad dubitationẽ
quam infra latius examinabimus in 11
gloſſ. 14. vt ſcilicet re preſentatio non extendatur vltra fratres, & filios fratruũ cum in reliquis tranſuerſalibꝰ remotioribus non detur ſpes certa neque firma ſuccedendi, ſed variabilis & vaga mitto vos ad ibi dicenda.

*SVMMARIVM.*

*Quæſtio illa ſuperexiſtētiæ antiquis & noſtris temporibus à viris prudentiſs. agitata explicatur per totam gloſſ.*

*Conditio ſuper exiſtentiæ tacite de iure ineſt vnde ſi expeimatur nihil operatur, numero.4.*

*Conditio neceſſaria ad effectum ſubſtitutionis non magis ſuſpendit actum quam ſi non apponeretur. num 5. & 6.*

*Exhæredatio ſeu inſtitutio filij ſub conditione ſinatus fuerit pura dicitur. numero. 6.*

*Conditio quæ pro non adiecta habetur quia tacite de iure ineſt non cenſetur reperita in eo ad quem diſpoſitio tranſit. numero.7.*

*Interpretantur verba. l. 2. tit. 15. part. 2. numero. 8. & 9.*

*Verba filius maior tempore mortis vltimi poſſeſſoris quomodo ſint accipienda. numero. 8. & 9.*

*Qui pro uepote etiam ſtante conditione ſuperexiſtentiæ conſuluerunt. num 10.*

*Relatiuum quis vel qui reſtringit diſpoſitionem. num. 11.*

*Conditio ſuperexiſtentiæ in eo propriæ verificatur qui tempore mortis poſſeſſoris vere ſuperſtes eſt. num. 11.*

*Conditio ſuper exiſtentiæ ad vere ſuperſtitem refertur & non ad prædefuncti filium. num. 12.*

*Verbum ſuperſtes ponitur ad differentiam prædefuncti. num. 14.*

*Filius in vita patris defunctus dici non poteſt relictus tempore mortis ipſius. numero. 14.*

*Prædefunctus per inde babetur ac ſi natus non eſſet num. 14.*

*Conditio ſuperexiſtentiæ inducit propriam demonſtrationem. num. 15.*

*Relatiuum qui ſuperſtes adiunctum verbo futuri temporis veram demonſtrationem inducit eius cui ineſt ſuper exiſtentiæ qualitas. num. 16.*

*Verba qui ſuperſtes inducunt propriam conditionem. num. 17.*

*Defectus condictionis contingens in perſona prædefuncti impedit traſmiſsionem. num. 18.*

*Ille in cuius perſona deficit conditio per inde habetur ac ſi nunquam in diſpoſitione fuiſſet comprehenſus numero. 19.*

*Conditio tacite inducta per relatiuum qui ſuperſtes impedit tranſmiſsionem. numero. 20.*

*Verba qui ſuperſtes reſpitiunt temporis extremitatem. num. 21.*

*Qualitas ſuperexiſtentiæ in extremo mortis articulo vltimi poſſeſſoris requiritur in perſona ſuccedere volentis, numero. 22.*

*Conditio ſuperexiſtentiæ vere & realiter eſt verificanda & non per fictionem. numero. 23.*

*Extenſio de vno caſu ad alium impeditur ex ad iectione condictionis ſuper exiſtētiæ. num, 24.*

*Nepotes non comprehenduntur appellatione filiorū ex adiectione filij ſuperſtititis num. 25.*

*Qualitas adeſſe debet tempore quo diſpoſitio ad effectum perducitur. num. 26. vſq; ad num. 29.*

*Qualitas à teſtatore requiſita tempore quo ſucceſsio defertur eſt in perſona ſuccedere volentis verificanda. num. 29.*

*Intellectus. l. cum pater. §. hæreditatem. 1. de legat. 2. num. 30.*

*Intellectus. l. generali capite. §. filios ex ſeja ff. de vſufructu legato. numero, 31.*

*Inductio. l. filiæ. §. a Titia vxor mea de conditi. & demonſtra. num. 32.*

*Inductio. l. liber homo. §. ſi ita ſcriptum fuerit de hæredibus inſtituendis. numero. 33.*

*Inductio Clementinæ Paſtoralis de re iudica. num. 34.*





*Iura quæ pro patruo ſuperſtite contra nepotem ex prædeſuncto vrgent, numer. 35.*

*Qui pro patruo ſuperſtite contra nepotem ex prædefuncto conſuluerunt, numer. 36.*

*Conditiones extraordinariæ non dicuntur tacite de iure ineſſe vnde ſi exprimantur multum operantur, numer. 37.*

*Conditio quæ tacite de iure ineſt ſi exprimatur per viam conditionis habentis ſe ad eſſe vel non eſſe multum operatur, numer. 38.*

*Conditio ſi vellet cum habeat ſe ad eſſe vel non eſſe licet tacite de iure ineſt, ſi exprimatur multum operatur, num. 38.*

*Conditio quæ tacite de iure ineſt de voluntate expreſſa multum operatur, num. 39.*

*Intellectus ad l. 2. tit. 15. part. 2. num. 8. & 9. 40. & 41.*

*Conditio ſuperexiſtentiæ excluſionem expreſſam nepotis ex filio prædefuncto operatur, num. 42.*

# Gloſa. 8. ad l. 40.

1 IBi. *Si el tal hijo mayor dexare hijo*, ſcilicet tempore mortis, & ita videtur ſingularis text. ad aprobandum: quod etiam ſi filius qui ſuperſtes fuerit tempore mortis vltimi poſſeſſoris, ad maioratus ſucceſsionem inuitetur, nepos ex primogenito prædefuncto ſecundogenito ſuperſtiti præferatur, in quo l. videtur decidere quæſtionem illam ſuperexiſtentiæ difficilem admodum & arduam: quam antiquis & noſtris temporibus à viris prudentiſsimis vidimus agitatam licet a nemine bene diſcuſſam neque explicatam imo a Ludouico Molina viro equidem doctiſſimo lib. 3. cap. 8. ad fin. indeciſſe relictam quam vt ab origine, intelligere poſsimus hac neceſſaria diſtinctione vti debemus.

¶ Aut filius primogenitus poſt mortem patris ſui vltimi poſſeſſoris deceſſit relicto filio, vel filia, quo caſu dici non poteſt quin filius primogenitus præferatur patruo ſuperſtiti, cum tempore quo pater deceſsit primogenitus viuus erat, & ſic ad impleta fuerit conditio primi inſtituentis, ſcilicet quod filius ſuperſtes tempore mortis vltimi poſſeſſoris ad primogenium admittatur, poſtea vero decedente primogenito cum filius eius proximior actuali poſſeſſori reperiatur & patruus tanquam tranſuerſalis conſideretur eidem fore ſuccedendum in ea maioratus ſucceſsione videtur, neque iſtud indiget altiori probatione. 2

¶ Aut enim primogenitus viuo patre mortuus eſt relicto filio, vel filia, in qua ſpecie dificultas conſiſtit, & cum filius maior qui tempore mortis vltimi poſſeſſoris ſuperſtes fuerit ad maioratus ſucceſsionem inuitetur, ſi ſecundo genitus viuens reperiatur, nepoti ex primogenito prædefuncto præferendus videbatur, vt teſtatoris conditio recte dici poſſet impleta, e conuerſo vero cum nepos ex præmortuo primogenito vna eademque perſona cum patre ſit, ipſumque repreſentet, ex vi repreſentationis, & ſicut pater eius ſi viueret faciet deficere conditionem ſuper exiſtentiæ & ſecundogenito filio eius patruo præponeretur quæ tamen ex his duabus opinionibus verior ſit videamus. 3

¶ Et pro nepote contra patruum ſequentia vrgent fundamenta. Primum quod verba illa qui ſuperſtes fuerit tempore mortis vltimi poſſeſſoris tacitæ 4

de iure in ſunt, cum ſemper filius ma-
ior qui tempore mortis ipſius ſuperfue-
rit ad primogenij ſucceſsionem admit-
tatur, vt ſatis noſcitur atque probatur,
in l. 2. titul. 15. partit. 2. & ex hac l.
40. vnde quamuis exprimantur nihil
operantur ex l. 3. de legat. 1. l. 1. de con-
di. & demonſtra. l. conditiones quæ
extrinſecus eod. titul. l. cum illud. §.
fin. quando dies legati. l. ex facto. §. pe-
nult. ad Trebellian. & tradunt Ripa.
in l. ſtichus qui meus numer. 24. de
legat. 1. & in terminis hoc argument.
vſi fuerunt Roma. conſilio. 56. numer.
3. Bellame. deciſio. 723. numer. 17.
Iaſon. conſilio. 164. volum. 4. colum.
fin. Ioann. Crotus in l. reconiuncti nu-
mer. 113. de legat. 3. Aymon. conſilio.
63. numer. 3. ad fin. Altiat. conſilio.
484. num. 12. verſicul. 3. Gratus conſi.
7. volum. 1. numer. 6. vbi omnes tenent
quod quamuis filius ſuperſtes ſubſti-
tuatur, non ea ſubſtitutio nepotem ex
præ defuncto excluderet, cum etiam ſi
non exprimeretur tacite de iure ineſſet,
filiuſque ſuperſtes ſemper intelligatur
ſubſtitutus, & ad primogenium inui-
5 tatus. ¶ Et non ſolum ex eo quod ta-
cite de iure inerat ea ſuper exiſtentiæ
qualitas ſi exprimeretur nihil operatur,
ſed quia ad ipſius ſubſtitutionis effe-
ctum ad eo neceſſaria erat vt niſi filius
primogenitus ſuperuiueret, neque ſuc-
cedere poſſet, neque ſubſtitutio quo ad
eum ſubſiſteret. l. vnica. §. pro ſecundo.
C. de cadu. tollen. & ideo non magis ſu-
ſpendit actum, quam ſi non aponeretur
neque vires aut effectum conditionis
habebit. l. Cornelius. l. talem in princip.
de hæredi. inſti. l. iam dubitari eod. titul.
l. ſi in diem. §. 1. l. in conditionibus. §. 1.
de condi. & demonſtra. l. ſi Titio. §. fin.
l. ſi diem. §. fin. quando dies lega. cedat
l. muto. §. 1. de tutel. notat Bartol. in lege
3. num. 1. & 9. de lega. 1. & in. l. 1. num.
6 3. ad fin. de condi. & demonſtra. ¶ Et
probat. text. iun. gloſa in l. ſi ita. ff. de
iniuſt. rupt. cum l. commodiſsime de li-
ber. & poſthu. vbi habetur quod exhe-
rædatio vel inſtitutio filij ſub cõditione
ſi natus fuerit, nullius temporis mentio-
ne facta, pura dicitur vt notat gloſa
in l. 1. §. ſed ſi incertum verb. *aliquo caſu*,
de ventre in poſſeſ. mittend. Bald. in l.
ſi pater num. 4. C. de inſtitu. & ſubſtitu-
tionibus glo. in l. 3. §. pure de liberis &
poſthu. vbi Iaſo. num. 14. Felin. numer.
29. in c. ſi. de præſump. cum alijs. ¶ Et 7
ex eo quod iſthæc conditio ſuperexi-
ſtentiæ habetur pro non adiecta, quia
tacite ineſt, vim conditionis non habe-
bit, neque repetita conſeretur in eo, ad
quem diſpoſitio tranſit. per text. cum
glo. in l. ſi in diem. §. fi. de condi. & de-
monſtra. Imola in l. Iulius Paul. ff. eod.
& Roma. conſi. 56. num. 3. Areti. conſi.
2. num. 12. ad fin. & num. 13. Ripa. in l. ſti-
chus qui meus. num. 24. de lega. 1.
¶ Secundo pro hac ſentencia facit 8
text. in l. 2. tit. 15. part. 2. ibi. *el hijo maior
deſpues de los dias de ſu padre*, quæ ver-
ba idem ſignificant ac ſi dicerent, *el hijo
mayor al tiempo de la muerte de ſu pa-
dre*, cum expreſſe conferantur in tem-
pus mortis vt in l. Titius de milita. teſta-
ment. & in l. in delictis. §. ſi extraneus
de noxalibus. l. ex facto. §. penult. ad
Trebellia. l. penul. §. fin. de ſuis & legi.
& declarat eleganter Socinus in l. ſi
agnatis. num. 5. de reb. dub. poſt Bald.
in l. 2. C. de iure emphi. Paul. conſi. 164.
col. 1. ad fin. vol. 2. Tiraquel. de primo
genit. quæſtio. 40. num. 172. ¶ Et ta- 9
men videmus quod quamuis l. illa. 2.
parte mentionem faciat de filio maiore
ſuperſtite tempore mortis vltimi poſ-
ſeſſoris, nihilominus ex primogenito
prædefuncto nepotem vel neptem ſe-
cundogenito filio in regni ſucceſsio-
ne eſſe preferendos conſtituit, quo for-
tiſsimo argumento ſic ex verbis prædi-
ctis deducto vtuntur contra patruum
pro nepote. Panor. cõſi. 85. vol. 1. Paul.
conſi. 164. col. 1. ante med. verſi. videtur
dicen-



dicendum Bologni. conſi. 52. colum.
6. ad fin. & his non relatis Ludouicus
Molina. lib. 3. capit. 8. numer. final. in
10 fin. lib. 3. cap. 8. num. fi. in fin. ¶ Et in
ſpecie pro nepote tenuerunt Alexand.
conſilio. 104. vol. 7. vbi Moline. Bald.
in l. quidam elogio. C. de iure de liber.
Alexand. conſilio. 30. numer. 29. vol.
2. Socin. conſilio. 252. vol. 2. Aluarus.
conſilio. 8. inter conſil. Grati. volum.
1. & his non relatis alios referens Mo-
lina lib. 3. cap. 8. numer. 19. verſicul.
*contrariam autem ſententiam*, vbi hanc
tacite videtur tenere, & probatur in
hac l. 40. in verb. *dexare*, inductam
vt ſupra in princip. huius glo.
11 ¶ Contrariam tamen ſententiam exi-
ſtimamus veriorem, ex ſequentibus,
primo quia verba illa, *qui ſuperſtes fue-
rit tempore mortis vltimi poſſeſſoris*, ne-
ceſſario ſunt referenda: ad filium qui
vere viuus ac ſuperſtes erat tempore
quo nouiſsimus maioratus poſſeſſor
moritur, neque ad filium prædefun-
ctum referri neque in eo verificari poſ-
ſunt, cum præmortuus non ſit ſuper-
ſtes, neque nepos ex præmortuo vere
filius, neque qualitatem ſuper exiſten-
tiæ certo tempore requiſitam habeat,
ex relatiuo qui ſuperſtes, de cuius na-
tura eſt reſtringere diſpoſitiones. ex l.
omnes populi cum materia. ff. de ius.
& iu. l. cunctos populos. C. de ſumma
Trinitatæ. l. ſtichum qui meus erit de
lega. 1. l. ea tamen adiectio de legat. 3.
21 ¶ Vt tantum in eo verificetur qui tem-
pore mortis vltimi poſſeſſoris ſuperui-
ueret, & ille ſolus in ea ſubſtitutione
comprehendatur, qui ſuper exiſtentiam
certo tempore requiſitam habuerit. ex
l. hæredibus. §. Titius nepotes ad Tre-
bellia. l. Lucius in princ. de vulga. auth.
de hæredib. ab inteſta. venien. §. ſi igi-
tur defunctus neque &. §. ſi vero neque
fratres. colum. 9. l. reſcripto. §. fin.
de mino. l. quod ſponſæ de donatio.
ante nupt. l. ex facto. §. ſi quis autem
ad Trebellian. & iſtud eleganter decla-
rant Bald. in l. 1. C. de legat. & in l. 1.
in fin. C. de verbo. ſignificatio. Zaſius
conſi. 13. 2. part. Bartolo. Socin. conſi.
16. numer. 38. volum. 4. Tiraquel. de
retracta. Linagier. §. 1. glo. 9. numer. 102.
Caſſane. in conſuetud. Burgund. Rub.
10. §. 1. numer. 12. & 13. Peralta in l.
cum pater. §. filia. num. 68. de legat.
2. Moline. in conſuetu. Pariſi. §. 8. glo.
1. num. 13. ¶ Neque ad prædefun- 13
ctum & eius filium, ſed ad vere ſuper-
ſtitem ea diſpoſitio refertur, ipſumque
ſuperſtitem: ea verba comprehendunt,
& non prædefuncti filium. l. qui filium.
§. Fabius Antonius, verb. relinquens
& verb. relictis. ad Trebellian. l. Titius
§. Meuia verb. reliquerat ff. eod. l. ſi re-
liquero. ff. de legit. tutel. l. vnum ex fa-
milia. §. ſed ſi fundum. verb. reliquerit
de lega. 2. §. cum autem. verb. relinque-
re inſtit. de adopt. & probat. text. ſin-
gula. in cap. fidelis fœmina. ibi. *quem re-
liquerit niſi de fœudo exierit*, 32. quæſt.
7. & in l. in quibus. verb. *relictis*. C. de
ſecund. nupt. text. in l. ſi vero ſuperſti-
tem. inſti. de excuſa. tut. & facit. l. 10.
titul. 4. partit. 6. l. 4. titul. 13. eadem.
part. & hoc tenuit Alberic. in dictio-
nario verb. ſuperſtes, Portius conſilio.
8. num. 36. & conſilio. 15. numer. 22.
¶ Et hoc quia verbum ſuperſtes poni- 14
tur ad diferentiam prædefuncti. ex au-
thentica præterea. C. vnde vir & vxor.
ibi. *coniux autem præmoriens locuplex
ſit ſuperſtes vero lauoret inopia*. & facit
notandus text. in l. pen. de ſecund. nup.
ibi. patre ſuo adhuc viuo, vel matre ſu-
perſtite, quæ non ſunt vulgaria iura.
¶ Et quia quando filius moritur in vita 15
patris, nullo modo poteſt dici q pater
eũ reliquerit tempore mortis, quia eſſet
dare qualitatẽ ſine ſubiecto: contra text.
in l. eius qui prouincia. §. 1. ff. ſi cer. peta.
imo talis filius prædefunctus perinde
habebi-

habebitur ac ſi nunquam natus, neque
conceptus, fuiſſet ex l. ex facto. §. pe-
nult. ad Trebel. l. poſthumus. in princi.
ff. de iniuſto rupto.

16 ¶ Secundo principaliter pro hac
ſententia facit, quia verba illa qui ſu-
perſtes fuerit, habent vim taxationis, &
inducunt veram atque propriam de-
monſtrationem ſuperviuentis & tan-
tum in eius perſona demonſtrata veri-
ficatur, ex l. cum certos de vino triti.
& oleo. lega. & aduertit Iaſo. notab. 1.
in l. ſtichum. ſupra alegat. vbi Paul.
num. 4. & Cuma. per text. ibi. in l. ſer-
17 uos in princip. de lega. 3. ¶ Præcipue
ex vi relatiui qui ſuperſtes, adiuncti
verb. futuri temporis quod veram at-
que propriam demonſtrationem eius
perſonæ cui ineſt ſuper exiſtentiæ qua-
litas inducit, vt probant ſingularia iura
l. ſcribit, *Quintus Mutius*. §. 1. *de auro
& argen*. legat. ibi. *id ſolum in legato in
cluſum eſſe intelligatur quod tunc tem-
poris vxoris cauſa paratum eſt*, text. etiam
in l. commodiſsime de liber. & poſthu.
& in l. mella. verſic. *ſed ſi alimenta*, &
verſicu. *quid ergo*, de aliment. & ciba.
lega. & ibi. *qui viuus preſtabat*, text. in
l. 2. §. fin. de condi. inſtit. text. in l. 13.
titul. 4. partit. 6, probantque in ſpecie.
Bartol. in princip. Aretin. colum. 1. &
2. Angel. & Imola. colum. 2. Iaſo. num.
fin. Alex. numer. 6. in dict. l. commodiſ-
ſime. Corne. in l. 1. num. 6. C. de condi.
inſert. Socin. conſilio. 74. numer. 4. &
5. volum. 3. & Suarez in l. quoniam in
prioribus ampliatione. 1. colum. ante
penult. Grego. qui notanda adducit
in propoſito in l. 32. titul. 9. partit. 6.
verb. *contra derecho*, colum. 13. verſic.
*item ſi defunctus*, Acoſta de maiorat.
bonorum patrimon. numer. 13. verſic.
*vnde in propoſita quæſtione*, adducens
d. l. ſcribit Quintus Mutius pro for-
tiſsimo fundamento huius opinionis
contra nepotem.

18 ¶ Tertio facit quia ſi verba illa, non
inducunt propriam demonſtrationem,
ſaltim inducunt veram conditionem
ex l. ſtichus qui meus erit delegat. 1.
vbi Bartol. aduertit & melius Cumanus
conſilio. 13. Corne. conſilio. 167. volu.
4. & Alexand. conſilio. 30. numer. 3.
volum. 1. Pariſi. conſilio. 37. volum. 2.
numer. 51. melius Acoſta de maiorat.
bono. patrimo. numer. 13. in principio
referens conſili. Abbas & ſingulariter
loquens Zancus in l. hæredes mei. §.
cum ita numer. 108. 219. 220. 185.

¶ Et conſequenter defectus illius con- 19
ditionis contingens in perſona præde-
functi: impedit tranſmiſsionem. vt la-
tiſsime dicendum erit in glo. *eſtuuiere
diſpueſta*, huius l. & conſtat ex vulga.
l. vnica. §. ſin autem aliquid. C. de ca-
duc. tollend. reſoluit Pariſi. conſilio. 63.
num. 9. lib. 3. ¶ Et ille in cuius per- 20
ſona deficit, per inde habetur, ac ſi nun-
quam in diſpoſitione fuiſſet compre-
henſus, text. in l. ſi pecuniam. ff. ſi cert.
peta. ibi. *perinde ac ſi nulla ſtipulatio in-
terueniſſet*, & in l. neceſſario in princi.
de pericul. & commod. rei vendi. l. 1.
§. 1 de his qui in teſtament. delentur &
conſiderant Paul. conſilio. 292. col. 2.
volum. 2. & probat optime l. 12. titul.
15. part. 5. ¶ Et quod hæc conditio 21
quæ inducitur per relatiuum, *qui ſuper-
ſtes quamuis ſit*, tacite impediat tranſ-
miſsionem probant, Bart. in l. conditio-
nes extrinſecus verſic. *item conditio*, de
condi. & demonſtra. Alexan. in d. l. ſti-
chum. num. 6. Iaſo. 26. Bald. & Imola.
in l. qui filiabus. §. 1. de lega. 1.

¶ Quarto facit quia per illa verba 22
*qui ſuperſtes fuerit*, conſiderauit inſti-
tutor temporis extremitatem, ex text. ſin
gulari in propoſito in l. 4. §. *ſi ita ſcriptũ
de condi. & demonſtra*. ibi. *quia hic arti-
culus tunc extremi*, quinquenij tempus
ſignificat ex textu in l. vxorem. §. Se-
ium maritũ de legat. 3. atque in termi-



nis probant Bologni. conſil. 40. num.
12. atque. 13. & Acoſta de maiorat.
bono. patrimo. numer. 12. prope fin.

23 ¶ Ex qua temporis extremitate plu-
res effectus in propoſitum deducũtur,
primus quod concurſus qualitatum
primogenituræ, maioriæ, atque ſuper
exiſtentiæ, in extremo mortis articu-
lo vltimo morientis in perſonam ſuc-
cedere volentis, debent concurrere, ita
quod non ſufficiat fuiſſe ſuperſtitem
niſi huiuſmodi ſuper exiſtentiæ quali-
tas vſque ad tempus mortis duret, &
perſeueret. atque in eo tempore in eo
reperiatur ex text. ſingulari in l. ex
ſubſtitutione. 2. part. ff. de vulgat.
doctrina Bald. in l. humanitatis, numer.
28. C. de impube. ſequuta ab Alexand.
conſilio. 53. numer. 12. vol. 6. Crotus
conſilio. 58. numer. 12. Gregorius in
l. 10. titul. 4. partit. 6. verb. *dexaſſe*
24 *hijos*, colum. 2. ad fin. ¶ Secundus
effectus eſt quod hæc conditio ſu-
perexiſtentiæ vere & realiter eſt ve-
rificanda & non perfictionem. ex l.
3. §. hæc verba. ff. de nogo. geſt.
l. ex ea parte. §. in inſulam. de verbo.
ff. ibi. *non niſi moriente eo committi-
tur*, vbi gloſ. & doctores notant &
aduertit ſingul. Ancharran. conſilio.
356. numer. 5. Detius conſilio. 27.
numer. 1. Pariſi. conſilio. 30. numer.
55. volum. 2. dicentes quod extremi-
tas reſultans ex verbis diſpoſitionis per
modum conditionis, & formæ, de-
bet ſemper ad impleri ſecundum veri-
tatem cum ſit caſus voluntatis ho-
minis, & quod non ſufficeret verifi-
cari per fictionem ſicut per repreſen-
tationem, quæ fictio eſt, vt videbimus
in gloſa verb. *repreſenten*, quod qui-
dem ad propoſitum notabile eſt.

25 ¶ Tertius effectus eſt quod in hac
ſpecie non admittitur extenſio de vno
caſu ad alium, ex doctrina, Bartol. &
communi in l. ſi mater. §. fin. de vulga.
& in l. 1. num. 15. eod titul. & in l. Gal-
lus. §. & quid ſi tantum. colum. 2. de
liber. & poſthum. & eſt communis ſe-
cundum Socin. conſilio. 76. numer. 5.
volum. 3. Pariſi. conſilio. 20. numer. 7.
volum. 3. Alciat. in l. .numer. 48. de
verborũ. Corraſius. in l. poſt additam.
numer. 48. C. de impube.

¶ Quartus effectus eſt quod eo caſu 26
appellatione liberorum, nepotes non
continerentur Bartol. num. 18, in l. li-
berorum de verbo. ſignificatio. ſequuto
ab Alexand. conſilio. 9. numer. 13. num.
1. Corne. conſilio. 182. numer. 7. vol. 2.
Socin. in l. Gallus. §. inſtituens de liber.
& poſthum. vbi. Iaſo. numer. 23. id ip-
ſum aduertit.

¶ Quinto facit, quia quoties diſpo- 27
ſitio inducitur cauſa alicuius qualitatis
ea qualitas, adeſſe debet tempore quo
diſpoſitio ad effectum perducitur,
cum facile poſſet contingere habere
quem diſpoſitionis tempore qualita-
tem ab inſtituente primogenium requi-
ſitam, & non quando diſpoſitio ſorti-
tur effectum hæc eſt reſolutio Alexan.
in l. ſi rem meam in fin. de verb. obliga.
Aymon. conſilio. 202. numer. 31.

¶ Maxime ſi qualitas eſt adiecta per 28
modum cauſæ finalis, ex celebri do-
ctrina Bald. in l. humanitatis numer. 38.
verſic. quandoque. C. de impube. Ripa.
in l. ex facto num. 36. de vulga. ¶ Vel 29
ſi non per modum cauſæ finalis ſaltim
per modum exiſtentiæ ſeu fundamenti
diſpoſitionis, vt per eundem Bald. in d.
l. humanitatis num. 28. verſicul. quan-
doque loco, & declarat eleganter Be-
lonus conſi. 1. num. 8. & 9. Pariſi. conſi.
101. numer. 32. lib. 1. Craue. dict. conſi.
202. numer. 31. Detius. conſilio. 24.
colum. ſecunda. ¶ Et hæc eſt regu- 30
la generalis iuridica & communis,
quod quotieſcumque maioratus, inſti-
tutor aliquẽ vocauerit ad primogenij
ſucceſsionem diſpoſitiue, aut condi-
tionaliter.

tionaliter, cum aliqua qualitate intelligitur principaliter ſub ea conditione vocationem feciſſe quod ea qualitas in perſona ipſius vocati reperiatur tempore quo ſucceſsio actualiter defertur, neque ſufficere voluiſſe eam qualitatem in eo verificari inſtitutionis maioratus tempore, vt pro regula conſtituitur a Bart. in l. qui ſe patris numer. 3. C. vnde liberi Bald. in d. l. humanitatis colum 4. Paul. conſil. 16. colum. 3. lib. 2. Alexand. conſilio. 26. colum. 3. in fin. Ancharran. conſilio. 27. Roman. conſilio. 36. nume. 4. & 430. in. 4. dub. Detius conſilio. 31. colum. 2. & conſilio 13. in fin. & conſilio. 299. numer. 7. & conſilio. 321. colum. 2. Beroius conſilio. 107. & conſilio. 71. lib. 2. Cephal. conſi. 26. numer. 63. lib. 1. Maria. Soci. conſi. 98. numer. 26. lib. 2. Tiraquel. de primogenitu. quæſtio. 39. num. 6. & num. 28. & quæſtio. 40. numer. 106. quæſtio. 63. in fin. & in tractat. Linagier glo. 8. quæſt. 1. num. 36.

¶ Sexto & fere in ſpecie probat
31 hanc ſententiam text. in l. cum pater. §. hæreditatem. 1. delegat. 2. iuncta expoſitione Acurſij Alberici. Dini. & aliorum ſcribentium. *ibidem.* inquit enim. I.C. in hunc modum. *Viriles partes inter eos fieri qui eo tempore vixerint*, & ſtatim, *cum de alijs elligendi poteſtas non fuerit*, ſcilicet præmortuorum, ex quo text. iuncta dict. expoſitione clare deducitur, quod in diſpoſitione in qua vocantur ſuperuiuentes, tempore mortis: ſolum modo intelliguntur vocati illi qui tempore ſupereſſent excluſis prædefunctis atque eorum filijs, idque Papinianum ibi ſenſiſſe, atque veram expoſitionem ad illum text. eſſe exiſtimant, glo. fin. ibi: & in l. fin. C. de his qui ante apertas tabulas. Dinus. Alberic. Ioannis de Imola. in dict. §. hæreditatem. Roman. conſilio. 438. numer. fin. Socin. conſilio. 73. numer. 20. volum. 4. Iaſon. in l. Gallus. §. inſtituens. numer. 26. de liber. & poſthum. tradunt ſingul. Peralta in dict. l. cum pater. §. rogo. numer. 16. Luſitanus Acoſta. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, numer. 19. verſic. *hæc Papiniani mens fuit*, & Fortunius. ibi. num. 28. atque ipſe Luſitanus Acoſta de maiorat. bonor. patrimo. nume. 14. verſic. *quarto principaliter*, & in l. qui duos. §. cum in bello. pagin. 62. colum. 1. de reb. dub. Pinel. in l. 1. 1. part. numer. 69. C. de bon. mater, Albar. Vaez de iure emphiteo. quæſtio. 50. numer. 16. qui hunc exſtimat veriſsimum. intellectum ad text. in. dict. §. hæreditatem.

¶ Septimo facit text. ſingul. in l.
generali capite. §. filios ex ſeya. ff. de 32
vſufructu legat. inquit enim, iuriſconſultus, ibidem in hunc modum, quendam diſpoſuiſſe, *eliæ matri meæ dari volo quoad viuat vſumfructum bonorum meorum ita vt poſt obitum eius ad liberos meos aut ad eum qui ex his viuet pertineat*, quæritur in terminis illius diſpoſitionis quæ fere eſt eadem de qua agimus ſi tempore quo deceſſit, illa mater poſt eius obitum facta fuit ſubſtitutio filiorum ſuperuiuentium, erat tantum ſuperſtes vnica filia, cæterique filij præmortui relictis nepotibus ad quem vſusfructus debeat pertinere, cui dificultati. Claudius. *iuriſconſultus quem Cebola, ibidem referens ſequitur ita reſpondet. Claudius non credidit ipſum vſumfructum portionum hæreditariarum poſt mortem qui inter eos datum eo magis quia æquis portionibus hæredes ſcripti erant*, ſignificans ad ſuperſtitem ipſum vſumfructum iuſtiſsime peruenire, *& idem probat text. ſingul. in l. quoties. 1. ff. de reb. dub. ibi exiſtimo enim omnibus libertis proprietatem ſub hac conditione ſi nouiſsimus ſuper vixerit dari*, iuncta declaratione Cuiatij vir ætatis noſtræ doctiſsimus, in tractatu ad Africanum pagin. 81. Paul. Bartol. & aliorum ibidem.



¶ Facit. 8. text. in l. filiæ. §. Ati-
33 tia vxor mea, de conditioni. & demonſtratio. ff. ibi. *lego Titio Philargium et Agateam qui mei erunt cum moriar*, iunctis his quæ notanter tradunt Bartol. Paul. & Alberic. ibi, Panormi in c. quoniam Abbas col. 3. in princip. de offi. delegat. vbi. Butrius col. 4. verſic. non obſtat ſingulariter Barbati. numer. 22. Beroius. num. 37.

¶ Facit. 9. l. liber homo. §. ſi ita ſcri-
34 ptum fuerit. ff. de hæredi, inſtit. iunctis traditis per Couarru. lib. 1. varia. cap. 14. num. 30. in principio, & text. in l. cum quidam de legat. 2. quem ad hoc ponderat Bald. ibi. col. 2. Peralta pag. 276. Alciatus in l. proximus de verbo. ſignific.

¶ Facit. 10. Clementina Paſtoralis
35 de re iudic. vbi ſummus Pontifex Bonifacius pronuntiauit in fauorem patrui contra nepotem ex primogenito prædefuncto, ex cadem vocatione vt conſiderant Afflictus in cap. 1. numer. 59. de natura ſucceſsio. fæudi & ibi. numer. 119. atque Luſitanus Acoſta. de maiora. bonorum regiæ coronæ. nu. 12. verſic. *confirmo*.

36 ¶ Faciunt etiam quam plurima iura in confirmationem huius opinionis. ſcilicet. l. huiuſmodi in principio quando dies legat. cedat. l. 2. §. ſi quis ita inſtituerit. de bono. poſſe. ſecundum Tabulas. l. 4. de aliment. & ciba. lega. l. cum quidam. de legat. 2. l. vnum ex familia. §. rogo. eod. titul. l. cum falſo de conditioni. & demonſtratio. l. Lutius. §. Paul. reſpondit. de vulga. quæ quidem iura ſeparatim pro fundamento huius opinionis videnda erunt.

¶ Et eam ſententiam pro patruo ſu- 37
perſtite contra nepotem ex primogenito prædefuncto probant Cumanus conſi. 13. Ioann. Faber. in. §. incertis. inſtituta. delegat. Socin. conſil. 14. numer. 10. volum. 4. Socin. iuni. conſilio. 133. volum. 1. & conſilio. 102. colum. 2. volum. 3. & conſilio. 116. volum. 1. numer. 11. &. 29. & 30. Iaſo. conſilio. 29. per totum. volum. 3. & conſilio. 16. numer. 1. volum. 6. Carol. Moline. in tractat. Analitic. de donatio. fact. vel confirmatio. contract. matrimo. numer. 67. Socinus. iunio. conſilio. 42. numer. 15. &. 23. volum. 1. & conſilio. 114. numer. eodem vol. Albanus conſi. 26. num. 3. Ioann. Sodolet. in l. ſi cognatis colum. 2. de reb. dub. Ancharran. conſilio. 248. numer. 3. volum. 1. Bald. in l. 2. numer. 5. C. de iure emphiteo. Alexand. & omnes. in l. ex facto. §. penultim. ad Trebellian. Ripa in l. 2. numer. 121. verſic. *quærit Baldus*, C. de iure emphiteo. Alciat. reſponſo. 560. numer. 3. & in l. proximus numer. 4. de verbo. ſignificatio. Afflict. in capit. 1. numer. 117. de natura ſucceſsio. fæud. Alexan. conſilio. 123. numer. 1. &. 2. volum. 1. Carol. Ruinus. conſilio. 192. numer. 18. volum. 2. Detius conſilio. 443. numer. 15. Auguſt. Beroius conſilio. 71. numer. 17. volum. 1. Alciat. conſilio 523. numer. 5. Gregor. in l, 28. titul. 8. partit. 5. verb. *ſegun ſe auienen*, Cepol. conſilio, 54. numer. 3. Bertrandus conſilio. 214. colum. 4. volum. 4. Beroius conſilio 82. numer. 77. volum. 2. Acoſta de maiora. bonorum patrimoni. numer. 13. vſque ad numer. 16. & nullo ex his relato, alij quam plurimi relati licet non ſequuti a Molina libro tertio, capite octauo

verſic. *quod autem*, is vbi etiam iura refert.

38 ¶ Qua quidem ſententia retenta, non obſtant fundamenta in contrarium adducta, quia eis quamuis fortiſsima ſequentibus modis reſpondetur ad primum de lege. 3. de lega. 1. cum vulga. ex qua pretenditur conditionem iſtam ſuperexiſtentis tacite de iure in eſſe atque ideo nihil expreſſam operari dicendum exiſtimo. quod in primogeniorum ſucceſsionibus, id tantum ex ipſorum natura in eſſe dicitur, vt filius maior primogenitus ſemper admittatur, nepoſque ex prædefuncto ipſorum ſecundogenito præferatur, vt probant omnia iura ſupra aducta, & hæc conditio ſeu qualitas primogenituræ, & maioriæ, veriſsimum credo cum de iure tacite in ſint, quod ſi exprimantur nihil operentur per d. l. 3. delegat. 1. & quæ notanter erunt dicenda in gloſſa verb. *la perſona de ſus padres*, aliæ vero qualitates ſeu conditiones extraordinariæ vt ſuperexiſtentiæ atque ſimiles dici non poteſt quod de iure tacite in ſint: imo contra ius & ordinariam primogeniorum naturam eſſe videntur, vnde ſi exprimantur multum debent operari ex l. ſi ſtipulatus de vſuris iuncta doctrina Bart. in dict. lege. 3. & conſequenter repreſentationis excluſionem inducerent. vt ſingulariter declarant Socinus. nepos conſilio. 114. numer. 28. vol. 1. & Socinus eius patruus conſilio. 88. num. 1. vol. 3. alios referens.

39 ¶ Secundo reſpondetur quod quamuis fateremur predictam ſuperexiſtentiæ conditionem tacite de iure in eſſe, negari non poteſt, expreſſam multum operari, cum exprimeretur per viam conditionis habentis ſe ad eſſe vel non eſſe, ex text. ſingulari in l. ſi ita legatum. §. illi ſi volet de legat. 1. cui conſonat. lex. 3. titul. 9. partit. 6. vbi videmus quod licet conditio ſi vellet videatur tacite de iure in eſſe in quocumque legato ſi tamen exprimatur a teſtatore inducit magnum effectum & operatur quod ſi legatarius decedat antea quam voluntatem ſuam declaret; ad hæredes nihil tranſmittit; hoc ſingulariter probant Pontanus in lege. 3. numero. 11. de legat. 1. & eſt text. ſingul. in lege in conditionibus. §. 1. de conditio. & demonſtratio. ibi. *niſi forte hoc animo fecerit teſtatrix vt faceret conditionem*, quem ad hoc commendans, dicit alibi non reperiri Bald. in lege vnica in principio numer. 15. C. de caduc. tollent. Iaſon. nume. 38. Socinus. 4. Lancelo. Detius colum. 4. Vincentius Hercula. colum. 4. verſicul. ſed in terminis noſtris Paulus numer. 4. in fin. in dict. lege. 3. de legat. 1.

¶ Tertio reſpondetur quod quam- 40
uis ea ſuperexiſtentiæ conditio tacitæ de iure in eſſet, dici non poteſt in eſſe de neceſsitate, ſed de voluntate, cum ex ſola inſtituentis primogenium voluntate facile poſſet variari, quo caſu non procedit. dict. lex. 3. per text. in lege, talis ſcriptura in principio de legat. 1. & declarant Bart. ibi, Beroius conſil. 140. numer. 2. volu. 2. Socin. iunior. conſilio. 130. volum. 4. num. 9.

¶ Secundo principaliter reſpon- 41
detur ad legem. 2. titul. 15. partit. 2. quod verba illa, *deſpues de los dias de ſu padre*, non ſunt referenda ad filium, poſt mortem patris ſuperſtitem, ſed ad regni ſucceſsionem, quod demum patre mortuo, filio primogenito actualiter acquiritur. vt eam intelligit Gregorius. ibi. in verbo. *de ſu padre*, & ita non bene. legem illam inducit Molina. dict. lib. 3. cap.
8. num. fin. ¶ Secundo reſpondetur 42
quod dict. lex ſecunda. loquitur in ſucceſſione regnorum, quæ non ex hominis diſpoſitione, ſed ex iure ſanguinis & naturæ vel ex antiquiſsima conſuetudine conſtant, atque deferuntur, in quibus ſemper habet locum repreſentatio, ex his quæ latius tradidimus in gloſa ſecunda huius l. nos vero loquimur in longe diſsimili primogeniorum ſucceſsione vt in ea quæ ex diſpoſitione extraordinaria hominis in poſteros deriuatur, in qua non ſemper repreſentatio admittitur, ſed demum ſi ex voluntate expreſſa, aut coniecturis, deducta inſtituentis primogenium, excluſa non reperiatur, vt quando ſuperuiuentem filium vocauit, vel aliam ſimilem vocationem repreſentationis excluſiuam fecit, quia tunc non admitteretur, vt in eadem glo. ſaluo huius l. latius erit dicendum.



¶ Et ſi forſam ex aduerſo replicetur, quod ſecunda pars huius l. requirit diſpoſitionem expreſſam, & indiuiduam, facile reſpondetur non eſſe neceſſariam expreſſam & indiuiduam teſtantis diſpoſitionem, ad excludendam repreſentationem vt dicendum erit in gloſa verb. *eſtuuiere diſpueſto*, & a fortiori quod iſta ſuperuiuentium vocatio, expreſſa excluſio eſt filiorum præmortuorum atque per eam repreſentatio expreſſe excluditur, vt reſoluunt notanter Cuma. conſil. 222. numer. 2. Socin. iuni. conſil. 42. num. 15. & 32. vol. 1. & conſil. 114. num. 28. eod. vol. licet corrupte vtrobique alegetur conſil. Cumani. Alexand. in l. qui patri in fin. num. 13. ff. de acquirend. hæredit. Albar. Vaez de iure emphiteo. quæſtio. 50. num. 16. & num. 40. Alexand. conſi. 4. num. 4. Ancharra conſi. 248. num. 3. vol. 1. atque eod. modo reſpondetur, ad hanc l. vt ſcilicet ſit intelligenda in ordinaria primogeniorum ſucceſsione qui ex hominis prouidentia atque ordinaria diſpoſitione deriuatur, de qua in dict. gloſa, *ſaluo ſi otra coſa.*

## SVMMARIVM.

*Poſthumus ex primogenito prædefuncto relictus patruum excludit, numer. 1.*

*Neptis ex filio primogenito præmortuo patris perſonam repreſentat & ſecundogenitum excludit, numer. 2. & 3.*

*Fœmina ad regni ſucceſsionem admittitur, num. 4.*

*Neptis in ragno patruum excludit, numer. 4.*

*Fœminæ ex diſpoſitione teſtatoris poſſunt excludi a maioratus ſucceſsione, nume. 5.*

*Maſculus a fœmina poſt excludi, num. 5. ad fin.*

*Excluſio fœminarum quando fauorabilis vel odioſa ſit, eleganter examinatur, num. 6. vſque ad num. 13.*

*Excluſio fœminarum principaliter reſpicit fauorem publicum: qui verſatur circa conſeruationem familiarum, numer. 7.*

*Excluſio fœminarum in fauorem maſculorum extendenda, num. 8.*

*Fœmina an excludatur a maioratu ob conſeruationem memoriæ inſtituto, numer. 14.*

*Fœmina an memorian conſeruet, numero. 14.*

*Fœmina an admittatur ad primogenium ob conſeruationem familiæ inſtitutum num. 15.*

*Verbum familia quid propriæ ſignificet, num. 15. & 16.*

*Fœmina an a ſucceſsione maioratus ob conſeruationem domus, ſeu caſſatæ inſtituti excludatur, numer. 18. & 19.*

*Verbum domus ſeu caſatæ quid proprie ſignificet. numer. 18. & 19.*

*Fœmina ad maioratum ob conſeruationem generis inſtitutum an admittatur. nu.20.&.21.*

*Neptis ex filio prædefuncto an comprehendatur ſub vocatione generis ad excluſionem patrui, numer. 20. & 21.*

*Fœmina an comprehendatur ſub vocatione generis, numer. 20. vſque ad 22.*

*Vocatio generis a marito & vxore facta de cuius genere intelligatur. num. 22.*

*Fœmina an comprehendatur ſub vocatione ſtirpitis ſeu cipi. numer. 23.*

*Fœmina an poſsit admitti ad maioratum in quo proximiores de genere ſeu poſteritate vocantur, num.24.*

*Fœmina an cenſeatur excluſa ex adiectione conditionis nominis ſeu armorum, numer. 25. vſque ad numer. 27.*

*Conditio nominis vel armorum an inducat coniecturam, agnationis conſeruandæ, num.25.*

*Conditio nominis vel armorum proprius a maſculis quam a fœminis ad impletur, num.26.*

*Conditio nominis vel armorum quando ſit adimplenda remiſsiue, num. 27.*

*Fœmina an excludatur ex vocationē primogeniti, numero. 28. &. 29.*

*Fœmina an excludatur ex vocatione fœminarum in defectum maſculorum eleganti ſsime examinatur, num.30.vſque ad num. 40.*

*Vocatio fœminarum in defectum maſculorum quomodo ſit accipienda, numer. 30. vſque ad num, 40. eleganti ſsime examinatur.*

*Intellectus ad text. in c. 1. de eo qui ſibi & hæredibus ſuis, num.30.& melius. 37.*

*Diſpoſitio teſtatoris in dubio intelligenda eſt vt minus quam poſsibile ſit ius commune corrigat, num. 40.*

*Femina an ſit excludenda ex repetitione maſculinitatis, num. 41. vſque ad num. 45.*

*Femina an excludatur ex ſimplici & abſoluta vocatione maſculorum, numer. 46.&.47.*

*Femina an excludatur ex voluntate conſeruandæ agnationis expreſſa vel ſub intellecta, numer. 48.&.49.& 50.*

*Verba quæ de ſui natura maſculos et feminas comprehenderent ex ratione conſeruandæ agnationis, in maſculis tantum verificantur, num. 49.*

*Feminæ an cenſeantur excluſæ quando teſtator quoſcumque maſculos vocauit, num.51.et,52.*

*Feminæ an cenſeantur excluſæ ex geminatione maſculinitatis, numer. 53. vſque.56.*

*Geminatio maſculinitatis quid inducat, num.53.vſque.56.*

*Femina in caſu dubij nunquam excluditur, num.57.*

*Femina an cenſeatur excluſa a maioratu inſtituto a femina, numero. 57.*

*Femina an cenſeatur excluſa ex vocatione deſcendentium per lineam vel ex linea maſculina, numer. 58. vſque ad num.64.*

*Emphiteoſi conceſſa liberis aut deſcendentibus per lineam maſculinam, an feminis conceſſa cenſeantur, num. 59. et.61.*

*Femina an ſit admittenda ad maioratus ſucceſsionem ad quam agnati vocantur num.65.vſque ad.67.*





*Fœmina a maſculo relicta quando ad ſucceſsionem ad quam maſculi inuitantur ſit admittenda, num. 68. vſque,72.*

*Fœmina a maſculo deſcendens an dicatur deſcendere per lineam, vel ex linea maſculina, num.69.*

*Neptis ex maſculo prædefuncto excludit amitam virtute ſtatuti dicētis quod filius maſculus excludat ſororem, num. 70.*

*Neptis dotando amitam eam ſicut pater excluderet. num.71.*

*Statutum excludens filiam neptem ex filio non excludit, num.72.*

*Nepos ex fœmina an excludatur vbi fœminæ propter maſculos remotiores excluduntur, num.73.vſque.75.*

*Maſculorum appellatione in materia indifferenti quæ tam maſculos quam fœminas comprehendit maſculi ex fœminis comprehenduntur, nume. 74. ad fin.*

*Maſculo ex fœmina & fœmina ex maſculo concurrentibus quis preferatur, num.75.*

*Rex noſter Philipus iuſtiſsime ad regni Portugaliæ ſucceſsionem aduerſus ducem de Bragança fuit admiſſus, num. 75.ad fin.*

*Fœmina ſemel excluſa an ſemper cenſeatur excluſa, num. 76. vſque ad nu. 79.*

*Semel excluſus an ſemper cenſeatur excluſus, numer. 76. vſque ad numer. 79.*

*Fœmina an cenſeatur excluſa ex eo quod teſtator filias habens nullam de ipſis mentionem fecit, num.80. vſque ad fi: gloſæ.*

*Cauſa pia an excludat filiam quando nulla a teſtatore de filia fit mentio, num. 82.&.84.*

# Gloſa.9.ad l.40.

HIjo, Non ſolum natus, ſed conce- 1
ptus, & in vtero, quia is mortuo primogenito in vita patris relictus, ſecundogenito excluſo ad primogenium admitteretur, vt poſt longam diſputationem Ioan. Licerier & aliorum reſoluunt. Tiraquel. de primogenit. quæſt. 40. num. 2. &. 130. comprobans eam veritatem, Licurgi Lacedemoniorum regis exemplo memorabili, in rubri. de hæredib.inſti. num. 23. verſic. viſis itaque Grego.in l.23.tit.3. part. 4. glo. 1. per totam Ioann.Mieres in tractat. maiorat.2.part.quæſt.4. illat. 4. Peralt. in rubric. de hæred. inſti. num. 123. & his non relatis Molina. lib.3. cap.10. num. 1.&.2.

¶ Et dum l. dicit. *hijo*, idem dicen- 2
dum erit ſi filiam prædefunctus reliquerit quia neptis ex filio primogenito prædefuncto patris perſonam repreſentando ſecundogenitum excludit & ad primogenitum admittitur, ex vulgata licet notanda, doctrina Petri a Bellapertica, in l. pater filiam. §. quindecim delegat. 3. num.13, verſi, *in contrarium reſoluunt*, Paul. Caſtrenſis conſi. 47. num.1. Socin. conſi.122. vol.3. Corneus conſi.92. nu. 9.& con.93. num.16.&. conſi.142. atque alij quamplurimi per Couar. in c. 38. pract. num.8. & Molina lib. 3. c.8.
num. 10. ¶ Licet contrarium tenue- 3
runt Ioan. Faber in. §. ceterum inſtit. de legiti. agna. ſucceſsio. Benedict. in cap. Rainuntius verb. in eod. teſtament. relinquens, num.190. Lucas de Penna. in l.1.C. de fruct. vrb. Roma lib.11. Afflict. in c.1.num.20. de nat. ſucceſſ. fæud. quorum ſententia tenenda non eſt neque de
hac veritate dubitandum. ¶ Imo in reg- 4
no etiam probatur neptem ex maſculo primogenito eſſe patruo præferendam. ex eo quod fœmina ad regni

ſucceſsionem regulariter admittitur ex cap. ſignificauit in princip. de reſcript. cap. dilecti de arbitris cap. dilecto. de teſti. cap. fin. de conceſſ. præben. cap. peruenit de cenſib. cap. ex par.3. de reſcript. c. cum deuotiſsimam & c ſequent.12.quæſtio.2. c.ſi quis.14. quæſt.4. vbi reginarum & commitiſſarum fit mentio.& probant Bald. in l. cũ prætor.de iud.& in l.quoties. C.de ſuis & legitimis.Bart.in l.1. C. de mulier. & in quo Io. Iſer. in c.1. de his qui ſibi. & redib.ſuis.Imola & Philippus Franc. in c.grandi.de ſuplen. negligen. & notanter Anchar.conſi.339.pro maiori intelligentia,atque latiſsime Tiraq.de primogenit.quæſt.10. per totam. quamuis aliqui licet minus bene contrarium tenuerint, & ita clare videbatur dicendum quod nepos ex filio primogenito prædefuncto ſecundogenito excluſo ad regnum ſeu primogeniũ admittatur, quod hodie probant text.in l.2.tit.15 .part.2. l.9.tit.13.part.6.l.4.part.3.fœminas ad regna & primogenia admittentes & nepotem,vel neptem,ex primogenito prædefuncto ſecundogenito filio in eorum ſucceſsione preferentes.

5 ¶ Poſſet tamen ſæpiſsime contingere quod ex voluntate expreſſa, inſtituentis primogenitum, aut ex liquidiſsimis coniecturis deducta,fœminæ a maioratu excluderentur, etiam propter maſculos remotioris lineæ & gradus, & tunc certiſsimum eſt neptem a patruo fore excludendam,ex vi voluntatis inſtituentis maioratum, vt reſoluunt Bertrand. conſi. 46. lib.1. & conſi. 173. num. 12. lib.3.Detius conſi.372.num.3.& 4.Sigiſmundus Loſredus conſi.39. num.28. Ioan. Lupus in rubric. de donat. inter vir.§.69.num.26.Couarr. cap.38.practica. num.7. verſic. 4. atque ſatis conſtat ex notatis ab Alexand. in l. ex facto.§. fin. num.13.ad Trebellian. vbi Ripa num.8.& his non relatis Molina. lib.3.cap.8. num.7. & num. 10. ad fin. ſicut ex conſuetudine poteſt excludi maſculus, per Couarrub. lib. 3. cap. 5. numero. 5. verſic. 7. vnde aliqui caſus in quibus dubitauerunt ſcribentes, an fœminæ propter maſculos remotiores excludantur examinandi erunt.

¶ Et primo eam difficilem dubita- 6
tionem explicandam ellegimus quam nullus quem ego viderim, ab origine examinauit ſumme equidem neceſſariam ad veram intelligentiam excluſionis fœminarum propter maſculos remotiores, ſcilicet an huiuſmodi excluſio fauorabilis aut odioſa ſit iudicanda, in qua dubitatione tres opiniones penitus diuerſæ erunt. intelligendæ ac conciliandæ. Prima opinio eſt, quod excluſio fœminarum propter maſculos remotiores fauorabilis ſit quam tenent Alberic.in authenti. itaque.C.communia de ſucceſsione. Bald. in l.fi.C.de liber.prete. Angel.in l.quiſquis. C.ad l. Iuliam,maieſt. & in l.ſi ita ſcriptum de liber.& poſthu. in princip. Angel.& Salice.in l.1.C.de adul.Ioan. Anani. vbi dicit communem conſi. 69. Albert.Brunus in tractat.de ſtatu.excluden.fœminas.artic.4.num.6. Io. Campet. in eod. tractat. quæſt.29.num.141. Georgius. nata in d. tractat. quæſt.1. in princ.nu.25. Pariſi. conſi.85. num.27. vol.2.Cuma.conſi.2. Detius conſi.581. Hieroni.Gratus. conſi.134.num. 63.1. part.Franc.Curtius.conſi.9. col.5. Ludouicus.Gozadi.conſi.5.nu.6.& nullo ex his relato alios referens Molina. lib.
1.c.18.nu.4. ¶ Et ratio eſt quia quam- 7
uis prædicta diſpoſitio fœminas excludens, reſultet in præiuditium fœminarũ tendit tamen principaliter in fauorem publicum. qui verſatur circa conſeruationem familiarum vt in l. 1. §. quamuis. verſi. ſed & ſi ſeruus. de vent. inſpici & ob id præfertur vtilitati priuatæ iuxta text.in l.1.ſolu.matri.& in l.vnica.§.fin. C.de cadu.tollen.& in l.vnic.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt. & tenent Cinus.in l.1.C.de adul.Bald.& Salicet. in l.cunctos populos.C.de ſumma Trinita.Aymon.conſi.372.num.9. Iaſo. in l.de quibus col. 4. de legi. Grego. in l.
8 12.ti.33.part.7.glo.2. ¶ Et ita tanquam
fauorabilem quamlibet diſpoſitionem debere interpretari in fauorem maſculorum contra fœminas tenent Paul. Alexan.& moderni.in l.venia. C. de inius. vocand.Paul in l.ſi vero.§.de viro ſolu. matri.Abb.conſi.75.col.3.vol.1. Bald. in l.ſi defunctus.C.de ſuis & legiti. hæredi.Decius conſi.372.num.7. & num. 8.alios referens.

9 ¶ Secunda opinio eſt quod excluſsio fœminarum propter maſculos remotioris lineæ & gradus odioſa ſit, atque ita reſtringenda, ex Alex.conſi.141.nu.8. vol.7. Detius. conſi.196. Maria. iuni. conſi.1.nu.45. vol.1. Aretinus & Curtius in l.venias. C. de iuius.vocan. & his non relatis.alios referens Molina.lib.2. c.12.num.51.& lib.3.c.4.num.15.

10 ¶ Tertia opinio eſt quod excluſio fœminarum reſpectu maſculorum fauorabilis eſt.reſpectu vero ipſarum fœminarum odioſa. quam ſententiam dicunt communem & practicari. Curtius in l. venia.nu.20.C. de inius. vocand. Bald. & alij per Ludouic. Molin. lib. 1.c.18. num.5.ad quarum opinionem veriorem intelligentiam ita fore diſtinguendum
11 exiſtimaui. ¶ Aut loquimur in ſuc-
ceſsione eorum primogeniorum quæ ex 3.& 5.part.bonorum ab eo qui liberos habeat vel ex vniuerſa hæreditate ab eo qui aſcendentibus, atque deſcendẽtibus carebat inſtituta fuerunt,& in his excluſio fœminarum propter maſculos remotiores fauorabilis erit.cum in ea maioratus inſtitutione ſola conſeruatio agnationis & familiæ conſideretur atque fauor publicus ſine preiuditio filiorum vel alterius.3.verſetur & in hac ſpecie erit intelligenda prima opinio dicentium, fauorabilem eam excluſionem cenſeri atque extendendam.

¶ Aut loquimur in his primogenijs 12
quæ ex vniuerſis bonis parentum cum facultate regia in præiuditium legitimæ ceterorum filiorum in vnum ex filijs vel nepotibus,fuerunt inſtituta & in his aut agimus de excluſſione fœminarum a ſucceſsione eorum primogeniorum quæ relictis cæteris filijs competẽtibus alimentis teſtatores inſtituerunt,& reſpectu maſculorum eiuſdẽ gradus ac lineæ huiuſmodi fœminarum excluſio fauorabilis reputatur reſpectu vero maſculorum qui in remotiori gradu ſunt odioſam fore dicendam exiſtimarunt. eam reſultationem ex iuris principijs deducendo.Cinus in l.quicunque.C. de ſeruis fugitiuis Iacobus de Arenis in l. ſi quis intentatam.num.2.C.vnde vi.Aymon conſi.259.num.8. Cephal. conſil. 110.num.43.& alij quos referens ſequitur Molina.lib.3.c.4.num.18.atque deducitur ex notatis a Grego.in l.12.ti.33. part.7.glo.2. & in hac ſpecie eſt intelligenda. 2. opinio quam magis communem exiſtimauit Socinus conſi.1.nu.40. lib.1.cum alijs.

¶ Aut de excluſione fœminarum ab 13
his primogenijs quæ a parentibus liberos habens cum facultate regia non relictis cæteris filijs competentibus alimentis fuerunt inſtituta, & reſpectu bonorum primogenij extra neceſſaria alimenta excluſsio fœminarum propter maſculos remotiores odioſa, propter eiuſdem gradus fauorabilis iudicatur. reſpectu vero portionis filijs debitæ ad neceſſaria alimenta non ſolum odioſa ſed irrationabilis eſt, atque non admittenda,ex Bald.poſt glo.in l.venia.num. 4.& 5.C.de inius. vocand.vbi Curtius iunior num.20. dicit hanc communem, & reſoluit Molin.lib.1.c.18. num. 5. & hoc modo intelligenda eſt. 3. opinio dicentium, odioſam fore excluſionem, qua quidem veriſsima, atque neceſſaria diſtin-

diſtinctione prohibita ad caſus, in qui-
bus fœminæ, propter maſculos remo-
tiores excluduntur vel expreſſa aut con
iecturis deducta teſtantis diſpoſitione
accedamus.

14 ¶ Quid quando maioratus inſtituitur
ob cõſeruationem memoriæ, an ſit hæc
ſufficiens coniectura excludendi nep-
tem ex filio primogenito prædefuncto
per patruum.2. vel tertiogenitum ſuper-
ſtitem & cum neptis memoriam aui con
ſeruet quæ per fœminam perpetuo con-
ſeruatur ex l.liberorum in fi.de verb. ſi-
gnifica. ibi. *Vt ex prole eorum earumue,
diuturnitatis nobis memoriam in eum re-
linquamus*, authen.de hæredi.ab inteſta.
venien.§.1.col.9.& tradunt Pariſi. cõſi.
260.Philipus Portius conſi.13.nu.260.
atque latius Burgos de paz, in prohe-
mio legum Tauri. num. 102. merito ad
maioratum ob cõſeruationem memoriæ
inſtitutum excluſo patruo admittenda
erit.

15 ¶ Quid ſi primogenium inſtituatur
ob conſeruationem familiæ an neptis ex
primogenito prædefuncto ſecundoge-
nitum excludat vel a patruo econtra ex-
cludatur. & dicendum exiſtimo prædi-
ctam neptem excluſo patruo fore ad
primogenium admittendam, eamque
familiam conſeruare quod quidem cla-
re conſtat quia quamuis ex propria at-
que vera ſignificatione verbum familia
pro agnatione accipiatur, agnatoſque
tantum comprehendat, vt in l. pronun-
tiatio.§.familiæ verſic.communi iure de
verb.ſignific.& probant Iacob.de Are-
nis in l.1.in princi.ad Silania. Bart. Ra-
phael.& alij in l.fi.C.de verb.ſignifi. &
ipſe Bart in l.cum ita.§.in fideicommiſſ.
delegat.2.atque ex Euangelio Luc.2. vi-
detur probari.ibi.*eo quod eſſent de domo*
16 *& familia Dauid.* ¶ Tamen latius iſtud
verbum familiæ ſumptum, atque ex pre-
ſumpta diſponentis voluntate vltra ag-
natos extenditur cognatos omnes com-
prehendendo.ex l.fi.C.de verb.ſignific.
l.cum pater.§.cum inter.&.§.libertis de
lega.2.probant Detius.conſi.381.num.
11.tradit eleganter Grego.in l.6. tit. 33.
part.7.verb.*familia*, per totum.Burgos
de paz, in prohemio legum Taur. num.
104.& his non relatis referens Alcia.&
Socin.Molin.lib.3.de Hiſpano. primo-
genit. c. 4. num. 9. ¶ Maxime ſi non 17
conſtiterit inſtitutorem maioratus agna-
tionem voluiſſe conſeruare. quia verbum
familia ſimpliciter pro latum non eſt ex-
cluſiuum fœminarum. ſi vero ſimul cum
adiectione aut coniectura conſeruandæ
agnationis proferatur dubitandum non
eſt quin fœminas propter maſculos re-
motioris lineæ & gradus ab ea maiora-
tus ſucceſsione excludat. neptique pa-
truum præferat ex his quæ de conſer-
uandæ agnationis coniecturis latius erit
dicendum.

¶ Idem exiſtimamus ſi ob conſerua- 18
tionem domus atque caſatæ, expreſſe ma
ioratus inſtituatur quia quamuis ex ſtri-
cta horum verborum ſignificatione at-
que ex Italiæ conſuetudine huiuſmodi
vocationes agnationem reſpitiant ex Ia-
cob.de Arenis in d.l.1.ad Silania atque
videtur probari ex c. 1. decima. lib. 6.
ibi. *domus de la coluna.* atque ex autho-
ritate Euangelij ſupradicta. *eo quod eſ-
ſent de domo & familia Dauid*, & gloſa
in l.cum vnus verb. *domus.* de alimentis
& ciba. lega. & quæ tradunt Bart. in l.
pronunciatio.§.familiæ de verbo. ſigni.
& in l.tutelas. num.4. de capi. diminu.
Gozadi.conſi.45.num.12. Peralta. in l.
cum ita.§.in fideicommiſſo num. 16. de
lega.2.Philipus Corneus. conſi.26. vol.
4. vbi alios referunt. ¶ Tamen non 19
ita ſtricte agnatos comprehendit quod
ad cognatos non extendatur imo gene-
rice ſumptum atque ex recepta conſue-
tudine Hiſpaniæ interpretatum, & ſe-
cundum teſtantium præſumptam volun
tatem acceptum, omnes ſanguine con-
iunctos agnatos vel cognatos comple-
ctitur. cum enim hæc nomina aſsi-
due ſo-



due ſoleant confundi, ex eorum adie-
ctione abſque aliqua euidenti coniectu-
ra dicendum non eſt voluiſſe inſtituto-
rem agnationem conſeruare, ſed potius
totam deſcendentiam cognatorum &
agnatorum reſpicere, atque omnes or-
dine ſucceſsionis maioratus admittere,
ex Bart.& alijs, de quibus ſupra, & re-
ſoluunt Alciat.in l.pronunciatio.§.fami
liæ.verb.*ex domo*, de verbo.ſigni.Pariſi.
con.47.num.57. lib.3. & deducitur ex
reſolutione Grego.in l.6. tit.33. part.7.
verb. familia Burgos de paz, in prohe-
mio.ll.Tauri.num. 118. & poſt Couar.
reſoluit Molin.lib.3.c.4.num.10.

20 ¶ Idem etiam exiſtimo dicendum ſi
maioratus inſtitutor poſt ſpecialiter vo-
catos, ſequentes de ſuo genere ad primo
genium inuitauerit, quia neptis ex filio
primogenito prædefuncto excluſo pa-
truo ad maioratum eſſet ex ea vocatio-
ne generis admittenda ex glo.in c. ſtatu
tutum.vbi Dominic.de hære. in.6.Imo.
in c.potuit quæſt.9.de locat. Bald. in l.
1.ff.de probat.Paul.in l. 1. C. de condi.
inſer.verſic.item quæritur. Anton.in c.
nouit per illum text. notab. 4. de iudi.
Imola conſi.62.poſt. exhibitum. Pariſi.
conſi.47.num.57.lib.5.Grego.in l.22.
tit.13.part.2.glo.fi.reſoluit Peralta. in l.
cum ita.§.in fideicommiſſo. num.15. de
lega. 2. atque ex traditis bene a Grego.
in l.3.tit.13.part.6. glo.2.col.4. verſic.
pone quod teſtato. deducitur his nõ re-
latis ex Molin.lib.3.c.4.nu.10.ad med.

21 ¶ Quamuis contrarium videantur te-
nere Anchar.conſi.359.& Paul. conſi.
300.vol.2.qui vel ſunt intelligendi quã
do maioratus inſtitutor vocauit aliquẽ
de genere. vel iuſsit arma de paterno ge-
nere portari, vel aliter ex eius diſpoſitio
ne conſtiterit voluiſſe conſeruare agna
tionem, vt quia vocauit maſculorum aut
virorum generationem, quia tunc cer-
tiſsimum erit fœminas cenſeri excluſas
propter maſculos remotioris lineæ &
gradus ex conſilijs Paul. & Ancharra.
ſupra relatis, quia quibus verba non
conueniunt. neque diſpoſitio aplicatur.
& ita conſilia prædicta.intelligit Grego.
in l.3.tit.13. part.6. col.7. verſi. & nota
quod maſculus.& diligentius.in l.2.tit.
6.part.4.glo.fi. in fin. ſic quæ intelligit
Bald. conſi.137. vol.2. dominus Iorda-
nus. ¶ Si tamen maritus & vxor ſi- 22
mul primogenium inſtituerent & pro-
ximiorem conſanguineum de genere
vocauerint. quomodo ſimilem vocatio-
nem intelligamus, & cuius generis con-
ſanguineos an vxoris vel mariti, vel
vtriuſque inuitatos eſſe cenſeantur ad
primogenij, ſucceſsionem examinat
Grego.in l.2.tit.15.part.2. verb. *el mas
propinquo*, verſi ſed pone quod maritus
& vxor.col.3.

¶ Idem eſſe crederem ex vocationẽ 23
ſtirpitis ſeu cipi ſub qua quamuis aliqui
exiſtimauerint ſolos agnatos compre-
hendi vt per Peraltam.in l.cum ita.§. in
fideicommiſſo. nu.16. de lega. 2. verius
atque receptius eſt etiam cognatos con
tineri. cũ vt iã prediximus hæc nomina
atque ſimilia, aſsidue confundi ſoleant
preſertim in Hiſpania, vbi non princi-
paliter inſtitutores agnationis conſer-
uationem reſpitiunt. ſed ad totius de-
ſcendentiæ agnatorum & cognatorum
generationem & dilectionem familiæ
habuiſſe creditur quibus atque alijs ra-
tionibus moti fuerunt hanc ſententiam
veriorem exiſtimantes Pariſi. d. conſi.
47.num.57.lib.3. Couarr. & alij. per
Molin.d.c.4.num.10.

¶ Idem de vocationibus poſteritatis 24
generis poſterorum proximorum at-
que aliorum ſimilium dixerunt Portius
conſi.13. num. 26. Marcarius de fidei-
commiſſ.2.part.quæſt.43.Tiraquel.de
retractu.§.1.glo.9.num.234.Couarr.in
c.Rainaldus in princ. num. 13. de teſta.
Burgos de paz, in prohemio legum.
Tauri.num.118.

¶ Quid erit quando maioratus inſti 25
tutor conditionẽ nominis vel armorum

eidem maioratus inſtitutioni adiecit an
ex hoc,nec dum familiæ ſed & agnatio-
nis conſeruationem reſpicere intelliga-
tur fœminæ que proximiores propter
remotiores maſculos ex ea conditionis
adiectione excluſæ cenſeantur & huiuſ-
modi delationis armorum ſeu nominis
conditio a quamplurimis maxime au-
thoritatis viris tanti effectus fuit ſtimata
vt ex ea euidentem conſeruandæ agna-
tionis coniecturam, deduci exiſtimaue-
rint,ex qua fœminas proximiores a maſ
culis remotioribus excludi cenſuerunt,
vt reſoluunt Guidus papa quæſt.167.
quem referens ſequitur Benedict. in c.
Rainuntius.fol.8. col.3. Roman. ſingu.
474. Cornel. conſil. 41. per totum. &
conſil.243.col.4. vol.4. Socin.conſil.
62.vol.3. & Gozadinus conſi.45. col.
2.nu.9.& con.179.col.1.&.2.Bertrand.
conſil. 30. col. 2. vol.1. Curtius iunior.
conſi.39.nu.9.vol.1.Carol.Ruin.conſi.
110.num.14. vol.2. & conſi.140. nu.5.
vol.2.Anto.Rub.conſi.28.Barba.conſi.
37.vol.3. & his non relatis a quamplu-
rimis adductis per Molin.lib.2. c.14. nu.
26 8.comprobatur. ¶ Quam ex eo ve-
riſsimam crediderunt quod iſtud onus
nominis,atque delationis armorum pro
prie & vere cadit in maſculos & non in
fœminas,ex Bart.in tractat.de inſign.&
armis. col. 2. Bald. in l. quoties. C. de
ſuis & legi. hæredi. Nicolaus de Vbal-
dis,in tractat.de ſucceſsio.ab inteſt.col.
27.Benedict.in d. c. verb. duas habens
nu.31. Tiraquel.de legi. conub. fol.41.
27 nu. 30. ¶ Sed quamuis ſecundum ſta-
tuta. atque conſuetudinem Italiæ ex his
atque alijs agnationis atque maſculini-
tatis conſeruandæ coniectura deduca-
tur fœminæque. ex ea conditionis adie-
ctione excluſæ cenſeantur, ex Hiſpaniæ
tamen conſuetudine iſtud armorum at-
que nominis grauamen preciſſam agna
tionis conſeruandæ neque fœminas ex-
cludendi coniecturam inducit ſed a fœ-
minis ſicut a maſculis ea oneris cōditio
ad impletur, vt explicant Corneus cōſi.
26.nu.4.lib.4. relatus & ſequutus cum
Socin.a Molin.d.c.14. nu.9. ¶ Sunt 28
tamen huiuſmodi conditiones omnino
adimplendę a ſucceſſoribus in maiora-
tu & aliquando ſub pœna priuationis
ipſius maioratus vt latiſsime examinat
Molin.d.c.14.per totum.

¶ Quid ſi maioratus inſtitutor pri- 29
mogenitum & eius filios atque deſcen-
dentes primogenitos ad eius ſucceſsio-
nem inuitauerit an ex ea vocatione nep
tis ex primogenito prædefuncto patris
perſonam repræſentando ſecundogeni-
tum excludat eſt laborioſæ dubitatio-
nis in qua Bald.in l. omnes populi.col.
7. verſi.3. quæro quæ ſunt illa de ius.&
iure tenet neptem ex primogeniti voca-
tione excluſam cenſeri quem ſequitur
Corneus.conſilio.11.libro.1. atque alij
quamplurimi per Tiraquel. de primo-
genit.quæſt.10.num.15.&.16. ¶ Con- 30
trariam tamen ſententiam probant ipſe
Bald.conſi.275.lib.2.& in c.1.§.& quia
vidimus de his qui fæud.dar.poſſ. idem
Bald.melius in l.in multis.in prin. ff.de
teſtament. Romanus. conſil. 98. lib. 2.
Palacius.in Rub.de donatio. cartā. 44.
verſi.Rex autem regni. Detius.in l.fœ-
minæ.num.4.de regu.iur. Benedict. in.
c.Rainuntius.verb. *in eodem teſtamento*
*relinquens*, num.173. Guid.pap. deciſſ.
506. quod quidem receptiſsimum eſt.
atenta.l.2.tit.15.part.2. vbi etiam ſi filij
primogeniti mentio fiat. nihilominus
neptis ex primogenito prædefuncto ex
cluſſo patruo ad primogenium admit-
teretur,& ita reijcitur diſtinctio Molin.
Ioan. Licerier & aliorum de quibus per
Tiraquel.de primogenit. quæſt.10. nu-
mero.24.

¶ Quid quando maioratus inſtitu- 31
tor fœminas in defectum maſculorum
ad primogenium vocabit, an ex ea vo-
catione fœminæ propter maſculos re-
motiores vel eiuſdem lineæ & gradus
cenſeantur excluſæ & a maſculis etiam
remotio-



remotioribus excluſas cēſeri per text.in
c. 1. de eo qui ſibi & hæredi. ſuis tenent
Fulgo.conſi.229.col.1.&.2.Ruin.conſi.
9.nu.4.vol.1.Pariſi.conſi.9.nu.31. lib.
1.& Cephalus conſi.30.num.47.lib.1.
& conſi.218.nu.17. vol.1. Feret. conſi.
102. num. 2. & in terminis voluerunt
Anchar.conſi.359.& 159. Abb.conſi.
57.num.6.vol.1.Bald.conſi.137.vol.2.
Detius conſi.15. Pariſi.conſi.72.nu.5.
vol. 4. alij quamplurimi per Anton.
Gabriel. lib. 6. commun. opinio tit. de
ſtat.conclu.6.num.6.per Molin. lib.3.
c.5.nu.50. verſi. *ex quibus*, hac ratione
verum id exiſtimantes quod receptum
atque verum crediderunt,non ideo ceſa-
re conſeruandæ agnationis coniecturā,
quod maioratus inſtitutores, in aliqua
inſtitutionis parte fœminas ad primo-
32 genium vocauerunt. ¶ Sed contra-
riam ſententiam,veriorem atque recep-
tiorem exiſtimamus, ex eo quod voca-
tio maſculorū efficere non poteſt quod
fœmina penitus excludatur, ſed pro-
prius quod filius maſculus ſi exiſtat illi
præferatur,ſi deficiat ipſa ſuccedat. cum
incluſio agnatorum excluſionem cog-
natorum non operetur ſed tantum præ-
lationem inducat, ita quod capite agna
torum deficiente ad cognatos fiat di-
greſsio, filioque maſculo non exiſtentę
tanquam remoto impedimento eius ſo-
ror ſit admittenda,cum huiuſmodi ma-
ſculorum vocatio ordinem prælationis
& non excluſionis neceſsitatem, vt
prædiximus, operetur. hanc reſolutio-
nem probat. Abba.in c.dilecti num.11.
de arbi. per text. in c. ſignificauit de re-
ſcript.Bald.in l.cum ita.§.in fideicom-
miſſo.delega.2.verſi. ſecunda quæſtio.
Paul.in l.fin.num. 2. de verb. ſignifi. &
conſi.164,vol.2.num.4.Detius conſi.
85.num.6.&.7.Bald.in l. fratres num.
13.C. de inofficio. teſtam. Socin. conſi.
150.num.25. vol.1. & conſi.10.&.63.
num.3.& conſi.93.vol.3.Detius conſi.
568. num.3.&.4. Cornel. conſi.230.
num.8.vol.3. Socin.iuni. conſi.1. vol.
1.Ruin.conſi.35.num.2.vol.3.

¶ Quamuis enim in ſucceſsione ma- 33
ioratus maſculus etiam ætate minor exi
ſtens fœminæ eiſdem gradus ac lineæ
præferatur vt pluſquam notum eſt. &
reſoluunt ex doctrina Iacob. de Arenis
in l.Lucius.§.quæſitum.delega.3. Gui-
dus papa, deciſi.506. num.22. Tiraq.
de primogenit. quæſt. 10. num. 18. &
quæſt.11.num.2.& Couar. lib.3. variar.
c.5.num.5.& Molin. lib.1. c.3. num.8.
& lib.3.c.4.num.4. & 5. ¶ Tamen 34
vbicunque filius maſculus vocatur &
ſtatuto, pacto, aut conditione, fœmina
penitus & omni caſu & gradu propter
maſculum remotiorem non excluditur,
non omnis maſculus eam excludit a
primogenio. ſed is tantum qui eiuſdem
lineæ & gradus eſt, vt probat text.in c.
1.de duob.fratrib.a Capitaneo inueſti.&
idem voluerunt Iacob. de Arenis. &
Belapertica. in l. cum pater. §. quinde-
cim.de lega.3.Bald.in l. iubemus. nu.3.
ad Trebel. & in l. in multis in princip.
de ſtat. hominum. & in l. quod vero
num.3.de legi.& conſi.375.vol.2.& in
c. ſignificaſti de reſcrip. Corne. conſi.
192.num.38.vol.2.& conſi.90.num.8.
vol.3. & conſi.125. col.1. vol.4. Alex.
conſi.97. num.3. &.4. & conſil. 204.
num.16.lib.2.& conſi.29. vol.1. & in l.
1.C.de ſucceſſ.ædict. Roman. conſi.33.
num.98.dub.2. Afflict. in c.1. num.43.
de natura ſucceſſ.fæud.& in c.1.in prin.
num.76.&.77.de ſucceſſ. fæud. Iacob.
de ſancto Georgio.in l.cum antiquiori-
bus col.fi.C.de iure.delibe.Detius in l.
fœminæ nu.50.&.112.de reg.iur.Palat.
Rub.in rubric.de dona.§.69. num.24.
cum alijs.Benedict.in c.Rainun.verb.in
eod.teſta.1. num.163. Caſane. conſil.8.
num.11. Tiraquel.de retract.1.part.glo.
1.num.234. Licerier de primogenit. lib.
1.quæſtio.19. Grama.deciſſ.1. num.26.
Ruinus conſi.92.num.10.vol.2.Couar.
lib.3.varia.c.5.nu.5.Grego.in l.2.ti.15.
part.

part.2.verb. *hijo varon*, & verb. *el mas*
*propinquo*,& in l.3.tit.13. part.6. glo.2.
col.2.verſi.*de morte Hiſpaniæ*,& col.3.
verſic. *quid autem ſi conditor maioriæ*,
Gozadi.conſi.4. numero.15. Aymon.
conſi.67.num.4.Couar.cap.38.pract.
num.8.& probatur in l.2.tit.18.part.3.
ibi. *y ſi varon no vuiere, hembra*, atque
nullo ex his relato, alios referens Mo-
35 lina lib. 3. cap. 5. num. 71. ¶ Quod
quidem etiam in ſucceſsio.regni, duca-
tus,& marchionatus procedit,vt maſcu
lus ita demum fœminæ ſit preferendus
ſi eiuſdem gradus ac lineæ ſit non remo-
tioris ex Abba.conſi.85. vol. 1. & ipſe
Abba.in cap.fin.de conceſſ.præb. An-
char.conſi.82.col.fi.Cardi. conſi. 339.
col.3. Alberic. in prohemio digeſto. §.
diſcipuli Bologni.conſi.162. & his non
relatis alios referens quamplurimos.
36 Molin.lib.3.cap.4.num.5. ¶ Et ma-
gis in ſpecie vbi filia ſubſtituta fuit ſi
filius maſculus non ſuperſit, quod neptis
ex primogenito prædefuncto ab eius
patruo non excludatur; ſed illi potius
præferenda ſit,vt ſupra diximus in prin.
huius glo. probant Bald. num.5. Paul.
num. 4.in l. venia. C. de inius. vocand.
Ruinus.conſi.93. num. 8. & conſi. 93.
nu.16.& conſi.142.col.2.vol.2. Socin.
conſi.122.col.1.vol.3.Iaſo. in l. qui ex-
ceptionem,in princip.col.2.de condi.in
debi.Moline. ad Alex. conſi. 4. vol. 4.
Couar.lib.varia.c.5. num.5. Grego. in
l.3.tit.13.part.6.d.gloſ.2.col.3.ante fin.
verſi. *ſed pone quod princeps*, & nullo
ex his relato plures referens. Molin.lib.
3.cap.8.num.10. atque probatur in ſæ-
pe repetita.l.2. tit.15. part. 2. l. 9. tit. 1.
part.6.l.2.tit.18.part.3.l. 4.tit.4.eadem
37 part.3. ¶ Cum igitur in caſu quo ma-
ioratum inſtituens, fœminas in defe-
ctum maſculorum vocauerit, non hoc
induxerit quod neptis primogenita ex
filio maiori relicta, ab eius patruo ſecun
dogenito excludatur, ſed ſolum quod
eius gradus ac lineæ maſculus ſi exiſtat.
illi præferatur,ſi deficiat,ipſa ſit admit-
tenda, merito vocatio fœminarum in
defectum maſculorum ſic eſt intelligen-
da. vt excluſio filiæ quam expreſſio filij
maſculi operatur ad excluſionem neptis
fauore patrui quam neque inſtituens ex
preſsit,neque cogitabit,non extendatur
iuxta tradita per Bald. in l. venia. C. de
inius. vocand. cum Paul. & Acurſ.
ibi & per Alex. in l.1.C. de ſucceſſ.ædi-
cto Iaſo.in l.qui exceptionem in princ.
col.2.de condi.in debit.per Socin.con.
122. vol.3. & conſi.26. num.16. vol.4.
Paul.conſi.47.vol.1.Detius conſi.568.
num.4.&.569. num.2. Ruin. conſi.31.
vol.3. num. 6. &.7. atque alij ex ſupra
relatis. ¶ Qua quidem ſententia re- 38
tenta, non obſtant fundamenta in con-
trarium aducta, & primo textus in c. 1.
de eo qui ſibi & hæredi. quia preterquã
ꝙ in materia fæudali loquitur eſt intelli-
gendus, vbi omnes fœminæ, ab ea ſuc-
ceſsione excluduntur ex ipſius fæudi na
tura, & ſi ad noſtram ſpeciem foret ad
aptandus neceſſario eſſet intelligendus,
quando maioratum inſtituens agnatio-
nis conſeruandæ cauſa propter maſcu-
los cuiuſuis gradus omnes fœminas ex-
cluſerit, expreſſe que vel tacite conie-
cturis euidentiſsimis, ea conſeruandæ
agnationis ratio conſtiterit. quia tunc
veriſsimum eſt ex vocatione fœmina-
rum in defectum maſculorum, a maſcu-
lis remotioris gradus fœminas excluſas
cenſeri, tam ex inſtituentis voluntate.
quam quod fœminæ agnationem con-
ſeruare nequeunt.ſi vero agnationis fa-
uor deficeret, vel fœminarum propter
maſculos remotiores excluſio non fieret
neque text.in d.c.1. procederet, neque
ab alio quam a maſculo eiuſdem gra-
dus, ac lineæ, fœminæ ipſe excluderen-
tur,ita interpretantur illum text. Iſernia.
ibi.Corne.conſi.199.vol.2.num.44.&
colligitur ex Bald. conſil. 473. vol. 5.
Curti.iuni.conſi.172.num.4.&.5.Ana-
nia conſi.4.dub.2. Aymon. conſi.180.
num.1.



num.1.& conſi.306.num.5. & ita intel
ligit Grego.in l.3. tit.13. part.6.glo.2.
col.7.ad med.verſi.2.*præmittendum*,&
neminem referens Molin. lib. 3. cap.5.
num.50.verſi.*ex quibus*,in fin.& iterum
39 cap.8. num.9. ad fin. ¶ Secundo re-
ſpondetur verum non eſſe ex vocatio-
ne fœminarum in defectum maſculo-
rum intelligi voluiſſe maioratus inſti-
tutorem agnationem conſeruare, imo
verius ac receptius nullam ex ea deduci
coniecturam agnationis conſeruandæ,
ſed ſolam quandam prælationem indu-
ci, vt in ſpecie voluerunt Detius conſi.
419.num.17.verſi.non obſtat & conſi.
466.num.6. ad fin. & num.10. Curtius
iuni.conſi.49.num.8.ad fi.Pariſi.conſi.
41.num 81.vol.3.& conſi.23. num.29.
vol.2. Socin. iuni. conſi. 23. num. 34.
vol.1.& conſi.9.nu.7.vol.2. Ruin.cõſi.
158.num.6. vol.2. Calcane. conſi.47.
col.2. ad fin. Gozadi conſil. 89. Iaſon.
conſi.140.vol.2. col.4. Alexan. conſi.
79.num.10.vol.6.Socin. conſi.28. nu.
26.vol.4.Maria. Soci.conſi. 60. num.
20.vol.1.& conſi.118.num.5. eod.vol.
& conſi.158.nu.42.vol.2. Carol.Moli.
in conſuetu.Pariſi.tit.1.§.12.glo.1. num.
9.& his non relatis alios referens.Mo-
40 lin.lib.3.cap.5.nu.50. ¶ Quod qui-
dem clarius patet, cum ex vocatione
fœminarum in defectum maſculorum
non aliter filium ſecundogenitum,inſti-
tutor admittat quam ſi nulli ex primo
genito prædefuncto filij vel filiæ, ſuper
ſint, cuius deſcendentes linea recta pri-
mogeniorum ſucceſsiue in infinitum de
primogenito in primogenitum maſcu-
los aut fœminas voluiſſe fore admitten
dos creditur, atque ſub ea inſtitutione,
cenſeri comprehenſos probauimus in
glo. 2. huius. l. ex quo animus conſer-
uandæ agnationis non colligitur. imo
ea conſeruatio lineam rectam turbaret
vt tradit Socin.in l. Gallus. §. nunc de
lege Veleia.in fi.vbi.Claudius de liber.
& poſthu.idem Socin. in.l. cum Auus.
col. 4. verſic. ſecundus caſus de condi.
& demonſtra.& conſi.28.num.26.vol.
4.Detius, Gozadi & Calca. de quibus
ſupra. ¶ Et in caſu quo in dubium re- 41
uocari potuiſſet, an inſtituens maiora-
tum in fauorem totius agnationis, vel
filiorum, primi tantum gradus diſpo-
ſuiſſet, reſtringenda erit eius diſpoſitio
ad primum tantum gradum, vt in eo
agnationem conſeruari voluiſſe intelli-
gatur, minuſque quam poſsibile ſit ius
commune corrigat, iuxta Bald. in l. ſi
defunctus. C. de ſuis & legiti. hæredi.
Alexand. conſil. 80. num. 4. vol.1. &
conſi.97. num.5. vol. 2. Imola. in l. ſi
vero. §. de viro num. 33. & 34. ſoluto
matrimo. Rubeus. conſil. 126. col. fin.
Pariſi.conſi.41.num.37.vol.3.
¶ Quid erit ſi maioratus inſtitutor 42
in primis vocationibus filios & deſcen-
dentes maſculos inuitauit, & ſequentes
filios & deſcendentes, ſimpliciter nulla
facta mentione maſculorum neque fœ-
minarũ ſed deſcendẽtium tantum an ex
ea vocatione neptis patruo ſit præferen-
da vel ab eo excludatur & an fœminæ
propter quoſcumque maſculos a ſuc-
ceſsione maioratus repellantur vel ca-
paces eius ſint, & videtur dicendum fœ
minam omnino excludẽdam fore ex eo
ꝙ qualitas maſculinitatis,in primis voca
tionibus requiſita,in ſequentibus etiã in
præiuditiũ fœminarũ repetita cenſetur,
tã ex natura ipſius maioratus cui adhæ-
ret. quæ perpetua eſt, vt cõſtat ex hac.l.
ibi. *de manera q̃ ſiempre*,& quæ ibi dicẽda
erũt, quã ex præſũpta inſtituẽtis primo
geniũ volũtate, volẽtis ex hac vocatione
(fœminis excluſis) omnes maſculos ad
mittere, quibus atq; alijs fortiſsimis fun
damẽtis, hãc ſentẽtiã verã eſſe credide-
rũt. Aret.cõſi.82.col.4.verſi.poſtremo.
Alex.cõſi.252.vol.4. Zaſius.cõſi.3.nu.
55.li.1.Iaſ.cõſi.137.nu.12.vo.4.& Soci.
in l.cũ auus.ver.*tertio q̃ritur de quæſtio-*
*ne*, de condi.& demonſtra. Deti.conſi.
442.col.2.Barba.conſi.81.vol.3. dicit
commu-

communem Aymon. conſi.113. per to-
tum, & nullum ex his referens alios
quam plurimos aducit. Molin. lib. 3. c.
5. num. 56. in princip. tenentes omnes
43 hanc opinionem. ¶ Sed contrariam
omnino ſententiam veriorem exiſtima-
mus, ex eo quod verbum maſculus in
præiuditium fœminarum aduerſus que
iuris communis diſpoſitionem, in ea de-
ſcendentium vocatione non cenſeri re-
petitam imo proprius ipſa deſcendentiũ
ſubſtitutio fœminas in defectum maſcu
lorum eiuſdem gradus ac lineæ vt iam
prædiximus comprehendere longe re-
ceptius ac iuri conſonans fore credide-
runt Grego. in l.3. tit.13. part.6. glo.2.
col. 7. verſic. ſed pone quod princeps
conceſsit, ponderans ad hoc text. notab.
in l. vtrum. cum glo. ff. de aſsigna. libert.
ſentit etiam ipſi Grego. in l. 2. tit. 15.
part. 2. verb. *ſi dixeſſe*, verſic. ſed pone
*quod pater*, ex Bald. in l. Gallus. §. etiam
ſi parente, de liber. & poſthum. & Gre-
gorium non referens hanc ſententiam
tanquam veriſsimam plures referendo
amplectitur. Molin. lib. 3. c. 5. num. 56.
44 verſi. *ſed quamuis tot viri.* ¶ Qua qui-
dem ſententia retenta, non obſtat for-
tiſsimum fundamentum, de repetitione
maſculinitatis quia ea receptiſsima ſen
tentia (quam de repetitione qualitatum,
in ſequentibus vocationibus admiſſam
infra latius examinabimus in gloſa.
verb. *de manera que ſiempre*) non proce-
dit, quando agitur de repetitione qua-
litatis aduerſus iuris communis diſpoſi-
tionem, vt foret ſi in præiuditium fœ-
minarum maſculinitatis qualitas in ſe-
quentibus vocationibus deſcendentium
repetita eſſet, tunc enim repetitio non
datur ex eleganti Ioan. de Imol. doctri-
na clemen. 1. col. fi. de ſuplen. negligen.
prælato. ſequuta a quamplurimis quos
referens ſequitur Molin. d. cap. 5. num.
57. & melius lib. 1. cap. 6. num. 26. ad-
45 uertit. ¶ Eam tamen receptiſsimam
ſententiam aliquibus vtiliſsimis caſibus
reſtringendam exiſtimaui, vt ab ori-
gine materiam repetitionis maſculini-
tatis, explicatam habeamus. & primo
limitandum credimus quando ratio ag-
nationis conſeruandæ in maioratu, ex-
preſſa vel ſub intellecta eſt. vt quia ma-
ioratus inſtitutor ea ratione primoge-
nium inſtituiſſe, atque maſculos ad eius
ſucceſsionem inuitaſſe fateatur vt bona
in agnatione conſeruarentur vt ſi fœmi
nas propter maſculos remotiores exclu
ſerit vel nullam de eis mentionem fece-
rit ſed in omnibus vocationibus maſcu-
lis tantum admiſſerit, quibus atque alijs
euidentiſsimis coniecturis deduci po-
teſt agnationem in perpetuum voluiſſe
conſeruare quia in omnibus his, atque
ſimilibus diſpoſitionibus negandum nõ
eſt in præiuditium fœminarum cenſeri
repetitam maſculinitatis qualitatem, &
proximiores fœminas propter maſcu-
los remotiores excluſas cenſeri, vt reſol-
uunt Anchar. conſi.26. col.1. Iaſo. in l.
qui filiabus col.1. de lega.1. Guid. papa
deciſſ.220. Anania conſi.32. Bologni.
in addi. Calcane. conſi.47. Corne. cõſil.
273. vol.3. Iaſo. conſi.340. vol.2. Go-
zadi. conſi.9. num.13. & conſi.79. num.
3. & conſi.78. Curtius iuni. conſil. 35.
vbi hanc dicit veram, & communem o-
pinionem, & his non relatis alios refe-
rens Molina lib.3. c.5. num. 58. & ne-
minem referens ipſe lib.1. c.6. num.26.
¶ Secundo limitatur quando verbum, 46
filijs maſculis & verbum filijs in vna
eademque ratione ſimul inueniuntur, ab
eodem que verbo reguntur, vt ſi ma-
ioratus inſtitutor dixiſſet poſt mortem
Petri Ioannis & filij eius maſculi, & eis
deficientibus filij eius ſuccedant quia in
hac ſpecie, in ſubſtitutione filiorum qua
litas maſculinitatis repetita cenſetur vt
probant in l. Seyæ. §. Cayo. de fund. in-
ſtrue & in l. ita ſtipulatus. §. Griſogonus
de verb. obligat. & tradunt Cardi. in
clemen. teſtibus de teſtib. Aretin. in l. ſi
contra de vulga. & in l.1 §. fin. de verb.
obliga.



obliga. & ipſe Areti. in d §. Griſogonus
Bart. in l.4. §. erit. ff. vi bono. rapto. &
cum quadam ſublimitatione intelligit
Felin. in cap. cauſamque num. 5. verſic.
limita.7. de reſcript. & his non relatis.
Molin. d. lib.3. cap.5. num.59. qui hanc
limitationem. ibidem reſtrinxit vbi ra-
tio conſeruandæ agnationis expreſſa,
vel ſub intellecta habetur & ex num.
60. vſque ad numer. 68. ſex modis ele-
ganter limitat ad quem vos mitti-
mus. [illegible]
47 ¶ Quid ſi maioratus inſtitutor ſim-
pliciter, & abſolute maſculos ad primo
genium inuitauit, nullam faciens men-
tionem de fœminis an ex ea vocatione
fœminæ cenſeantur excluſæ propter
maſculos remotiores & cenſeri exclu-
ſas conſtat, ex eo quod verbum maſcu-
los ex ſua propria natura quando ſim-
pliciter profertur, nullam de fœminis
faciens mentionem conſeruationem
agnationis arguit & conſequenter fœ-
minas excludit, ita magiſtraliter reſol-
uunt Bart. in l. liberorum. col. 5. poſt
med. ff. de verbo. ſignifi. Bald. in l. ma-
ximum vitium. C. de libe. præter. & in l.
quod vero contra. ff. de legi. Socin. in l.
Gallus. §. nunc. de lege Veleia. num.4.
de liber. & poſthu. Alex. conſi. 97. nu.
2. vol.2. & conſi.5. num.4. vol.6. Ruin.
conſi.139 vol.3. Franciſ. Curtius. conſi.
9. & conſi.44. col.2. & conſi.51. col.3.
Pariſi. conſi.6. num 9. & conſi.8. num.
2. vol.3. Tiraquel. lib.1. retract. §.1. glo.
9. num.194. Carol. Molin. in conſuetu.
Pariſſ. tit 1. §.26. num. 4. Ruin. conſi.
150. vol.2. Anton. de Butrio conſi.47.
Detius conſi.445. nu.9. Grego. Lupus
in l.3. tit.13. part. 6. glo.2. col.7. verſic.
*ſi vero conditor maioriæ*, & his non rela-
48 tis Molin. lib.3. cap.5. num.25. ¶ Et
quod fortius eſt, verbum ipſum maſcu-
lus, abſque vlla ratione conſeruandæ
agnationis, expreſſa vel coniecturis de-
ducta, ex natura ipſius excluſiuum eſt
fœminarum, ex Bart. in l. cum auus. nu.
4. de condi. & demonſt. omnes in cap.
Rainaldus verb. *abſque liber. maſculis*,
de teſta. & dicit veriſsimam ſententiam.
Socin. in d. l. cum auus num.76. Bald. in
l. maximum vitium. C. de liber. præter.
Abba. conſi. 37. vol. 1. idem Bart. per
text. ibi. in l.1. in fi. ff. de legi. Guid. pap.
quæſt.184. Siluan. conſi.1. num.5. vol.1. &
Georgi. Nata. in cap. quamuis pactum
col.29. de pact. in.6. Paul. in l. in ambi-
guo. in princ. de reb. dub. & in. l. ſed ſi
hac. §. liberos. ff. de inius. vocã. Anchar.
in clemen.1. de baptis. Salicet. in l.1. C.
de condi. inſert dd. per text. ibi. in. l.1. de
adulter. Signor. conſi.172. poſt princip.
dicit communem. Socin. conſi.63. num.
11.3. part. Curtius ſenior conſi.73. circa
medi. & dd. per text. ibi. in l. ſcripturas.
C. qui potio. in pigno. & facit text. in. c.
maiores de baptiſm. atque his non rela-
tis alios plurimos referens Molin. lib.3.
c.5. num. 30. per totum, & ita neptis a
patruo, atque ab alio maſculo remotio-
ri, ex ea maſculorum vocatione excluſa
cenſetur quando nulla in maioratus in-
ſtitutionibus mentio facta fuit de fœ-
minis.
¶ Quid ſi maioratus inſtitutor fatea 49
tur ea ratione primogeniũ inſtituere vt
bona perpetuo in agnatione conſerua-
rentur an eo caſu etiam ſi fœminas pro
pter maſculos remotiores ſpecifice non
excluſerit. vel de eis aliquam mentionẽ
fecerit, aut non abſolute maſculos voca
uerit, ex ea ſola ratione expreſſa conſer-
uandæ agnationis excluſæ cenſeantur &
fore excludendas credimus, ex eo quod
earum ſucceſsio omnino pugnans eſt
conſeruationi agnationis, quam preci-
pue inſtitutor dilexit, quæ reſolutio col
ligitur, ex l. pronunciatio. §. familiæ. ff.
de verbo. ſignifica. l. iuriſconſultus in
princip. ff. de gradib. l. aduerſus. C. de
crimin. expila. hæredi. l. quicumque de
re mili. lib. 10. ſingulariter. text. in l.
agnato penul. de legi. tutel. & ita inge-
nioſe reſoluunt Calderin. conſil. 137.
vol.2.

vol.2.inter conſilia Bald.Io.de Anan'a
conſi.4.Carol.Ruin. conſi.149.vol.2.
Fulgo.conſi.158. & conſi.18. Alexan.
conſi. 8. num.2. vol.1. Pariſi.conſi.53.
num.31. vol.3. Anton.Rub. conſi.47.
poſt princip.& alios referens Ludouic.
Molin.lib.3.c.5.num.1. vſque ad num.
6. & conſequenter ex ea ratione conſer
uandæ agnationis expreſſa neptis a pri
mogenito prædefuncto relicta a patruo
excluderetur cum per eam agnatio ne-
50 queat conſeruari. ¶ Et in tantum iſtud
procederet, quod ex ſola huiuſmodi ra-
tionis expreſsione inſtitutoris volentis
conſeruare agnationem verba quæ de
ſui natura maſculos & fœminas com-
prehendunt in maſculos tantum erunt
verificanda, vt ſi maſculos & eorum de-
ſcendentes, vel aliquando fœminas vo-
cauerit inſtitutor quo caſu quoſcumque
maſculos excluſis fœminis proximiori-
bus admiſiſſe, creditur contra verborum
propriam interpretationem, ex doctri.
Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita num.
4.ad Trebellia.vbi Paul.num.3. Alex.
num.8.& Ripa.num.75. Tiraquel. in l.
ſi vnquam, verb.ſuſceperit liberos.num.
48.C.de reuocan.donatio. Anto.Gab.
lib.6.commu.opinio tit.de verbo.ſigni.
51 conſil.6. num.56. ¶ Quod quidem
intellige, niſi maioratus inſtitutor certis
perſonis ſeu gradibus rationem conſer-
uandæ agnationis deſignauerit, quia ad
eos tantum gradus perſonarum reſtrin-
genda erit, vt probant eleganter Imola
in l.ſi vero.§.de viro ad fin.ſolu. matri.
Riminal.conſi.224.num.27.lib.2. Gra-
tus conſi.5.num.9.lib.2.Carol.Molin.
in conſuet.Pariſien.tit.1.§.26.num.4.
52 ¶ Quid ſi maioratus inſtitutor, quoſ-
cumque maſculos ad primogenium in-
uitauit, & in defectum quorumcum-
que fœminas admiſſerit, an ſit hæc ſuf-
ficiens coniectura excludendi fœminas
propter maſculos remotiores. Ita quod
neptis ex primogenito prædefuncto, ex
perſona patris, ſecundogenitum non ex-
cludat, & quod ex ea vocatione fœ-
minæ excluſæ cenſeantur probat elegan
ter Bald. in l.1. quæſt. 34. ff. de rerum
diuiſio.& in c.imperialem.col.penul.de
prohibi.fæud.aliena.per Federi. Socin.
in l.quidã relegatus.col.2. verſi. *quinta*
*concluſio*, de reb.dub. Iaſo.in l.2.quæſt.
14.C.de iure emphi. & in prelud. fæud.
col.15.verſic. *tertia limitatio*. & conſil.
27.col.2.lib.3.& conſi.89.col.4. eod.
vol.& conſi.115.col.8. vol.4. Gozadi.
conſi.6. num.43. & conſi. 8. col.5. &
conſi.14.num.22. Barba. in l. cum acu-
tiſsimi. col. 66. C. de fidei commiſſ.
¶ Verbum enim quotieſcumque ope- 53
ratur quod diſpoſitio extendatur ad
caſus etiam maiores expreſsis, clemen.1.
vbi. glo. verb. quibuſcumque de iudi.
glo.in clemen.1.verb. quamuis. vbi Imo.
de re iudi.clemen.2. de reb. eccleſi. at-
que in terminis Iaſo. conſi. 96. col. 2.
vol.3.& conſi. 147. col. fin. vol. 4. &
Gozadi.conſi.26. nu.45. & conſi.103.
col.2.in princ.Alex.in l.quidam. §. ni-
hil intereſt.ff. de eden. vbi Iaſo. num.3.
Pariſi.conſi.37.num.18. vol.4. Alciat.
reſponſo.574.num.5.
¶ Quid ſi conſeruandæ agnationis 54
rationem non expreſsit, neque fœminas
propter maſculos remotiores excluſerit
ſed pluries in diſpoſitione maſculorum
mentionem fecit? an ex ea maſculinitatis
geminatione intelligatur inſtitutorem
agnationem conſeruare voluiſſe, ita
quod fœminæ, proximiores a maſculis
remotioribus excludantur, exiſtimo in
dubio excluſas cenſeri, cum enixam in-
ſtitutoris voluntatem, conſeruandi ag-
nationem, ex ea maſculinitatis gemina-
tione, ipſum habuiſſe deducatur, glo.l.
Valiſta.ff.ad Trebellia.l. ſcimus. C. de
agrico.& cenſi.lib.11.cap.fin.de offi. de
lega.cap.ſi cautio.de fide,inſtrumen.re-
ſoluunt in terminis Socin. conſi. 100.
num.6. vol.4. Decius. conſi. 38. col.2.
Pariſi. conſi.66. num. 36. & conſi. 50.
nu.52.&.53. vol.2.Gratus reſponſ.89.
num.6.



num. 6.vol.2, Soccin, Iuni, conſi, 126.
num.29.vol.2.& Iaſſ.conſ.154.col.3.
54 vol.4. ¶ Huiuſmodi enim maſculini
tatis geminatio fungitur vice ſpecia-
lis nominationis, & in maſculis tantũ
facit verificari diſpoſitionem, vt decla
rat Curtius ſenior.conſ.49.poſt.med.
Soccin.in,l.cum filio familias. nu, 17.
delega.1. ¶ Et tollit omnem interpre
55 tationem incontrarium gloſſ. in cle-
menti,de iure patrona. quam refert &
ſequitur Domini in capit. duobus de
reſcript.in.6.Iaſſ.in.l.ſi conſtante, nu.
38.ff. ſoluto matri, Gozadi. conſi. 30.
56 num.1. ¶ Et inducit plenam delibe
rationem excludendi fœminas: omni
caſu, & omni tempore, vt in ſimili tra-
dit Bald.in conſil,ſciſmatis poſito, ſub
rubr.ſi quis aliquem, teſta.prohi. Præ-
poſitus in cap.quoniam. 18.diſtinctio
ne. ¶ Quid ſi forſam maioratus à fœ-
57 mina fuit inſtitutus quam plurimaſq;
vocationes maſculorum fecit, vel ita
diſpoſuit quod ſi à maſculo primoge-
nium inſtitueretur conſeruandę agna
tionis ratio euidens foret deducta, an
ex eo, quod à fœmina per quam agna-
tio ſuprimitur, originẽ ſumpſit exclu
dendi fœminas propter maſculos re-
motiores, atque conſeruandæ agnatio
nis coniecturam ceſſare intelligimus
vel ad huc vigere ſit dicendum. in qua
dubitatione omnes crediderunt, nun-
quam in caſu dubij eſſe iudicandũ fœ
minam excludi niſi à maſculis eiuſdẽ
lineæ, & gradus, vt reſoluunt Decius
in c.in præſentia col, 14. verſic, *vltimo*
*alius caſus* deprobatio. Ripa. lib. 1. reſ-
ponſ.cap, 1.nu. 47. Anto. Rube.conſ.
22.teſtatur Gratus conſi. 110.*tema* lib.
1. alij per Molin, lib. 3.cap, 5. num. 73.
58 ¶ Quid autem erit dicendum ſi ma
ioratus inſtitutor ad ſucceſsionem pri
mogenij deſcendentes ex linea maſ-
culina vocauerit, an ex huiuſmodi vo
catione fœminas inſtitutorem prop-
ter maſculos remotiores excluſiſſe in
telligatur, vel eas in defectum maſcu-
lorum eiuſdem lineæ & gradus, admi-
ſiſſe credendũ ſit, & à maſculis remo-
tioribus, excluſas nõ cenſeri ex eo cõ-
ſtanter quam plurimi exiſtimauerũt,
quod qui deſcendentes ex linea maſ-
culina vocauit, nõ quod præciſſe deſ-
cendentes maſculi forẽt, ſed quod ex
linea maſculina deſcenderẽt, voluiſſe
creditur. quod in fœmina à maſculo
relicta verificatur ex eleganti. tex, in
§.ceterum inſti, de legiti. agnat. ſuc-
ceſ.ibi, *per virilem ſexum deſcendentes*
*ſiue maſculi ſiue fœminæ ſint*, & in,l. duo-
decim tabu, C. de legi, hæredib. in. §,
huiuſmodi & hanc ſententiam probat
gloſſ,ordina.in.l.Gallus. §, nunc de le-
ge Veleia verbo nam & ſi in fin. de li-
ber. & poſthu. quam dicunt commu-
nem Soccinus conſi,1.num.18. vol,1.
Hipoli. ſingula.33. *neptis* Gozadi. cõſ.
87.num.7.&,19.Pariſ.conſ, 51.nu,12.
&,13.vol.2. Couarr.in cap.Rainaldus
in princip.num.13,deteſta.& nullo ex
his relato alios referens Molin, libr. 1.
cap.6.num.37.ad fin. ¶ Hanc tamen
ſententiam reſtrinxit Soccin. in, d. §. 59
nunc de lege Veleia quando vocãtur
deſcendentes per lineam maſculinã,
quia tũc exiſtimat in ea vocatione nõ
venire fœminam, quamuis à maſculo
deſcendat, cum ille dicatur deſcende-
re per lineam maſculinam qui eſt in li-
nea per. l, vrbana. §. pernotare. ff. de
verbo ſignifi, & magis vrgenter pro-
bat Paul, in, l. maritus numer, 5. C, de
procura. dicens quod ſi emphiteoſis
alicui & ſuis hæredibus liberis, aut
deſcendentibus, per lineam maſculi-
nam concedatur, ea conceſsio intel-
ligenda erit deliberis maſculis atque
de deſcendentibus de maſculis &
non fœminis cuius ſententiam ſe-

quuntur etiam Alexander in. dict. §.
nunc de lege Veleia . numer. 3. vbi
Soccin,num.4. Curtius in tractatu,de
feud.3.part.num.28.Socci.nepos cō-
ſil.186.num,14.lib,2.Grego.in.l.2.tit.
6.part.4. gloſſ.2, & his non relatis alij
quam plurimi per Molinam lib,1.cap.
6.num.38.vbi Pauli doctri.ſequitur.
60 ¶Ego vero prædictam ſententiam
exiſtimo veriſsimā ceſſante ea diſtin-
ctione quam ſupra dicti ſcribentes fe-
cerunt,ſcilicet, an deſcendentes per li
neam vel ex linea maſculina ſint vo-
cari quia vtroque caſu fœminæ ſub ea
vocatione comprehenduntur cū Ale
xand,Iaſſ.& Claud.in.d.§.nunc de le-
ge Veleia & fere omnes qui gloſſam
ſequuntur,& ita eam diſtinctionē im-
pugnat ipſe Molin.immemor ſequutū
fuiſſe Pauli doctrinam lib,1,capit. 6.
61 numer.38. ¶Et ad Pauli doctrinam
facile reſpōdetur veram non eſſe imo
veriorem contrariam ex iuridica re-
ſolutione Alexan.in .d,§.nunc de le-
ge Veleia vbi Iaſſ.num.14.lectione.1.
idem Iaſſ.in.l.2.quæſt.21.numer.206.
C. de iure emphi. & hoc magis vide-
tur probare Soccin. nepos conſil. 39.
nu,49.lib,1. Ferretus in.l. vnica num,
12,C.de manda.princi, & melius exi-
ſtimat.Moline.ad Alexandrū conſ.53
lib.3.Ancharr.conſi.359.& eleganti⁹
Alcia.conſi,113,num.6.vbi omnes cō
tra Paul.credunt quod fœminæ com-
prehenduntur ſub vocatione deſcen-
dentium per lineam vel ex linea maſ-
culina ad emphiteoſim que admitun-
tur, ¶Secundo proprius ac verius
62 reſpondetur quod quamuis fateamur
Pauli ſentētiam veriſsimā eſſe eam in
telligendā exiſtimamus,quādo ad ag-
nationē concedens emphiteoſim reſ-
pexerit, atq; coniectura euidēs huius
agnationis conſeruandæ ex conceſsio
ne,aut vocatione, deducitur quod ex
ipſa Pauli ſentētia colligitur dum exi-
ſtimat quod intentio concedentis em
phiteoſim fuit vt agnatos non tranſi-
ret,atq; ex rationibus adductis ab his
qui Paulū ſequūtur facilius deducitur:
& melius à Grego.in .l,2.tit.6.part.4.
gloſ.1,vbi ex cōiecturis credit fore di
cendū an ex his vocationib⁹ fœminæ
excluſæ ſint vel ad primogeniū admit
tendæ. ¶Quæquidem omnia reſtrin 63
git Molin.lib,1.c.6.nu.38,in ſucceſsio
ne maioratus dicens quod cū eorū na
tura atq; agnationis conſideratio per-
petua ſit,ipſorumq; ſucceſsio in vnico
actu non conſumetur, non poſſunt in
ea vocatione facta de linea vel per li-
neā maſculorū fœminæ cōprehendi,
neq; in ea pſona,quæ agnationē impo
ſterū ſuprimere poſsit, ea vocatio ve-
rificari,alegans ad hoc Paul. doctrinā
in.d,l.ſi maritus nu. 5. ipſius opinionē
confirmans ex conſilis Carol. Ruin.
Curtij iunior, ab eo relatis, quæ quidē
reſtrictio Molinæ,vera mihi nō vide-
tur,cum ſi ex eo quod natura maiora-
tus perpetua ſit,fœminę ex vocatione
maſculorū excluderentur, nunquā ad
primogeniū poſſent admitti,& in ipſa
rū præiuditiū maſculinitatis qualitas
imprimis vocationib⁹ poſita, in ſequē
tibus in infinitū ſucceſſoribus habere
tur pro repetita , cōtra fortē,& veram
aſertionem ſupradictā: & cōtra ipſius
Molinę verā reſolutionē de qua lib,3.
cap.5.nu.56 in prin.& ea quæ latius ſu
pradixim⁹, ¶Vnde Molinæ reſtrictio 64
nē.d.nu.38.licet ex ſola perpetuitatis
natura verā non exiſtimē:tamen quā-
do conſtiterit primogenij inſtitutorē
voluiſſe agnationē conſeruare, omni-
no tenendā credo, cū & tunc maſculi
nitatis qualitas perpetuā ſucceſsionis
maiorat⁹ naturā accipiēs, in perpetuū
repetita cēſeatur, vt ſupra latius expo
ſuimus,& ex vocatione deſcendentiū
per



per lineam , vel ex linea maſculina
fœminæ omnes cenſeantur excluſæ,
vt Molina ſeipſum explicans reſoluit,
lib.3.cap.6,nu, 69. ita intelligēs quod
ſcripſerat in.d.lib.1,cap.6,nu,38, atq;
ſatis ex his quæ de coniectura conſer-
uandæ agnationis dicta ſunt & dicen-
da erunt colligi poterit, ¶Quid ſi ma
ioratus inſtitutor, agnatos ad primo-
genium inuitauerit, an neptis ex pri-
mogenito prædefuncto,in ea ſubſtitu
tione comprehendatur, vel apatruo
ſecundo genito ſit excludenda, & nō
fore admittēdam neptem,ex eo quod
agnatio in ea ſuprimitur, & agnatio-
nis finis ſit,reſoluit Molina lib.3.cap.5
num,70.& lib,1,cap,6,num,41, eam ra
tionem aſsignans, quod cum natura
ſucceſsionis maioratus perpetua ſit,&
conſequenter agnatio perpetue conſi
deranda, merito cenſendum non eſt
fœminam per quam agnatio finitur,
inſtitutorem admiſsiſſe, ſed potius à
quolibet maſculo remotioris lineæ,&
gradus, per quem agnatio perpetua-
tur excluſiſſe,cuius quidem ſententiā
aprobo quia ſi ex vocatione agnato-
rum non induceretur agnationis con-
ſeruandæ coniectura,ex ſola perpetui
tate ſucceſsionis maioratus proprie
cognati non excluderentur,cū paſsim
fœminas admiſſas videamus, quaſi ſi
prædicta ratio procederet, nunquam
admitterētur, & econuerſo ſi agnatio
nis conſeruandæ coniectura, ex ver-
bis vocationis deduceretur, quamuis
ſucceſsio nō eſſet perpetua, fœminæ
per quas agnatio finitur, excluderen-
tur,& deniq; ex eadem ratione ſeque
retur quod qualitas maſcuinlitatis,vel
quelibet alia fœminarū excluſiua, ex
ſola natura ſucceſsionis maiorat⁹(quę
perpetua eſt)repetita foret in omnib⁹
ſucceſſoribus in infinitū, quod nequa-
quam admittendum erit, niſi vbi agna
tionis conſeruandæ coniectura ex in-
ſtituētis primogenium vocationibus,
clare deduceretur,vt ſupra dictū eſt,
¶Vnde eam ſententiam Molinæ ex 66
eo veriſsimam credimus : quod ex ag
natorum vocatione clare inſtitutorē
agnationē conſeruare voluiſſe cōſtet,
& conſequenter fœminas excluſiſſe
dicendum ſit,quæ licet ſint finis agna-
tionis,principiū ſunt cognationis, &
in eis finitur agnatio atq; penitus abo
letur vt conſiderant Anania conſ,4.
Decius conſ,13, & Curtius conſ,154,
relatis & ſequutis cum alijs à Molina,
lib,1,cap,6.nu.4. ¶Et ita ſi ex conie- 67
cturis ex verbis inſtituentis clare de-
ductis conſtiterit agnationem ipſum
principaliter non reſpexiſſe, ſed con-
fuſe agnatorum maſculorum vel ſimi
les feciſſe vocationes, etiam ſimilies
agnatos, ſeu maſculos, vocaberit ex
ea ſimplici geminata agnatorum, ſeu
maſculorum, vocatione cum conie-
ctura non conſeruandę agnationis fœ
mina excluſa non cenſeretur, contra
iuris conſonam non excludendi fœ-
minas coniecturam,efficaciter ex ver
bis inſtitutionis deductam,ita ſingula
riter aduertunt Gozadinus conſ,45.
num.7.&,8,Soccinus conſ,62.num,5.
& conſ.63.numer.14,lib,3, Bertrand.
conſ.30,colum,2,lib,1. & hijs non re-
latis eleganter reſoluit, ipſe Molina
lib,3,capit,5,numer,48.&,49,
¶Quid erit quando ex ſpeciali in- 68
ſtituentis primogenium diſpoſitio-
ne , fœminæ propter maſculos re-
motiores excluduntur, vel huiuſmo-
di excluſio deducitur ex liquidiſsi-
mis coniecturis, an neptis etiam ex-
cludatur , à primogenito filio reli-
cta, vel amitam ſeu patruum exclu-
dat, & fore excludendam neptem ſe-
cure exiſtimauerunt, ex eo quod ne-
queat repreſentare maſculinatem pa-

 tris

tris, Iacobus de Arenis colum.1,&,2.
Cinus Aluericus Salicetus, & alij in,l.
1.C.de adult. Aluericus in.l. ex plu-
ribus,numer.1,&.2.ff.de adminiſtrat.
tutorum Ancharran.conſilio.26.ver-
ſic. ad hoc reſpondetur, Paul. conſ.
47, in ſecundo dubio lib. 1. Aretinus
conſilio.141,numer.1, Soccinus con-
ſilio.116.numer.22.lib.1,& conſ.153,
numer.21.lib. 2. & conſ, 252. num.6.
&.296. numer.4.libr.2.Iaſſon in,l.ve-
nia. numer.7. C. de iniuſ. vocando &
in.l. ſi arrogator numer,19.&, 20. de
adoptionibus Decius conſilio, 309.
numer,2. Ruinus conſil.161,num.13,
lib,3, & ſequendo Bartol, doctrinam
quæ ſingularis eſt,in,l, liberorum,nu.
13.ff. de verborum ſignificatione pro
bant idem Curtius ſenior.in .d.l. ve-
nia.num.14,&15,Paul.in.l.maximum
vitium.num.2,C. de liberis præt. Iaſſ.
conſ,221.colum.3. libr. 2. afflictus in,
cap.1.numer.40.&,45.de ſucceſsione
feudi,Caſſan.in conſuet.Burgud,rub.
7,§.10.num.52.Soccinus iunior.conſ.
1.num.59.volum,1.Bartolomi.Socci.
conſ.153,num. 21. lib,2, Decius in. d.
l. venia.numer.7.&.8.&,cõſ.343. nu.
30. Licerier de primogenit. libr. 2.
quæſt.4. in fin.Tiraquel.eod. tractatu
quæſt.40.numer, 50, Molinus in con-
ſuet.Pariſien.1,part,§,3.gloſſa.1.num,
7.quæſt.5. folio, 66, & ex noſtratibus
Gregorius in.l.3,titul, 13,part. 6. ver-
bo, *mugeres*, colum, 5, verſic. *quid au-
tem ſi ex tenore inueſtituræ*, Peral. in ru-
brica de hæred.inſtitu.num.126. Aco
ſta in quæſt patrui & nepotis pagina,
68 197.verſic. nam & ſi neptis. ¶Quod
ex eo veriſsimũ exiſtimant, quia quã-
uis filia quæ ex maſculo deſcendit, di-
catur deſcendere per lineam maſculi-
nam, vt ſupra diximus non tamen re-
preſentat maſculinitatem patris, & ſi
gradum ipſius repreſentet, ex Bart. in
d. l, liberorum num. 13, communiter
ab omnibus quos ſupra retulimus re-
cepto, & à Paulo conſ,47,col. 1. vol. 1.
Soccin.in. l.cũ auus,nu. 80.de condit.
& demonſt.& conſ.60.num.26.lib.3.
& conſ.153.num.20,lib,2, Soccin. iu-
nior.conſ,1.nu.59.lib.1.Ruinus conſ.
161.num.13,lib.3.& conſ.143.num.4
vol,2.Gramat.deciſſe. 63, num, 11. &
15.Tiraquel,de primogenit,quæſt.40
nu, 53, cum alijs Grego.in,d.l.3, gloſ.
5.relata & nullum ex hijs referens Mo
lina lib.3.c,6,nu,49. ¶Neque obſta- 69
bit aduerſus hãc veritatẽ dicere quod
ſicut filius maſculus excludit ſororem
ex ſtatuto, ita neptis ex maſculo præ-
defuncto amitam, vt contra receptio-
rem ſententiam ſupradictorum tenuit
Cinus in.l,1,C.de adult, quem ſequn-
tur Soccin.conſ.153.nu.20.&. 21. lib.
2.Corneus in.l,2.de iure delib. Rubeꝰ
conſi.149,nu. 5,& Maranta in diſputa
tione,10.quam poſuit poſt praxim iu
ditiorum & Tiraquel,de primogenit.
quæſt.14,num. 13, quia præter quam
quod verior eſt cõtraria ſentẽtia, vt la
tiſsime ſupra probauimus, intelligẽda
eſt cini & aliorum quando fœmina ab
ſtatuto tacite, vel expreſſe, propter
maſculum non excluditur, neque vlla
conſeruandæ agnationis coniectura
ex mente, & verbis, inſtitutionis dedu
citur, quia tunc nõ ſolũ amitam ſed &
patruum neptis excluderet & hoc mo
do conciliãtur controuerſę opiniones
dubitantium an neptis ex filio maſcu-
lo patruum vel amitam excludat virtu
te ſtatuti conſtituentis quod ſtantibus
maſculis fœminæ non ſuccedant,
¶Eodem etiã modo reſpõdet ad aliã 70
non minus receptam ſententiam, qua
conſtituitur, quod ſi vigente ſtatuto
quod filia non ſuccedat, ſed de-
beat doctari, filius primogenitus ma
ſculus relicta filia deceſſerit, neptis





ea ex prædefuncto ſuperſtes dotãdo
amitam eã excluderet, ex iure patris,
repellendi ſororem ad ipſam neptem
tranſmiſſo, quod receptum dixerunt
Socci.cõſ.67.nu.19.li.4.Capic. deciſ,
21, Rimin.conſ.224.nu.31.& his non
relatis Tiraquel.de primo genitura, q.
14.num.8. vt ſcilicet prædicta ſenten-
tia intelligatur quando neptis non eſt
à ſucceſsione excluſa. ¶Minus etiam
71 obſtabit Baldi doctrina in.l.venia.nu.
2. C. de in ius vocando dicentis quod
ſi ſtatutum filiam excludat, neptem ex
filio non excludit, quam ſequitur Gre
gor.in.l.3.tit.13.part.9.gloſſ.2. col. 2.
in princ. quia reſpondetur debere in-
telligi quando ſtatutum filiam exclu-
dit, non cauſa conſeruandæ agnatio-
nis, quia tunc neptem non comprehẽ-
deret ſecus ſi fœmina propter maſcu-
los remotiores excluditur, quia cum
tunc intelligatur voluiſſe inſtitutorẽ
agnationem conſeruare, & in nepte
maſculinitatis qualitas per quam per-
petuatur agnatio deficiat, merito à ma
ſculo remotiori ex ipſa inſtituẽtis pri-
mogenium expreſſa diſpoſitione ex-
72 cluderetur. ¶Et plurimas differen-
tias inter fœminas ex maſculo, aut ex
fœmina, referunt Curtius iunior cõſ.
63.num.14.vol.3.Riminal.conſ.224.
num.29.Caſane.conſ.8.num.12.Ca-
73 rol. Ruin. conſ.8. verſic. 2. ¶Quid
quando maioratus inſtitutor fœminas
propter maſculos remotiores excluſit
an nepos, ex fœmina primogenita prę
defuncta relictus, etiam à maſculo re-
motiori excludatur & fore excluden-
dum credunt quam plurimi, ex ea ra-
tione, quod vbi fœmina excluditur
omnes ab ea deſcendentes maſculos
ſeu fœminas ab eodem iure, &
gradu, quo fœmina excluſos cenſue-
runt, quia in talibus deſcendentibus di
cunt deſficere principium generatio-
nis, & mediũ eſſe inhabille ita per tex,
in cap. vnico de ſucceſsione fratuum,
tradit ſingulariter Bal. in authentica
ceſſante verſic. vnde facit, C. de legi-
timis hæred.idem Bald.in.l. quod ve-
ro poſt principium verſic.quęro.de le
gibus Paul.in.l,illam colu.pen.verſic.
ideo cogitaui.C.de collatio. Anchar.
in clement, 1, de baptiſmo & in capit.
1.q. 14. de conſtitut. & in conſ, 339.
Paul,conſ.7. col.fi. lib.1. & conſ.119.
eodẽ lib, Alex,cõſ.75.viſsis,col.4. lib.
1. & cõſ.43.lib.3.Decius conſ.399.cõ
cluſsionem & conſ. 484. æquitati Go-
zadinus conſilio, 26. in cauſa illuſtri.
num. 34. Tiraquel. de primogenitu.
quæſt. 12. per totam, præcipue num.
12, Pinel.in.l.3.C,de bonis mater.nu,
19. & proſequitur num. 30. cum alijs
& nullo ex hijs relato quam plurimi
per Molin.lib.3. capit.5. numer. 45.
¶Quod quidem limitandum, atque 74
reſtringendum, crederem in omni-
bus caſibus vbi agnationem conſerua
re voluiſſe inſtitutorem ſpecifice, vel
ex coniecturis, deduceretur quia in
hijs excluſa primogenita, nepos ex
ea tanquam à radice infecta, & quæ
finis agnationis erat, decendens, ſi-
cut mater eius excluderetur, vt prę-
dicti ſcribentes exiſtimant, qui ſic
ſunt intelligendi, ſed vbi in primo-
genijs de agnatione conſeruanda nõ
agitur, maſculi à fœminis deſcenden-
tes, non erunt propter remotiores li-
neæ & gradus, maſculos, etiam à maſ-
culis deſcendentes, à ſucceſsione ma-
ioratus excludendi, vt poſt plures re-
ſoluit Molina dicto capit. 5. numer.
48. atque colligitur ab omnibus à Pi-
nelo traditis in dicta. l.3. numer. 19.
C. de bonis maternis vbi in propoſi-
to notatu digna adducit & ante Pine-
lum & Molinam idem probauerunt
Ancharran, conſ. 339. colum.3. &.4.

Paulus Caſtrenſis in,l, 1, numer, 3, C,
de conditionibus inſertis dicentes
quod in materia indifferenti, quæ tã
maſculis quam fœminis conuenit,ap-
pellatione maſculorum maſculi ex
fœminis comprehenduntur, idem ſe-
quuntur Aretinus conſilio, 52, ad fi-
nem & numer, 59, Soccinus in,l, Gal-
lus, §, nunc de lege Velleia, numer,
59, de liberis & poſthu, Corne, conſ,
246, lib.2, nu, 5, &, 6, Iaſſ, conſ, 117, nu,
1, lib, 4, Ruinus conſ, 49, lib, 1, nu, 2, & 3,
Detiꝰ conſ, 303, nu.8, Beroius, cõſ, 120
per totum maxime num, 32, lib, 2, Mo
lineus in conſuetudinibus Pariſsienſi,
tit, 1, §, 16, nu, 7, Peralta in, l, cumpater,
75 §, à filia num, 64, de legatis, 2,. ¶ Imo
ſi maſculus ex fœmina & fœmina ex
maſculo concurrerent, ad maioratus
ſucceſsionem agerentque de ſuccedẽ
do vltimo poſſeſſorum tranſuerſali, ſi
in eodem gradu forent, abſque dubio
maſculus fœminæ erit preferendus,
vt elegantiſsime reſoluunt Ancharr,
conſ, 339, col, 7, Fulgoſius conſ, 12, nu,
3, & deducitur ex Baldo in authẽ, ceſ-
ſante, numer, 3, C, de legimis hæredi-
bus, & notat Aretinus in, l, Gallus, §,
nunc de lege Velleia, num, 52, ff, de li-
beris & poſthu, Iaſſ, conſ, 115, num, 4,
lib, 4, & in, l, ſi arrogator numer, 20, de
adopti, explicat Tiraquel, de primoge
nit, quæſt.70, nu, 22. & magis intermi-
nis Molin, in conſuetu, Pariſsien, tit, 1,
§, 16, in princip, verſic, *pone poſsidentem
multa feuda* & idem ſentit, Grego, in, l,
3, tit, 13, part, 6, col, 6, in medio ibi *quia
licet nepos*, pro quibus facit tex, in c, 1,
de eo qui ſibi & hæredibus ſuis, vbi
maſculus ex fœmina, fœminę ex maſ-
76 culo prefertur. ¶ Quod vrgentiſsi-
me facit pro iuſtitia noſtri potentiſsi-
mi Regis Philippi in ſucceſsione reg-
num Portugaliæ aduerſus Catharinã
ducem de Bragança, erat enim Chata
rina filia infantis Eduardi, & neptis
Emanuelis, à quo omnes proceſſe-
runt, qui regnum conſequi conaban-
tur, & Philippus Rex, noſter, filius in-
fantis Iſabelæ Imperatricis & nepos
etiam Emanuelis, amboq; Philippus
& Catharina de ſuccedendo patruo
ſcilicet Infanti Alphonſo Cardinali
certabant. Vnde noſter Rex Philip-
pus à fœmina ætate maiori deſcendẽs
ipſeque maſculus & maior iuſtiſsime
excluſit Catharinam, quæ licet à maſ-
culo deſcenderet non tamen repræ-
ſentabat maſculinitatem Eduardi pa-
tris eius, ſed potius à maſculo maiorę
ex fœmina deſcendenti excludeba-
tur ſecundum Ancharrani & aliorum
doctrinam quos ſupra retulimus,
¶ Quorum doctrinam limita, & re- 77
ſtinge, vt excluſa fœmina omnes ab
ea deſcendentes excludantur. Sed ſi
ab ea non dependeant non cenſentur
excluſæ ex ſolo vigore ſtatuti ex-
cludentis fœminas propter maſculos,
cum ſolum fœminæ cenſeantur ex-
cluſæ in quibus viget eadem ratio, &
quando is vel ea quæ excludi prætẽ
ditur à fœmina quæ expreſſe excluſa
non fuit, deſcendit ceſat ratio exclu
ſionis, etiam ſi ſimilis ſit, expreſſe ex
diſtintione Pauli, in, l, illam numer, 8,
&, 9, C, decolationibus recepta à quã
plurimis relatis à Molina lib, 3, cap, 5,
num, 42, & ex, numer, 41, vſque ad nu,
44. ¶ Sed an in omnibus caſibus, in
quibus fœmina ſemel à maſculo re-
motiori excluditur perpetuo excluſa
cenſeatur, à quibuſcunque maſculis
in infinitum & videtur dicendum
quod ſic ſecundum magis commu-
nem reſolutionem quę fœminam per
exiſtentiam maſculi ſemel excluſam
perpetuo eã excluſam facit, ita quod
vlterius ſuccedere non poſsit quãuis
maſculꝰ fœminã excludens abſq; libe
ris



ris & deſcendentibus moriatur, vt per
tex. in c. 1. §. quin etiã Epiſcopũ vel Ab
bãtẽ in vſibus feudorũ tenent quã plu
rimi relati à Molin, lib. 1, c. 6. nu. 22, vbi
in verſ. *hæc autem* exiſtimat in Hiſpania
rũ primogenijs nõ procedere quia cũ
eorum natura perpetua ſit. Atq; in pri
mo neq; ſecundo actu ſucceſsionis fi-
niatur merito ſemel excluſꝰ perpetuo
nõ debet cẽſeri excluſus ſed ſolũ ab ea
ſucceſsione ſuſpẽſus: Donec pſona ex
cludẽs vel eiꝰ recta linea primogenio
rum durauerit. Ita quod mortuo abſq;
filijs maſculo qui fœminã excluſit, cũ
cauſa excluſionis ceſſauerit fœmina
quę ſemel ab eo fuit excluſſa ad primo
genij ſucceſsionẽ tanquã remoto im-
79 pedimẽto admittatur. ¶ Quã quidẽ li
mitationẽ Molinæ in ſucceſsione ma-
ioratus verã intelligerẽ, dũmodo fœ-
mina temporaliter fuiſſet excluſſa, vt
quia maioratꝰ inſtitutor eã indefectũ
maſculorũ inuitauerit ad eius maiora-
tus ſucceſsionẽ, vel ſi aliquos maſculos
fœminis nominatim prętulit, quia tũc
veriſsimũ eſſet mortuo excludente,
atq; eius linea recta primogeniorũ fi-
nita fœminam ſemel ab eo excluſſam
admitti. Sed ſi non tẽporaliter, ſed per
petuo fœminæ propter maſculos ex-
cludantur, vt quia maſculi tantũ nulla
facta mentione de fœminis vocãtur,
vel aliter fœminis excluſis maſculos
cuiuſcunq; lineę, & gradus, inſtituto-
rẽ maioratus admiſsiſſe conſtat ſemel
à maſculo fœmina excluſa, perpetuo
erit excludenda, etiã excludente mor
tuo abſq; liberis & deſcẽdetibꝰ, vt col-
ligitur ex reſolutione Soccin. conſ. 92
circa primũ col. 10. vol. 1. Frãc. Curti.
in tract. de feud. 3. part. in princ. q. 17.
verſic. 2. limita & poſt Andre. de Iſer
nia. in. d. cap. 1. probat Grego. in. l. 3.
tit. 13. part. 6. gloſ. 2. col. 8. verſic. *an au
tem fœmina* ad med. & his non relatis
colligitur ex quã plurimis adductis &
ſequutis à Molina. d. c. 6. nu. 22. ad fi.
¶ Limita etiã quãdo fœmina propter 80
delictũ, aut aliã ſimilẽ cauſam, fuit pri
uata à primogenio quia nõ iterũ erit
admittenda (etiã cauſa excluſionis ce-
ſante) in pręiuditiũ eorũ quibus ſucceſ
ſio fuit acquiſita, imo perpetuo exclu
denda erit, vt per tex. in. l. etiã. §. ſi ca-
pitis ad fi. ff. de bo. liber. intelligit ſolus
Grego. in. d. l. 3. tit. 13. part. 6. gloſſ. 2.
col. 8. verſic. *et aduerte quod ille*. ¶ Sed 81
quid ſi quis fuit excluſus lite, vel preſ-
criptione, à maioratu, & qui ad eũ fuit
admiſſus, ob aliã iuſtã cauſam maiora
tũ admittat, an is qui prius fuit exclu-
ſus primogeniũ reacquirat, vel quis in
ea ſpecie ſit admittendus, vide Greg.
in. l. 3. part. 6. tit. 13. gloſ. 2. col. 8. verſi.
& quid ſi fuit qui excluſus & in verſi.
quid autẽ ſi filia, vbi dubitat an filia ſe-
mel admiſſa propter defectũ maſculo
rũ, naſcẽtibus maſculis excludatur, vi-
de per eum, & quæ diximus in gloſ. 5.
ad fi. ¶ Quid erit ſi maioratus inſtitu 82
tor habens filiã & filios alterum ex
maſculis omiſſa filia alteri reſtituere
rogauerit, ſub cõditione ſi ſine liberis
deceſſerit, an ea cõditio tũc intelligatᷓ
de liberis maſculis tantũ, ita quod filia
ex prædefuncto nõ faciat deficere cõ-
ditionẽ, ſi ſine liberis, ſed demũ maſcu
lus nepos, & dicendũ videtur neptem
ex ea vocatione excludi ne melioris
conditionis ſit quã filia, quã teſtator
habẽs nõ ſubſtituit, imo omiſſa maſcu
lũ ad primogeniũ inuitauit, fortis equi
dẽ cõiectura excludẽdi fœminas, hæc
eſt reſolutio Fulgoſij in. l. 1. in fi. C. de
cõdi. inſer. vbi per tex. in. l. 3. C. de bo.
mater. hoc elegãter reſoluit Paul. etiã
ibi. Corne. & Socci. in. l. cũ auus nu. 80
de cõdi. & demõſtr. Alciat. cõſ. 52. ad
fi. Detius. conſ. 15. nu. 5. & conſ. 480.
nu. 2. & conſ. 515. &. 545. &. 568.

83 ¶ Quod quam plurimi intellexerunt,
etiam ceſante ratione cõſeruandæ ag-
nationis, quaſi ſufficere credant teſta-
toris mentem fuiſſe fœminas propter
maſculos remotiores excludere, quod
cum filiam haberet eidem in primis ſu
ſtitutionibus maſculos prætulit, vt col
ligitur ex Detio in l. fœminæ nu. 98.
de regu.iur. Soccin. nepos conſ.1.nu.
114.lib.1. Curtius iuni.conſ.35.& col
liges ex Alexand.conſ. 38.nu.6.vol.6.
vbi Moline.& Paul.in l.1.C.de condi.
84 inſer. ¶ Ex qua ratione Paul.ibidem
id exemplificat cum cauſa pia ſubſti-
tuitur, cuius exemplum ſequitur Iaſſ.
conſ. 1. & 2.vol.2.Curtius.d.conſ. 35
num.6. & faciunt tradita per Iaſſ. in l.
generaliter.§.cum autem col.2. C. de
inſti. & ſubſti. & conſ. 140. lib.2. & à
Ruino conſ.3.num.23.vol. 2. licet in
hoc dubiter Suarez, in l. quoniam li-
mit.1.fol.54.& relati à Tiraquel.in l.ſi
vnquam verbo libertis nu.59.C.de
85 reuo. dona. ¶ Sed hæc omnia proce
dere non crederem atentis his quæ ſu
pra latius diximꝰ, de fœminarũ exclu
ſione, & quia cum inſtituentis primo
geniũ diſpoſitio clare fœminas prop-
ter maſculos remotiores non excluſe
rit, vel ſaltim ex cõiecturis euidẽtiſsi-
mis earum excluſio nõ deducatur, ini
quum foret eas ex tan leui coniectura
excludere, cõtra æquitatẽ. l. cũ auus
de condi. & demonſtra. & l. cum acu
tiſsimi.C.de fideicommiſſ. & contra
vel preter diſponẽtis voluntatem peri
culoſæ diuinando, atque dure ex ver
bis inſtitutionis, eam deducẽdo & ita
cõtra Fulgoſ.& Paul.tenẽt Alex. cõſ.
38.num.8.lib.6.vbi plura per Moline.
86 qui conſilia Ancharra.refert. ¶ Et ita
receptiſsimũ habemus quod filij gra-
uati excludũt cauſam piam, quia licet
cauſa pia fauore digna ſit, nimis ini-
quũ foret per eã legitimã ſobolẽ licet
fœmineam excludere, vt in ſimili caſu
l. cum auus tradunt Bal. & Paul. in d.
l. cum acutiſsimi Alexãd.in l.ex facto
§.ſi quis rogatus colũ.4. ff.ad Trebel.
Soccin.in l. cum auus.num. 42. Bene
dict.in c. Rainun.verbo ſi abſque libe
ris.1. num.23.atq; dicit communẽ De
tius cõſ. 391. in fi. Socci. nepoſ. conſ.
125.num.28. lib.1. Ruinus conſ. 182.
num.9. lib.2. & alij quam plurimi per
Tiraquel. in. l.ſi vnquã verbo libertis
nu.64. omnes pro liberis in ea ſpecie
contra piam cauſam communẽ & ve-
ram opinionem dicẽtes. ¶ Limita ta 87
men omnia ſupra dicta, ſi ex alijs cõie
cturis conſtiterit maioratus inſtituto
rem voluiſſe cõſeruare agnationem,
atque eadem ratione fœminã propter
maſculũ remotiorem à maioratus ſuc
ceſsione excluſiſſe, quia tũc veriſsimã
crederem Pauli atque Fulgoſij, opi-
nionem ita ſingulariter colligitur ex
Detio conſ. 370. Gratus conſ.54. nu.
15.lib.2. idem conſ. 67.nu.4. & conſ.
111.num.29.lib.2.Gozadi.conſ.89.&
iterum Gratus conſ.68.num.12.lib.1.
& Couarr.in cap.Rainal.in princi.nu.
2. de teſtament. atque ſic veriſsime
ſunt intelligenda conſil. Detij & So-
ci.nepotis.

SVMMARIVM.

*Filiorum appellatione, nepotes et omnes deſcendentes contineri, regula vulgaris numer.1.*

*Appellatione filiorum ex propria ſignificatione præcipue in materia fideicommiſsi, etiam ex vi comprehenſiua deſcendentes non contineri, num.2.*

*Ratio decidendi ad verba, o nieto o deſcendientes. num.2.*

*Nepotes continentur appellatione filiorum ex voluntate teſtatoris. num.3.*

*Nepotes continentur appellatione filiorum in ſucceſsione ex ſua natura ad deſcendentes tranſmiſsibili. num.4.*

*Appellatione filiorum nepotes contineri, quando teſtator prouidet deſcendentiæ ignotæ numer.5.*

*Vera ratio decidendi ad .l. numer.5.*

*Verbum filius comprehendit totam lineam deſcendentium quando materia eſt indiferens quo ad gradus. num.6.*

*Deſcendentes non ſimul per vulgarem ſubſtitutionem ſed ordine ſucceſsiuo primogeniture admittuntur. num.7.*

*Maioratus an poſsit inſtitui in nepote vel nepte ex facultate inſtituendi ipſum nu. 8. vſque ad num.10.*

*Repreſentatio an perpetua ſit in ſucceſsione aſcendentium. numer.11.*



IBi, *o nieto o deſcendiente*, vulgaris li-
1 cet cõmunis & recepta ſentẽtia eſt,
filiorum appellatione, nepotes & pro
nepotes ac deinde cæteri omnes deſ-
cendentes comprehendi l. iuſta l. fi-
lij l. liberorum de verborum ſignifi.
omnes in l. Gallus. §. inſtituens de li-
ber.& poſthu.& in l. Lucius ſecũda de
2 hæredi.inſti. ¶ Sed quia ex propria
ſignificatione præcipue in materia fi-
dei commiſsi, etiam ex vi comprehen
ſiua, filiorum appellatione nepotes
aut deſcendentes non comprehendi
crediderunt quam plurimi per Tira-
quel.de primogenit.q.40. num.55.&
56.& per Molin.lib.1.cap.6. num.27.
eleganter l.iſta expreſsit, *o nieto o deſ-
cendiente*, ne ex æquiparatione fidei
commiſsi ad maioratum quam paſsim
ſcribentes admittunt, id in ea maiora-
tus ſucceſsione verum eſſe de inceps
3 aliqui cogitarent. ¶ In eo l.iſta con-
ſtituens differentiam, quod primoge-
niorum natura perpetua ſit, & ideo
ex uocatione filiorum omnes in per-
petuum deſcendentes comprehendi
debere ſit dicendum. Cum aliter ea
bona in familia perpetuo conſeruari
non valuiſſent, & quia in hac ſpecie ex
natura ipſius maioratus, eam perpetui
tatem inſtitutorem voluiſſe conſerua
re, atque principaliter reſpexiſſe intel
ligitur, cuius voluntas in quibus cun-
que diſpoſitionibus & maxime inuo-
catione filiorũ ſeu deſcendentiũ prin
cipaliter attenditur, ex d.l.liberorum,
Ibi, *niſi voluntas aliter ſe haberet*, de ver-
bo ſigni.& probat poſt Couarru. Mo-
lina lib.1.cap.6.num.28. ¶ Quorum 4
ſententia ex alia vera & communi cõ
firmatur, qua receptum habemus in
ſucceſsione ex ſua propria natura ad
deſcendentes tranſmiſibili, omnes ne
potes & pronepotes ac deſcendẽtes
cõtineri. De qua per Ancha.conſ.391.
& in c. 1. q. 14. de conſti. & in cle. 2.
colum. 2. de baptiſ. verſic.1. caſu vbi
Card. Anto.in c. quibuſdã. de pœnis,
col.2.& in c.2.de verbo ſigni.vbi Car
di.Bald.in c.quæ in eccleſiarum num.
39.de conſti. ¶ Vera tamen & ele- 5
gans decidẽdi ratio huius l. à nemine
quem ego legerim ſcripta fuit, vltra
perpetuitatem à Molina ſ. conſidera-
tam, ac eſſe rem ad hæredes tranſmiſi
bilem, quia quando teſtator prouidet
deſcendẽtiæ ignotæ filium maiorem
impoſterũ naſciturum. & qui eidẽ te-
ſtanti incognitus eſt, in futurũ & in-
certum euentum ſuſtituẽdo, vt in pri-
mo geniorũ inſtitutionibus obſerua-
tum videmus, ex ea filiorum vocatio-
ne, etiam nepotes, & pronepotes, at-
que in infinitum omnes deſcendẽtes,
eo nomine ſucceſsiue vocati & ſubſti
tuti intelligunt & teſtantis affectio er
ga omnes præſumitur, ex Bart. in l.
Gallus.§.inſtituens in fi. de liber.& po
ſthu. vbi Soccin.nu.5.& Alex. num.7.
Ang.in.§. fi.inſti.qui teſta.tu. dari poſ
ſunt. Roma. conſi.129. Alex. conſi.9.
vol.1.nu.2.& conſ.5.num.9. conſ.65.

num,5,vol,3,& conſ,37,volum,6,Iaſſ,
in,l,de quib,num,19,& 20,ff,de legib.
& conſ,52,volum,3,colum,4.Soccin,
conſ.17,colum,3,volu,4,Detius conſ,
229,numer,8,& cõſilio,391,Gozadi,
conſ,4,num ;,Pariſ,conſ,52,nu,24,
volum,2,& conſilio,78,numer,11,&
conſ,86,num,23,volum,2,Ruin,conſ,
35,num,3,&,14,volum,1,& conſ,140,
num,5,vol,3,& conſ,115,nu,11,eod,
vol,& conſ,139,num,23,eod,volu,&
conſ,119,num,15,vol,2,Soccin,Iuni,
conſ,146,&,108,num,1,vol,2,& conſ,
1,num,38,volum,3,Anto,Gomez in-
preſ,num,64. & his non relatis, alios
referens Molin,lib,1,c,6,num,29,
6 ¶ Et quia quando materia eſt indi-
ferens quo ad gradus, vt hæc maiora-
tus de qua agimus, verbum filius com
prehendit totam lineam deſcenden-
tium, & in differenter omnibus eorũ
gradibus in infinitum, abſq; particula
ri alicuius affectione prouidetur, ex
Bal,in cap,quæ in eccleſiarum,nu,39,
de cõſti,Cæpola conſ,ciuil,numer,15
verſic, item quod iſta & alij per Mo-
lin,d,num,29,ad fin, ¶ Non tamen
7 vt ſimul omnes filij,aut deſcendentes,
per vulgarem ſuſtitutionem ad hanc
de qua agimus ſucceſsionem admittã-
tur.Licet omnes in infinitum compre
hendãtur,ſed vt ordine ſucceſsiuo pri
mogenituræ deficiente filio nepos,&
nepote pro nepos, at ſic deinceps li-
nea recta primogeniorum omnes ſint
admittẽdi, quia licet nomẽ collectiuũ
filius vtrumque comprehendat, cum
tamen inter eos ſit ordo ſuccedendi,
ſucceſsiue continentur ex natura eius
fideciommiſſariæ ſubſtitutionis per-
petuæ quæ in huiuſmodi primogenio
rum vocationibus formatur, vt dedu-
citur ex.l,peto,§,fratre,l,cum ita,§,in
fideicõmiſſo delega,2,l,fin,C,de ver-
bo,ſignific,l,ſi cognatis de reb,dub,l,
hæredes mei,§,cum ita,ad Trebel,ibi
per omnes & in,l,Gallus.§,quidam re-
cte deliber,& poſthu,& reſoluũt no-
tanter Soccin.conſ,90,col,fin.volu,1,
& conſ,113,colum,3,vol,1,& conſ,43
vol,3,& conſ,61,&,62,vol,4,Corne,
conſ,233,num,3,volu,4,Detius conſ.
38,numer,4,& conſ.215,& conſ,248,
Pariſ.conſilio,36,num,11,vol,2,Gra-
tus,conſ,6.col.fin.lib.1,Alexand,in.l.
hæredes mei.§.cum ita num.9.ad Tre
bel.Ruin.conſ.135.num.11,vol,1.&
conſ,129,num,22.&.119.num,8,vol,
2.Curtius iuni.conſ.125.num,5,vol.
2.Couarr.in cap.Rainun.§.2.nu.6.&
7.& his non relatis Molin.lib.1.cap.6,
num.4.vſque ad num.6.ſed vt omni-
no reijceretur aliquorum ſcribẽtium
ſententia nimis dubia, ſuperuenit.l.
iſta dicens, *o nieto o deſcendiente*, quæ in
prędictis fundatur. ¶ Ex qua ratio- 8
ne venit decidendũ an patri conceſſa
facultate inſtituendi primogenium,in
aliquem ex filijs poſsit id in perſona
nepotis inſtituere cui videbatur reſpõ
dendum non poſſe, cum filiorum ap-
pellatione nepotes non comprehen-
dantur,tam ex propria vocabuli ſigni
ficatione,quam quod de prę iuditio ce
terorum filiorum in ea maioratus in-
ſtitutione agatur,ex Bal.per tex.ibi in
l.ſed & milites in princip.de excuſſa.
tuto.& in.§.quia vidimus de his qui
feud.dare poſſ. ¶ Et quia vbi gradus 9
vel affectio principaliter cõſideratur,
vt in ſucceſsione maioratus,etiam ver
bum filius nepotes non comprehen-
dit ex.l.iubemus.C.ad Treb.l.Gallus
§,inſtituens deliber,& poſthu, quibus
atque alijs fundamentis hanc ſenten-
tiam tenent, Grego,in,l,2,tit,15,part,
2,verbo,*ſi dexaſſe hijo o hija*,col,2,ver-
ſic,& etiam ex iſta,l,per totum verſi-
culum, ¶ Cuius contrarium verum 10
exiſtimamꝰ, ex eo principaliter,quod
cum



cum in maioratu vnus tantum ſucce-
dere debeat, is que primo genitus ſit,
atque mortuo, filius eius & de inceps
ceteri deſcendẽtes linea recta, primo
geniorum, ea affectio quæ conſidera-
batur in filio primo genito mortuo,
quem cæteris pater præferre volebat,
atque tenebatur, ex facultatis tenore
in nepote ab eo relicto conſideratur,
& conſequenter mortuo patre in filio
eius recte primogenium inſtituitur vt
in ſpecie rectiſsime aduertit Gregor.
ſibi contrarius in.l.32.titul.9.part.6.
verbo,*no baldra*,colum.8.verſic.*ſed po-
ne quod rex conceſsit*,& hanc ſententiam
comprobat Molina,lib.2.cap.11.nu.
38.vbi cum numeris precedentibus
& ſequentibus eam reſolutionem li-
mitat mitto vos ad ipſum,& ad ea quæ
11 ſcripſimus in.l.18.Taur. ¶ De iure
tamen communi ſatis dubitandũ erat,
an in ſucceſsione aſcendentium eſſet
perpetua repræſentatio,vel ad pro ne
potes tantum extenderetur,de quo la
tius erit dicendum in gloſſa verbo, *de
manera que ſiempre*, quæ quidem facul-
tas vt omnino reijceretur vſa fuit.l.
iſta verbo, *deſcendientes*,quo omnes in
infinitum tan maſculi quam fœminæ
comprehenduntur vt bene reſoluunt
Alexand.conſ.160.lib.2.Detius conſ.
223.&.414.Angel.conſ.38.Areti.in
l.Gallus.§.quidem recte infi.deliber.
& poſthu.

## SVMMARIVM.

*Adoptiuus an ad mittatur ad maioratum num.1.vſque ad num.6.*

*Adoptiuus non vere legitimus ſed imaginarius,num.1.et.2.*

*Adoptiuus comprehenditur in diſpoſitione, licet non hominis,num.3.et.4.*

*Legitimatus per reſcriptum principis an ad mittatur ad primogenium nu.7.cum pluribus alijs.*

*Filius in præiuditium legitimorum non poteſt legitimari,num.7.et.14.*

*Filius licet poſsit legitimari ad ſuccedendum cum legitimis,debet tamem legitimatus tantum habere quantum is legitimus qui minorem portionem accepit,nu.8.et.9.*

*Ex legitimatione non derogatur iuri ſubſtitutis competenti,num.11.*

*Legitimatus ad ſuccedendum in quibuſcunque bonis ancenſeatur legitimatus ad ſuccedendum in maioratu.num.12.*

*Legitimatus an excludat fœminam ex ſtatuto excludenti eas per maſculos,num.13.et.15.*

*Legitimatio an vicietur per natiuitatem legitimorum,num.15.*

*Princeps poteſt filium legitimare ad ſuccedendum ſtantibus legitimis,nu.17.*

*Iuſta cauſa debet interuenire in legitimatione ad ſuccedendum ſtantibus legitimis,num.18.*

*Iuſta cauſa legitimationis debet probari,numer.19.*

*Legitimi filij quorum intereſt citandi ſunt,numer.20.*

*Agnati cognati et conſanguinei citandi ſunt num.21.*

*Princeps ex plenitudine poteſtatis omiſſa citatione ex cauſæ cognitione poteſt ius in ſpe firmiter quæſitum tollere.nu.22.*

*Iuſta cauſa ſemper in principe præſumitur,numer.23.*

*Iuſta cauſa in principe ſufficit quod poſsit imaginari,num.24.*

*Voluntas principis dicitur iuſta cauſa numer,25.*

*Quod tertio inuito fieri poteſt a fortiori et ignorante.num.26.*

*Plenitudo poteſtatis quæ dicatur,nu.27.*

*Clauſula ex certa ſcientia,naturam clauſulæ de plenitudine poteſtatis habet,numer.28.*

*Clau-*

*Clauſula ex certa ſcientia idem quod clauſula proprio motu operatur, num. 29.*

*Citatio non eſt neceſſaria quando ſucceſſio neque re neque ſpe delata eſt. num. 30,*

*Cauſa iuſta legitimationis non requiritur vbi re, neque, ſpe, ſucceſſio delata eſt, numer. 31.*

*Filius an poſſit legitimari ad ſuccedendum in maioratu, non ſtantibus legitimis. nu, 32. vſque ad num. 38.*

*Legitimatus facit deficere conditionem ſi ſine liberis, ad excluſionem ſubſtituti, numer. 35,*

*Legitimatus admittitur ad retractum numer. 36.*

*Legitimatus admittitur ad ius patronatus, num. 37.*

*Legitimatus reuocat donationem ex. l. ſi vnquam, num. 38.*

*Legitimatus per ſubſequens matrimonium quando ad primogenium admittatur, et nepos patruum excludat, num. 39. vſque ad num. 42.*

*Filius naturalis quando ad primogenium admittatur, nu. 43. vſque ad num. 45,*

*Naturalis an ſit de agnatione domus, ſeu parentella, num, 44,*

*Spurius an admittatur ad maioratum remiſsiue. num. 46.*

# Ad, l. 40. Tauri.

## gloſſa, 11,

IBi *legitimo*, cum ſolum, l, iſta de filijs
legitimis loquatur adoptiuum, ſeu
arogatum, ad primogenium admitte-
re videtur, qui legitimus nuncupatur.
l, ſi arrogator, ff, de adoptioni, l, cum a-
doptiuis, C, de adoptionibus, gloſſa &
omnes in cap, 1, de cognatione legali,
1 l, 1, tit, 16. part, 4, cum vulga, ¶ Et quia
quamuis fateremur filium adoptiuũ
vere legitimum non eſſe, ſed imagina
rium, & perfictionem ex, l, filium quẽ
pater, de liber. & poſthu; l, cũ in adop-
tiuis, §. ſed nec articulũ, C, de adoptio
nibus, ¶ Et in ea hominis diſpoſitio- 2
ne appellatione filij, non comprehen
datur, l, fideicommiſſum de condi, &
demonſtra, l, ſi ita quis, §, fin, de lega, 2,
¶ Tamen in diſpoſitione, l, appellatio
ne filiorum legitimorum adoptiuus 3
ſeu arrogatus continetur, quia ſufficit
verbum, l, ſaltim ad impleri perfictio-
nem vt reſoluunt Rolan, conſ, 324, nu,
5, &, 25. Tellus in, l, 6, Taur. ex num, 1,
vſque ad num, 5, declarando. l, illam
in verbo legitimos, fore intelligendã,
in adoptiuis, qui legitimi nuncupan-
tur, quem in hoc ſequitur nouiſsime,
Ioann, Matienço, in. l, 1, titul, 8, libr, 5,
nouæ recopilat. gloſſ, 1, num, 1, alios re
ferens. ¶ Contrariam tamen ſenten
tiam veriorem exiſtimamus, ſcilicet fi 4
lium adoptiuum ad primogenium nõ
eſſe admittendum, per tex, in. cap. 1, §,
adoptiuus filius ſi de feudo fuerit con
tro. inter domi. & vaſa, cap, 1, de ſuc-
ceſſ, feud, in vſibus, & tradunt Ioann.
Faber, & Angel. in, §, 1, inſti, de hęred,
quæ ab inteſta, Decius conſilio, 399,
num, 3, & Tiraquel, de primogenitu.
quæſt, 84, Carol, Molin, in conſuetu.
tit. 1. §, 8, gloſſ, 1. num, 33, Mieres in tra
ctatu maiora. 1, part. quæſt, 51, numer.
11, &, 12, & his non relatis Molina lib,
1. cap. 4. num. 51, & faciunt quę de no-
bilitate tradit, 2. part. 3, part, cap, 3. nu,
4. fol. mihi, 149. vbi an gaudeat nobili-
tate. ¶ Quod quidem intellige verũ, 5
niſi ea lege, aut conditione, filius fuiſ-
ſet adoptatus, ſeu arrogatus, vt in feu-
do ſeu primogenio ſuccederet vt Al-
fonſus ab Aragonia quẽ à Ioanna Re-
gina Neapolitana in Regem electum,
ſeu adoptatum fuiſſe legitur, vt teſta-
tur Curtius Iuni. conſ, 138. num. 7. li-
cet poſtea ipſum à regno iuſta cauſa
exhæredatũ ſcripſit, Frãciſcus Marci.
deciſ.



deciſ. 884. 1. part. incipit quæritur an
filius adoptiuus & Archiepiſcopus
Antoninus. 3. part. titul. 22. capit. 8. §.
6. & 7.

¶ Quid tamen in legitimatis per reſ-
criptum principis, an ſint admittendi
ad primogenium? eſt elegantis dubi-
tationis, in qua vltra omnes quos lege
rim ita fore diſtinguẽdum exiſtimaui.
6 ¶ Aut filius non fuit legitimatus ſpe
cifice ad ſuccedendum in bonis maio
ratus, ſed ſimpliciter ad ſucceden-
dum in bonis parentum tantum, &
ſi tunc ſtarent legitimi tempore legi-
timationis, clariſsimum eſt quod legi
timatus à primogenio excludendus
erit, cum in præiuditium legitimorũ
non potuiſſet legitimari, vt reſoluit
Molina lib. 3. capit. 2. num. 1. vſque ad
num. 3. & quia legitimatus ad ſuccedẽ
dum in bonis parentum non cenſetur
legitimari vt valeat ſuccedere in bo-
nis maioratus, vt infra latius erit dicen
7 dum. ¶ Etiam ſi poſt legitimationẽ
vere legitimus natus fuerit, ex iuribus
relatis à Malina, & quia quamuis prin
ceps valeret ita filium legitimare, vt
cum legitimis patri ſuccederet, ex Ale
xand, conſ. 287. &. 288. vol. 5. & com-
munis per Iaſſ. in. §. & quid ſi tantum.
num. 99. vbi Acoſta. 2. part. num. 132.
Hipolit. in. l. de vno quoq; num. 95. de
reiudica. Couarr. in. 4. 2, part. c. 8. §. 9.
& alij per Molin. lib. 3. cap. 2. num. 4.
&. 5. ¶ Tamen ita filius legitimatus
8 in bonis parentum ſuccedit, ex ea legi
timatione qua cum legitimis admiti-
tur, vt ex eis tantum accipiat quãtum
is, qui minorem portionem ex ipſis
bonis parentis fuerit conſequutus vt
probãt tex, in. l. cõmunium. §. fin. in
fin. C. de natura, libe. Authẽ. quibus
mo. na. efi. ſui. §. quoniam varie, quæ
iura quamuis in legitimato per obla-
tionem curiæ loquantur ad legitima-
tum ex reſcripto propie poſſunt ad ap
tari vt aduertunt Alexãd. in. l. neceſſa
rijs. num. 10. &. 11. de adquirenda hæ-
redi. in. l. ſed ſi hac. §. patronum. num.
9. de in ius vocan. & in. l. ex facto. §. ſi
quis rogatus. num. 57. ad Trebel. Bald,
in cap. per tuas. num. 2, de maiori, &
obedi. Iaſſ, in. l. vnica. num. 31. C. quan
do non petent. part. Moline, in con-
ſuet. Pariſ. tit, 1, §. 8, Gloſſa, 1, num. 46.
& tit. 1. §. 8. Gloſſ. 1. num. 46. Tiraquel,
de primogenit. queſt. 34. num. 50, Por
tius conſ. 116. num. 77. & conſequen-
ter ad primogeniũ ſtantibus filijs ve-
re legitimis antea vel poſt legitima-
tionem natis legitimatus non erit ad-
mittendus vt ſupra. d. fatentur.

¶ Quod quidem etiam procederet 9
in caſu quo legitimatus ſucceſsionis
capax foret, legitimis deficientibus,
quia ſtãtibus tempore legitimationis,
vel natis poſt legitimationem, legiti-
mati excluderentur, neque ea legiti-
matio in præiuditium legitimorũ qui
ante vel poſt eam nati fuerunt, aliquid
operaretur quo minus vere legitimus
poſtea natus ad primogenium ſit ad-
mittendus. vt reſoluunt Ioann, Lice-
rier de primogenit, lib. 1. quæſt. 13, per
totam, quam referens ſequitur Greg.
in. l. 4. tit. 15, part, 4, verbo, *todas las honras* verſic. & quod etiam ſi poſt legiti-
mationem, & in. l. 2. tit, 15. part, 2, gloſ.
*ſino el hijo maior*, colum. 3. ad fin, & col.
4 in princ, Ioannis de Rojas de ſucceſ.
ab inteſta, capit. 23. numer. 99.

¶ Aut legitimi non extarent, & tunc 10
etiam legitimatus à primogenio erit
excludendus, tam quod ex ea legiti-
matione non videtur derogatum iuri
ſubſtitutis competenti ex cap. 1. §, na-
turales ſi de feu, defuncti fue. & eorũ
quæ tradũt Brunus conſ. 15, num, 11,
Couarr. lib, 3, varia. cap, 6, num, 7. alios
referens. ¶ Quam quod vt iam ſum 11
marie

marie diximus quãuis filius legitime-
tur ad ſuccedendum in quibuſcunq;
bonis, non ex ea legitimatione quę bo
na maioratus non expreſsit ad eius ſuc
ceſsionem admittatur, cum à primo in
ſtitutore ea bona deferantur, & ipſius
poſſeſſoris maioratus non ſint, ſed per
petuæ reſtitutioni ſubijciantur atque
longe diuerſam naturam habeãt, quæ
reſolutio probatur ex Baldo. in. l, ge-
neraliter, §. cum autẽ de inſti. & ſubſti.
C, ſequuta ab Alciato conſil. 39. num.
1. Couarr. lib, 3. varia. capit. 6. num, 7.
verſic. ex eadem & ſic ſunt intelligen
da quæ eleganter tradit Molina lib. 3.
cap. 2, num, 3. vſque ad num, 9, quate-
nus filium legitimatum ad maioratum
non eſſe admittendum comprobauit.
12 ¶ Aut filius ſpecifice legitimatur ad
ſuccedendum in primogenio, & ſi ſta
rent filij legitimi eſt elegantis dubita-
tionis an ſit admittendus, & fore pro-
batur, ex eo quod ſtante ſtatuto quod
maſculus filiam vltimi poſſeſſoris ex-
cludat, legitimatus eam excluderet vt
reſoluunt. Alexand. conſi. 70. viſſa le-
gitimatione, nu, 9. lib, 2, & conſi. 2, nu,
33, lib. 1, Decius conſi. 52. &. 366. num,
4. Hipoli. ſingu. 303. incipit filiorum
appellatione in fin. Iaſſon. in, l. ſi is qui
pro emptore nu. 240. ff, de vſu capio.
& in. l. 1. num. 5. C. de bono poſſeſsio.
13 contratab. ¶ Sed contrariam ſen-
tentiam exiſtimamus veriorem cum
in præiuditium legitimorum, filius le-
gitimari non poſsit, vt legitimis ab eo
excluſis ad primogenium admittatur,
ex reſolutione Molinæ lib. 3, capit. 2.
num. 1. vſque ad num. 6. & ſic ſunt in-
telligẽdi infr. referendi dicentes legi
timatos à ſucceſsione maioratus eſſe
14 excludendos. ¶ Quod quidem adeo
procedit, vt ſi filius vere legitim⁹ poſt
legitimationem naſcatur legitimatũ
ab ea ſucceſsione maioratus omnino
excludat, ex Grego. & Licerier ſupra
relatis, quamuis legitimationem non
vitiari per natiuitatem filiorum legiti
morum tenuerint Bart. & Bald, in. l.
ex facto. num. 3. de vulga. Abb. in cap.
per venerabilem num. 30, qui filij ſint
legi. Decius conſ, 307. num. 13, &. 576.
num. 5. Tiraquel, in. l. ſi vnquam ver-
bo donatione largitus num. 229. quos
intelligo quo ad hunc effectum vt nõ
deſinat filius eſſe legitimatus: non vt
vere legitimum excludat, vel non pro
cedere ex. l, 12. Tauri vt aliqui ex no-
ſtratibus dixerunt. ¶ Qua quidem 15
ſententia retenta, non obſtat funda-
mentum de ſtatuto excludente fœmi
nas propter maſculos vt in maſculis
legitimatis verificetur cui reſponde-
tur aut verum non eſſe, vel dubitatiſsi
mum, ex relatis & ſequutis à Molina
lib. 3. cap. 2, num. 7. vel ſi verum ſit de-
bere intelligi quando conſtiterit inſti
tutorem agnationem voluiſſe conſer
uare, vt ſi fœminas propter maſculos
remotiores excluſſerit, vel aliter de ag
natione conſeruanda aparuerit, quia
cum eo caſu, fœmina pro non ſuper-
ſtite habeatur, & legitimatus agnatio
nem conſeruer: ex Alexan. conſi. 2. ex
viſsis codicilis num. 37. vol. 1. Barba.
conſi. 68. volu, 4. Tiberius Decianus
ſubtili equidem ingenio præditus cõ
ſil. 3. num. 87, lib. 1. & his non relatis
Molin. lib, 1. cap. 4. num. 44. merito ab
eo fœminæ excludendæ erunt.
¶ Quam quidem ſententiam prin- 16
cipalem limitabis, niſi princeps ex-
preſſe filium ita legitimauerit, vt
ſtantibus legitimis ſuccedat, quod
quidem, efficere poteſt in præiuditiũ
legitimę prolis, vt reſoluunt Alexan.
conſi. 287. &. 288, volum. 5, & dicit cõ
munem Iaſſ. in. §. & quid ſi tantum, nu.
96. vbi Acoſta. 2. part. nu. 132. Hipoli.
in. l. de vno quoque nu. 95. de reiudic.
& ma-



& magis in ſpecie reſoluit Molin. lib.
3, cap, 2, num. 9. vbi fatetur nunquam
vidiſſe ſimiles legitimationes in præiu
ditium legitimorum, ſi tamen aliquan
do fierent, ſequentia requiſita habere
17 conuenit. ¶ Primum quod in ea le-
gitimatione iuſta cauſa interueniat,
argu, text. in. l. ſi teſtamentum. C. de
teſtament. & per tex. in cap. per vene
rabilem, ibi *diuerſis cauſis inſpectis*, qui
filij ſint legitimi vbi Abba. numer, 4.
Præpoſit. num. 2. Alexand. conſi, 34.
volu. 2, Iaſſ. in. l. filius familias. §, diui.
num. 6. de lega. 1. Ancharr. conſi. 241.
num. 4. Ioann, Rojas de ſucceſſ. ab in-
teſta. cap, 23. num. 8. verſic, in qua legi
timatione, & his non relatis alios refe
rens Molin. lib. 1. cap. 8. num. 31. & in
ſpecie, d. cap, 2. num, 9, atque latius lib.
3. cap, 3. num. 20. cum alijs vbi iuſtam
atque ſimul publicam cauſam infor-
tioribus terminis neceſſariam fore exi
18 ſtimat. ¶ Secundo quod prædicta
iuſta cauſa probetur, & quod ad eius
probationem, citentur hij quorum in
tereſt, filij, ſeu cognati, quibus ex ea le
gitimatione præiuditium poſſet irro-
gari vt tradunt Decius conſi. 519, nu.
6, Ripa. in. l. quominus num. 8, de flu-
minibus Carol. Moline. in conſuet. Pa
riſienſ. tit, 1. §, 8. gloſſ. 1. num. 39. Por-
tius conſil, 106. num. 32. Couarr. lib, 3.
varia. cap, 6. num. 8. & his non relatis
Molina. lib. 1. cap, 8. numer. 32, &. 33.
19 ¶ Tertio quod citẽtur legitimi, qui
bus maximum fuit præiuditium, l. nã
ita diuus de adoptio, Bart. in authent.
præterea in princ. C. de natural. libe.
& in, §. & quid ſi tantum num. 14. Ale-
xand. in. l. ex facto num. 14, de vulga.
& conſil. 6. num. 37. volum. 2, Soccin.
conſi. 226, volu. 3. Decius conſi, 393.
num. 6. & conſi. 307. num. 4. Ruin. cõ-
ſil. 88, num. 14. lib. 3. & conſil. 161. nu.
26. vol. 2, atq; nullo ex his relato Mo-
lin, lib, 3. cap. 2. num. 9. & melius lib, 3.
cap. 3. num. 23. ¶ Imo non ſolum le 20
gitimi citandi ſunt, ſed cognati, con-
ſanguinei ſubſtituti, aut alij quorum in
terſit, & principaliter hij qui ſaltim in
ſpe. ius ſuccedendi habeãt cum ex ea
legitimatione præiuditium eis irroge
tur vt tradunt ſingula. Alexand. conſ.
67, vol. 1, Ancharra. conſil. 427, com-
munis ſecundum Decium, conſi. 445.
num. 10. & conſi. 85. in fin. & eam etiã
dicit communem Curtius iuni. conſi.
88. num. 10. Couarr. in. 4. 2, part, cap. 5.
§. 9. num, 8. & nullum ex his referens
Molin. lib, 3. cap, 3. num. 10. ¶ Quæ 21
quidem omnia atque alia quam pluri-
ma quæ facile poſſent adduci, neceſſa-
ria erunt in legitimatione quam Rex
alicui ad ſuccedendum in bonis ma-
ioratus conceſsit cum ex ea legitimis
filijs magnum præiuditium irogetur,
niſi princeps ipſe ex ſua propria atque
ſpontanea voluntate ad patris petitio
nem ex certa ſcientia, & de plenitudi-
ne poteſtatis legitimationẽ conceſſe-
rit, quia tunc abſq; iuſtæ cauſæ cogni-
tione, vel eorum quorum intereſt cita
tione, legitimatio valida erit, filiuſque
legitimatus ad primogenij ſucceſsio-
nem admittendus cum poſsit libere
princeps ius non dum in re quæſitum,
ſed in poſterum quærendum, abſque
cognitione cauſæ, & omni citatione
omiſſa tollere. etiam ſi in ſpe firmiter
iam quæſitum ſit iuxta tex. in cap. 1, §,
naturales ſi de feu. fue, con. & in termi
nis tenent Lucas de Pena in. l, pen. C.
de decurio libr. 10. per ea quæ notat
Bart. cõmuniter receptus in, l, Gallus
§. & quid ſi tantum deliber. & poſthu.
& in. l, generaliter §. cum autem. C. de
inſti. & ſubſti, & in. l. 1, C. de ſecun.
nupt. & in. l, 2. de natali. reſti, & reſol-
uunt. Decius conſi. 299. num. 8. & cõſ.
357, num. 5. & conſi. 390, col. 5, nu. 10,
& conſ-

& conſi.461.&.558.num.14.cum his
quæ tradit Bal. in.l,reſcripta. col. fin.
C.de præcibus impe.offe.Soccin. cõſ.
4.nu.20.& conſi.20.lib,3.Alber. Bru-
nus conſi.1.2.3,4.5.&.6.& conſi.115.
col.5.num.5.Bologni,conſi. 1. Iaſſon
conſi,107,volum.4. Gozadi. conſi,8.
num,41.&,conſil. 9. num.51, Soccin.
iuni. conſi.76.vol.1,nu. 132. & conſi,
120,num.32. vol.2. qui hanc dicit cõ-
munem Pariſ,conſil.2,lib, 1. num. 34,
&.41.& conſi.4,colum,penul,eodem
vol.& conſi.1,num.126.& conſi. 103.
volum,4.Ruin.conſil.160.numer.8.&
conſi.175,num.5,&,12,vol.4.& conſ.
95.num.1.&.9.volu. 1.& melius ipſe
Ruin.conſi.36,num,3,17.&,21. eod.
vol.& conſi,108.num,6,vol.2.Aimõ.
conſi.135.num.22,vol.1.Gratus Reſ-
ponſo.4.colum,penul.& conſ,9.num,
171.lib.1.& conſ.494,num,24,Alciat.
conſ.188. Rolanu,conſi.3. num. 114.
&.122.& his non relatis alios referẽs.
Molin,lib.1,cap,8, num, 28. & in ſpe-
cie,lib.3,cap. 2. num.8.&. 9,licet ipſe
Molin.aliter eam reſolutionem proſe
quatur, quam plurima de clauſulis ex
certa ſcientia ac de plenitudine pote-
ſtatis referens lib.3,cap.3.num. 11. vſ-
que ad numer.13.cum alijs.

22 ¶ Quæ quidem principis poteſtas
ex eo iuſtificatur,quod in eo iuſta cau
ſa ſemper præſumitur,& ſi nulla in le-
gitimatione expreſſa ſit, neque tunc
extitiſſe compertum fuerit ex gloſſa
Bart. & omnes in,l,relegati. ff. de pę-
nis.Cinus,Salicet, & Fulgoſus in pro-
hemio Digeſt,§.omne gloſſ,penul. in
l,Barbarius de offi,præto.Bald,in,l,1,
ff. de conſti.princ.Ancharr.conſ.288,
Felin.in cap,quę in eccleſiarum num.
60.vbi Decius num,27. de conſti. Ro
man.in.l.ſi vero §,de viro ſolu. matri.
& conſ,436 colum. 4, Alexand. conſ.
216. volum. 2, & conſ,206. volum.6.
Curti,ſeni.conſi,49,numer,30. Barba,
conſ,34,num,42.volum,2, Iaſſ, conſil,
144,colum.3,&.227,colum,11,&.236.
colum. 2,volum,2, Soccin, conſi,286,
vol,1,&.164,&,272,volum.2,& conſ,
4,colum,4,&,87.colum,10,&, 127. co
lum,7.volum,3,Decius conſ. 341, nu.
5.Ruinus conſ,41,&.43.&,91,&,153,
volum,1.&,47.volum.3.&.96.num.3
&.163,num.25,volum.5,Goza.conſi.
51.num.51,& conſi.4.in fin, & ſequẽ,
Soccin,iuni,conſi.60.num.5.vol.1,

¶ Et non ſolum preſumitur ſed ſuf- 23
ficit quod aliqua iuſta cauſa imaginari
poſsit in principe, ad hoc vt in geſtis,
ſeu conceſsis,expreſſa cẽſeatur eamq;
principaliter principem coegiſſe in-
telligatur ex Soccino conſi,266.num.
55.volum.2. Felin,in cap.quæ in eccle
ſiarum numer.71, de conſti, Alexand.
conſi.6,numer. fin,lib, 8. Ruin,conſil.
181.num,9,volum,1.

¶ Imo ipſa principis voluntas dici- 24
tur iuſta cauſa,neq; venit aliàs iuſtificã
da:ex gloſſa celebri verbo ex alia cau-
ſa in,l. relegati de pęnis gloſſ, verbo à
Romano Pontifice in cap. ſi gratioſe
de reſcrip.in.6.gloſſ, verbo ex quauis
cauſa in cap.ſi eo tempore de electio-
ne in,6,gloſſ,verbo à quocunq; in cap.
conſti,de religio,domi,& tradũt Ale-
xand,conſi.155.num,18,vol,6.&,223,
numer.7,eod,vol,Iaſſon in,l,ſi de flu-
mi.Decius.conſi.241, Alexan,94, nu,
5,volum,1, ¶ Et quamtum ad cita- 25
tionem ea ratione confirmatur, quia
princeps quando de plenitudine pote
ſtatis atque ex certa ſcientia extraiudi
tialiter procedẽs gratiam facit, vultq;
tertio præiudicare, illius citatio non
requiritur,quia illo inuito & ignoran-
te fieri poteſt ex Capitio deciſſ, 166.
num. 5. Roma.conſ.369, artic,217, du
bio. 5, per ea quæ notat Bal, in. l, nam
ita diuus,ff,de adoptio,Alex. conſ,87.
vol.2.Decius conſi.191.num.7.& tra
dit etiam Pariſius, conſi.1.num,31.&
conſi.22,num,83,& conſi. 106. vol.1.
& conſi.46.colum.penul.& fin.vol.3.

26 ¶ Plenitudo enim poteſtatis ex eo
dicitur,quod nulli neceſsitati ſubiecta
ſit, nullis que iuris regulis limitetur,
ex Baldo.in l.2,num.48.C.de ſeruit.&
aqua. Abb.in cap.ad hæc num.7.de re-
ſcript. Decius in cap.quæ in eccleſiarũ
num. 24. de conſti. Palatius in. l. 12.
27 Taur.num.5. ¶ Idem q; eſt de clau-
ſula ex certa ſcientia, quæ naturã clau
ſulæ de plenitudine poteſtatis habet.
gloſſ.& Abb.in.d.cap. ad hæc Bald.in
l.eos in princ,C.de appella. & Decius
conſi.271.num.8.ſingu.Portius.lib.1.
28 clau. clau. 1. per totam. ¶ Atque
clauſula ex certa ſcientia, idem quod
clauſula proprio motu operatur. gloſ.
verbo literarum in cap. ſtatutum.§.7.
de reſcript lib.6.Iaſſ.in.l. neque dam-
noſa.num.3.C.de præcibus. impe.of-
fer. Deci. conſi.137.num.2. ¶ Secun-
29 do etiam limita omnia ſupradicta,quã
do agitur de legitimatione ad ſuccedẽ
dum in bonis quorum ſucceſsio neq;
re,neq; ſpe,alicui delata eſt,quia tunc
nullius citatio eſt neceſſaria Bart.com
muniter recept[9] in.l. Gallus.§. & quid
ſi tantum num.14.de liber. & poſthu.
Alexand.conſi.188.num.16.vol.5. Ti
raquel.in.l. ſi vnquam verbo ſuſcepe-
rit liberos nu.53. C. de reuoca. dona.
dicit communem Decius conſil. 55.
num.2.&.4.& conſi.85.nu.8.& conſi.
338.nu.4.& conſi.367.nume. 7. Boe-
rius deciſſ.112.Pariſ.cõſi.1.nu. 5. vol.
2.& dicit communem Franciſcus Cur
tius ſenior.conſi.75. vol.1. Couarr.in
4.2.part.c.8.§.9.nu.8.Mencha. de ſuc-
ceſſ.creatio.lib.3.§.26.nu.104.atq; no-
uiſsimę Ioan.Rojas de ſucceſſ. ab in-
teſta.c.28.nu.55.vſq; ad nu.78.& Ioã.
Matienzo.in.l.10.tit.8.lib.5.nouæ re-
copila.gloſ.1.nu.16.&.19. ¶ Et non 30
ſolum citatio ſed neq; legitimationis
cauſa, ex Innocẽtio in,c. dudũ. 2, nu.
16.de electio.Bald.in.l.reſcripta nu.9.
C.de pręcib[9]. imper.offer.dicit cõmu
nem Curtius.d.conſ.75, nu.4. Abb.in
c.cum olim.nu.17.de re iudi.& in.c.in
notuit.nu.8.de electio.& in. c. diuer-
ſis nu.3.de cleri.coniuga,Felinus in.d.
c.audiẽtiã.2.nu.4. de reſcript. Alexan.
conſ.60.nu.34.vol.2,& conſ,46.vol.1

¶ Si vero ſpecifice filius ad ſuccedẽ- 31
dũ in bonis maioratus legitimetur, &
filij legitimi deficiant,tunc ſtat elegãs
dubitatio,an ſit admitendus ad primo
geniũ,in qua quidem dubitatione quę
frequẽtius in ſupremis ac inferioribus
verſatur tribunalibus,multi dixerũt le
gitimatũ fore excludendũ,ſequentiq;
conſanguineo proximiori aut vocato
viam ſucceſsionis aperiri, vt reſoluũt:
Alexand.in.d,§. & quid ſi tantum nu.
25.vbi Iaſſ.lectur.1.nume,32. Decius
conſ.85.num.8,Licerier de primoge-
nit.lib.1.q.13. Tiraq. de primogenitu
ra. q. 34. nu.48. Couarr. lib.1.varia.c.
6.nu.7.Molin. in conſuet. Pariſ.tit.1 §.
8.gloſſ.3.nu.46.&.47. Alex. conſi.44.
nu.5.vol.1.Anton.de Roſel.de legiti-
ma.Rub.de legitimationis effec.num.
24.& his non relatis.Molin.lib.3.cap.
3.num.3.vſque ad numer.9.

¶ Quod fere omnes ſupra dicti in 32
feudo probauerũt & Gregor. in.l. 4.
titul.15.partita 4 gloſſ. magna verſic.
nam legitimatus, & multi etiam per
Molin.libr.3.capit.3.numer 29.

¶ Sed contrariam omnino ſenten- 33
tiam exiſtimo veriorem, & filium ſpe
cifice legitimatum ad ſuccedendum
in bonis maioratus legitimis deficien
tibus, eſſe ad primogenium admitten-
dum, etiam agnatis ſeu cognatis qui-
bus ſpes ſuccedendi acquiſita fuit ſu-
perſtitib[9] credimus per gloſ.in.c.1 § na

turales ſi de feu, fue contro. inter do-
mi,& agna.Bald.in.l. eam quam num.
34.C de fideicommiſſ.Abb.in cap.tan
ta qui filij ſint legiti. Barba. in. l. cum
acutiſsimi num,272. C. de fideicom-
miſſ.Alexand,conſi.2,num.55. vol.2.
Deci.conſi. 279. num.10,Pariſ.conſi.
122.vol,7.Couarr.lib.3. variarũ. cap.
6.num.2.verſic.5.Iulius Clarus in feu
dum.quæſt.82.Molin.in conſuet. Pa-
riſienſ.tit.1,§.8.gloſſ.1.num.38.& ite-
rum Couarr.in.4.2. part. capit.8.§,20,
num.20. & alij quam plurimi per Mo
lin.lib.3,cap.3. nu. 26, quorum alij in
feudo,alij in maioratu loquuntur.
34 ¶ Et opinio ſupra dicentium non
admitti ad primogenium eſt intelligẽ
da,vel ſi non ſpecifice,ad ſuccedendũ
in bonis maioratus fuit legitimatus,
vel ſtantibus legitimis,etiam ſi ſpecifi
ce legitimaretur,vt late exſupradictis
conſtat cũ quibus reſtrictionibus cre-
do veriorem hanc opinionem,& eam
confirmo ex eo quod legitimatus fa-
cit deficere conditionẽ ſi ſine liberis,
ſubſtitutum q; excludit.Bald.in.l.cum
acutiſsimi.num.7.C. de fideicommiſ.
Salicet,in.l.generaliter. §.cum autem
C.de inſti.& ſubſti.Iaſſ,in,l,2.nu,243,
C. de iure emphit. & in. l. Gallus.§. &
quid ſi tantum nu,139.Alexand.conſ.
2.num,41.volu. 1. Decius conſi. 425.
num.8.& conſi.366.num.4. & conſil.
557.&.284.numer,9.Rubeus in,l, 12.
Taur,num.23.& Couarr.in.4.2. part.
cap.8,§.9.num.8.& his non relatis quã
plurimos referens Molin.lib.3. cap.3.
num.2. quod tamen intelligit Molin.
d.cap.3.ex nu.30.cum alijs. ¶Et ita
35 filius legitimatus admittitur ad retra-
ctum quod ex forma ſtatuti competit
agnatis Deci.cõſi.275.Aflictus in tra-
ctatu iuris prothomiſeos verſic. *item
quæro an conſanguineus* Moline, in con-
ſuet. Pariſ.tit.1. §, 8. gloſſ. 1.Grego.in
l.4.tit.15,parti.4. gloſſ.mag. verſic.*an
autem priuilegium* Couarr.in.4. 2,part.
cap.8.§.20.num. 3. quamuis Tiraquel.
teneat contrarium lib. 1. retract. §. 1.
gloſſ. 8. num. 12. contra quem verius
ſupra relati crediderũt cum legitima-
tus de agnatione dicatur vt ſupra lati⁹
dixim⁹. ¶Sic enim videmus quod le 36
gitimat⁹ ad ius patro. admittitur vt re
ſoluũt Bald. in.l.eam quã in. fi. C,de fi
deicommiſſ.& conſi,323.vol.1,& Ro
chus.de iure patro.verbo cõpetens ali
cui.nu.8.cum alijs. ¶ Et an procedat 37
in eis, l. ſi vnquã. C. de reuo.donatio.
Grego in.l.4.tit.15.part.4.d.gloſſ,mag
na verſic.nota etiã & Grego.in,l.2.tit.
15.part.2.gloſ.10.col.3.verſic. & quã
do in diſpoſitione, Tiraq.in.d.l. ſi vn-
quam verbo donatione largitus. num.
229.Rojas de ſucceſſ. ab inteſta. c. 23.
nu.99. ¶ Si vero legitimatio fiat,per 38
ſubſequens matrimonium, filius ſic le
gitimatus maior,aut nepos ab eo reli-
ctus,ſecũdo genito excluſo, ad primo
geniũ admitteretur ex vulgata regul.
cap.tanta, qui filij ſint legitimi de qua
in.l.1.tit.13.par. 4.& per omnes in,l.12
Taur.Dueñas regula. 350. filius natu-
ralis & in ſpecie per Molin.lib.13. c.1
ex nu 6.cum alijs. ¶ Quæ quidẽ vul-
gata regula etiã primogeniorum ſuc- 39
ceſſ.non procederet, quando filius na
turalis maior relicto filio viuo patre
ante legitimationẽ deceſſerit, quia cũ
tunc nepos legitimus ex eo filio natu
rali præmortuo perſonã patris qui nõ
ſuccedebat, repræſentet ad maioratũ
ex repreſentatione neq; trãſmiſsione
admittẽdus erit,ſed ea ſucceſsio quę p
momẽtũ vacare nõ poteſt, ad ſecũdo
genitũ vere legitimũ qui loco primo-
geniti habet,ſtatim deuoluit, tã quod
nepos ex filio naturali prædefuncto
nõ legitimat p ſubſequẽs matrimoniũ
quã quod in vere legiti, ſecũdo geni-
tum



tum ea ſucceſsio transferatur ita con-
ſtat ex his, quæ late diximus in gloſſ.
5,huius,l.prope finem & probãt Gre-
gor.in.l.1. titu.13.part.4.verbo, *ſe ca-
ſaſſe con ella*, prope fin. Tiraquel.de pri
mogenitura quæſt.40. num.115. An-
ton.Gomez in l,12.numer.6. Dueñas
Regula. 350. limita.2. Couarr.in. 4.2.
part.cap.8.§.2.num.12. ¶ Quam li-
40 mitationem intelligerem niſi maiora
tus eius conditionis foret vt filij natu-
rales in eo ſuccederent, quia tunc ne-
pos ex pręmortuo filio naturali non
dum legitimato, ſicut pater ſi viueret
ad primogenium admitteretur.
¶ Secundo limitatur prædicta regu-
41 la quando filius legitimatus & legiti-
mus, ambo ſunt eiuſdem matrimonij
quia tunc legitimatus maior admittẽ-
dus erit, ſi vero legitim⁹ minor ex pri-
mo, & legitimatus maior ex ſecundo
procedant, ſcribentes dubitauerunt.
Quis eorum alteri foret pręferendus
& legitimatum debere præferri pro-
bant Florianus & Felinus quos refe-
rens ſequitur Couarr.in.4,2.part.cap.
8.§.2.ex num.26. Mencha. de ſucceſſ.
crea. lib. 1. §. 2. num. 89 pro quibus
vrgenter facit authent.quibus.mo.na-
tu.efi. legi.§.ſi vero ſolum modo in fi.
ibi, *aut primitus natis*, quem ad hoc cõ-
mendat Angelus ibidem in. §. ſi quis
vero non habens,& facil. l. Diui Con-
ſtantini. C. de natu,liber. & cõmunis
ex Paul.in.l.Pomponius. §. quæſitum,
de acqui. hæred. quẽ ibi ſequitur Iaſſ.
Dueñas. d. regu.350. amplia.20.Go-
mez in.l.12.Tauri.num.6.&.Couarr.
d,cap.8.§.2, nu.15. vbi omnes probãt
quod filius legitimatus per ſubſequẽs
matrimonium primum, vel ſecundũ,
concurrit cũ alijs vere legitime natis
in ſucceſs.diuidua, & conſequenter fa
tentur,quod in indiuidua excluſis om
42 nibus ſit admittendus. ¶ Sed contra-
rium exiſtimamus longe verius,& re-
ceptius, cum ſubſequens legitimatio
ſpei firmæ legitimo quæſitę præiu-
ditium nõ poſsit irrogare,ſtatim enim
cum vere legitimus fuit natus, ſpẽ fir
mam ſuccedendi acquiſiuit quæ ſicut
per natiuitatem filiorum non reuoca-
tur neque per legitimationẽ alicuius
tollitur, hæc eſt reſolutio Greg.in.l.1,
tit.13.part.4.verbo *ſe caſaſſe con ella*,&
plures per Gomez.in.d.l.12.num.63.
64,Ioann,à, Mieres in tracta. maiora.
2,part. quæſt. 1. per totã Ioann, Rojas,
de ſucceſſ.ab inteſta.cap.11,num. 16.
& melius examinat.Molin. lib 3. cap.
5.num.7.& nouiſsime Ioann,Matien-
ço in,l,10 titul,8. lib. 5.nouæ recopil.
gloſſ,3.num,12.cum pręce.& ſequen.
¶Quid in filio naturali,& ſi legiti- 43
mus inuitatur aperte excluditur, ſi ve-
ro ſimpliciter vocantur filij aliqui na-
turalẽ admiſſerunt, ex eo quod eficiat
deficere conditionem ſi ſine liberis &
ſubſtitutum excludat, aliqui & verius
eum a maioratus ſuccęſsione excluſe
runt,ex eo quod vbicunq; de commo
do ſeu honore filiorũ agitur naturalis
non cõprehẽditur, qua ratione id pro
barunt Grego,in,l.2.tit.15.part.2. ver
bo, *ſino el hijo mayor*, colum,2,verbo &
quod in iſta.Ioann, Licerier de primo
genit.lib,1,q.5. nu,2, Molin,lib.3.c,3
nu,45.& ex.nu.41. ¶Quod ex eo fir
matur quia neq; de familia agnatione 44
domo,ſeu cognatione, naturalis dici-
tur cum huiuſmodi nomina iuris tan-
tum ſint,& nõ naturæ vt reſoluit ipſe
Molina lib.1,c.4.nu.46,vbi nu.47. ad-
uertit quod filij naturales arma patris
portare nequeunt, ¶ Quod limitat 45
Grego.in matre niſi ſit indignitate cõ
ſtituta aprobans diſtinctionẽ Molinæ
lib.3.cap.3.nu.43.cum alijs in.l.2.ver-
bo *la hija mayor* ad fi.tit.15.par.2,quod
verũ non crederẽ in ſucceſs.maiorat⁹.

¶De filio ſpurio vide Grego.in,l.2, tit,15.part,2.gloſ.10. col,2,verſ.*ſed pone quod* con ſanguineus & verſic. *quid autem* cumſequent Molina libr. 1. cap.13.num.16.cum alijs & cap.4. nũ. 45.& lib.2.cap.4.num.8.&.9.

*SVMMARIVM.*

*Ordo verus ſucceſsionis maioratus refertur num.*1.

## Ad.l.40.gloſſa.12.

IBi, *por ſu orden* decedente primogenito in vita patris nepos & nepote mortuo pro nepos, atque ſic deinceps cæteri filij primogeniti, & eius deſcẽdentes, in infinitum ſucceſsiue vnus poſt alium de primogenito in primo genitum linea recta primogeniorum, ita quod finita primogeniti linea, ad ſecundi geniti lineam fiat trãnſitus, & ex linea ſecundi geniti ad lineam tertij geniti, quid eſt verus & pręciſſus ordo ſucceſsionis maioratus, vt bene reſoluit Molina lib.3.cap. 6. num.30. cum alijs.

*SVMMARIVM.*

*Repreſentatio iu ſucceſsione in diuidua quando effectum excluſiuum operetur & inde intellectus ad. l. numer.* 1. *vſque ad fin. gloſſæ.*

## Ad.l.40. glaſſa.13.

IBi, *prefieran*, ergo ius repreſentationis, in ſucceſsione indiuidua non ſolum concurſum ſed etiam excluſionẽ à toto operatur, vt ſummarie dixim⁹ in gloſſ. 2. huius. l. in amplatione ad ſucceſsionem fideicommiſsi ad inſtar maioratus reducti. quod de iure communi dubitatiſsimum erat: quia leges nepotes in locum parentum ſubrogãtes non quemlibet ex eis parentis perſonam repreſentare, ſed omnes ſimul & totam familiam decreuerunt, vt per inde ſuccederent atque tantum omnes haberent, quantum pater eorum ſi viueret foret habiturus, vt ex §. cum filius, inſti. de hæredi. quæ ab inteſt. cum vulga deducitur, & notanter aduertunt. Alex. conſil. 21. num.2. cum alijs lib. 1. Capit. deciſſ. 21. nu. 6.

¶Et ita in ſucceſſ. in diuidua in 1
qua vnus tantum eſt admittendus, dari non poſſe repreſentationem cum inde excluſio cęterorum reſultet, ingenioſe licet ſummarie reſoluunt Ioann. de Imola. in cap. grandi de ſuplen. negligen. lib. 6. vbi Domini. de ſancto Geminia. in fin. Cuiatius. vir conſummatiſsimus lib. 2. feudo. titul. 11. ad medi. Othoma. quęſtio. illuſtriũ quæſt.3. Maria. Soccin. conſi. 20. num. 16. volum. 2.

¶Aduerſus quam re- 2
ceptam ſentẽtiam plurimi ſummæ authoritatis viri crediderunt huiuſmodi iús repreſentationis etiam vim excluſionis habere & in ſucceſsione indiuidua à toto admittendus remotiorem excludere vt conſulendo tenuerunt, Bald. conſilio, 101. lib. 4. Areti. conſi. 164. Soccin. conſil. 252. & nouiſsime Tiberius Decianus reſponſo, 7. num. 87. libr. 1. Tiraquel. de primogenit. quæſt. 4. num. 24. vſque ad numer. 26. & num. 102. vſque ad numer. 104. & clarius ex eo quod ſucceſsio indiuidua repreſentationem admittens in diuidua effecta non eſt cur repreſentationis naturam admittat: qua ſententia quamuis verior eſſet tamen vt omnino difficultas ceſſaret ingenioſe. l. iſta per verbum *prefieran*, ius exexcludendi repreſentationi tribuit, quæ fuit vera ratio decidendi eiuſdẽ verbi.



SVMMARIVM.

REpreſentatio quando locum habeat in ſucceſsione tranſuerſalium, num. 1. et per totam gloſſ.*

*Ex l. duodecim tabularum, et de iure Digeſtorum et Codicis, in ſucceſs. tranſuerſalium, non erat locus repreſentationi, numer.* 1.

*A nouiſsimo iure Authẽticorum, et de iure partitarum repreſentatio inducta fuit inter fratres et filios fratruum, nu.* 2. *et.* 3. *vſque ad.* 7.

*Repreſentationi an locus ſit latiſsime et eleganter diſcutitur, numer.* 8. *vſque ad numer.* 19.

*Dictio tunc reſtringit diſpoſitionem ad caſum in ea formaliter expreſſum, numer.* 10.

*Lex antiquiſsima Gothorum qui Franciam et Hiſpaniam poſſederunt refertur. numer.* 13.

*Lex condita Spiræ ab Hiſpaniæ regibus refertur. num.* 14.

*Lex Portugaliæ refertur et intelligitur. numer.* 15.

*Intellectus ad auth. poſt fratres.* 2. C. *de legitimis hæred. num.* 16.

*Intellectus ad authen. de hæred. ab inteſt. venient. §. huiuſmodi priuilegium numer.* 18.

*Acurſij authoritas minuitur, num.* 19.

*Poſterior opinio maturiori conſilio ſequta videtur. num.* 19.

*Repreſentatio in ſucceſsione maioratus an inter tranſuerſales primi gradus admittatur num.* 20. 21. *et.* 22.

*Repreſentatio an ſit admittenda in ſucceſsione maioratus inter tranſuerſales quantumcunque remotiores, num.* 23. *vſque ad fin. gloſſæ.*

*Extenſio legis cum qualitatibus regulæ eſt intelligenda, num.* 24. *ad fin.*

*Lex quantumcunque generalis a iure communi declarationem accipit, num.* 26.

*Interpretatio ſummenda eſt per quam euitetur legum correctio, num.* 26. *ad finem.*

*Correctio legis inducenda non eſt per dubitatos intellectus, num.* 26. *ad fin.*

*Legem magis dicendam eſſe ſuperfluam quam correctoriam, numer.* 26. *ad finem.*

## Gloſſa. 14. ad. l. 40.

IBi, *pero aun en la ſucceſsion del maiorazgo a los tranſuerſales*, hæc eſt principa- 1
lis conſtitutio noſtræ legis, quę difficilis admodũ exteris & noſtratibus ſcribentibus videtur, dum in ſucceſsione maioratus ad tranſuerſales extẽdit repreſentationẽ. dubitãtes an ad omnes quantũcunq; remotiores ea repreſentatio extendatur, vel ſolũ inter fratres & filios fratruũ detur, & vt ab origine repetamus hanc elegantem dubitationẽ, à nullo quẽ ego legerim bene diſcuſſam & intellectam ſcrire prius debemus, quo nam iure & ordine inducta fuerit repreſentatio, & ad quos cognationũ gradus imperatores eam extenderent & in primis aduertendũ eſt quod lege duodecim tabul. conſtitutum fuit in ſucceſsione aui ab inteſtato decedẽtis nepotes in locum patris ſuccedere & ipſius parentis gradũ repreſentare cuius. l. verba ſunt *in teſtatorum hæreditates primo ſuorum hæredum vellint nollint ſunto*, quam explicuit Balduinus in 2. part. ipſarum legum capit. 27. &, 28. & eam ius honorariũ obſeruauit, teſte Diocletiano Imperatore in. l. vt in teſtato, C. de ſuis & legitimis hæred. & probatur in. l. ſi defunctus eodem titul. & in, l. 1. §. ſi filius ſuus &. §. ſed ſi quis. ff. de ſuis & legit. hæredi. §. ſi plures. §. cum filius §. item vetuſtas inſtitutis. de hæredi. que ab inteſt.

3 ¶Quæ repreſentatio eo tãtum caſſu
ſcilicet in ſucceſsione aſcendentium
admiſſa fuit.in ſucceſsione vero tranſ-
uerſalium, eadem leg. duodecim Ta-
bul agnatus proximus familiã habe-
re iuſus eſt, hijs verbis, *hijs deficien-
tibus agnatus proximus familiam habeto,*
de quo Vlpianus tit. 26. quẽ multi re-
feruut & emendatius Rebardus libr.
5. variarum capitul. 1. Valduinus ad
ipſam.l. capitul.28. atque eadem ſen-
tentia comprehenſa eſt in.l. 1.§. gra-
datim. ff. vnde cognati. quod ſi plu-
res eſſent in eodem gradu omnes in
capita admittebantur, excluſa repre-
ſentatione neque filius fratris mortui
cum fratre ſuperſtite patruo ſuo con-
iungebatur, ſed patruus ſupertes tan-
tum ad alterius præmortui bona ex-
cluſis conſobrinis admittebatur. l. 2.
hæreditas.ff. de ſuis & legit. hæredib.
§. ſi plures de legit. agnat. ſucceſsio-
ne.l.3. C. de legit. hæredib.

¶ Qui quidem ordo ſuccedendi
4 à nouiſſimo iure authenticorum iu-
ſte poſtea immutatum fuit & in ſuc-
ceſsione tranſuerſalium inter fratres,
& filios fratruum, repreſentationem
admitti conſtat ex authen. poſt fra-
tres. 1. &. 2. C. de legitim. hæred. au-
then. vt fratruum filij in principio au-
then. de hæredibus ab in teſt. venien-
tibus. § ſi igitur defunctus.

Quæ mutatio à iure partitarum con
5 firmatur in.l.6. titu. 13. part.6. & à Tau
rina conſtitutione. 8. id ipſum deciſ-
6 ſum extat. ¶ Quod in feudorum
ſucceſsione procedit, quia ſicut inter
deſcendentes vltimi poſſeſſoris da-
tur repreſentatio vt in capit. 1. in prin
cip. de ſucceſsione feudi ita inter-
tranſuerſales primi gradus capitul. 1.
§. *hijs vero defficientibus vocantur fratres
cum fratruum præmotuorum filijs* de ſuc-
ceſsione fratruũ. gloſſ. in capit. 1. ver
bo ſolus de natura ſucceſsione feud.

¶Atque etiam in ſucceſsionibus fi- 7
deicommiſſarijs ex hominis proui-
dentia, ſeu ordinatione, prouenienti-
bus, l, peto, §, fratres, ibi *vt proximus
quiſque primo loco videatur inuitatus,* l.
cum ita. §. in fideicommiſſo, ibi *et qui
ex hijs proximo gradu procreati ſunt*, l. cum
pater. §. penul. delegat. 2. l. hæredes
mei, §. fin, ad Trebel. l. fin, C. de verbo
borũ ſignificatione & diximus bene
in gloſſ. 2, in ampliatione hui⁹.l, ad fi-
deicommiſſa. ¶Ex quibus iuribus, &
ſcribentium receptis ſententijs, regu- 8
la generalis conſtituitur, qua repreſen
tatio in ſucceſsione trãſuerſaliũ vltra
fratres & filios fratrum non extendi-
tur, quam probauerunt in ſucceſsione
legali vel fideicommiſſaria. Cuman.
in.d.§. in fidei commiſſo, num. 4. Rui-
nus conſi, 169, nume, 7. lib, 2, & conſi.
128. num, 9. lib. 3. Curtius iunio. conſi.
154. num. 7. Decius conſi. 217. num. 2.
Marianus Soccin. conſi. 149. nu. 6. vol.
2. Pariſienſ conſi. 36. num. 2. vol, 2. Go
cadinus conſi. 4. num. 3. Portius conſi.
8. num. 7. & hijs non relatis Tiraq, de
primogenit. quæſt. 41. num. 4. Abbas
cõſil. 70, nu, 12, Rubeus conſi. 86. De-
cius conſil. 1. &. 87. 299. 484. 553. 927.
217. num. 2. Alexan. conſi, 4. num. 11.
lib, 4. Beroius conſi. 71. num, 38. vol. 1.
Antonius Butrio conſil. 47. Portius
conſil, 52. num, 5. &. 111. numer. 5. Ce-
pha, conſi, 262. num. 12. Tiraquel. de
primogen. quæſt. 40. num. 167. Martia
rius de fideicommiſs. quæſt. 18, num,
23. Aluan. conſil. 60. numer. 10. Tibe-
rius Decianus conſil. 55, numer. 19.
volum. 3. ¶ Poſt quam receptiſsi-
mam regulam anceps dubitatio fuit, 9
an quando concurrerent inter ſe cõſo
brini, repreſentarent vel in capita ſuc
cederent, cuius celebris dubitationis
reſolutio non bene à noſtratibus inter
preti



pretibus deducitur, vnde ab origine
eam diſcutiemus & licet aliquibus fun
damentis quibus infra reſpondebitur
hoc priuilegium repreſentationis cõ
ſobrinis interſe concurrentibus cõce
ſſiſſenr, Acurſius in auth. ceſſante, C.
de legitim. hæredib. verbo in ſtirpem.
& in.l. 1. §. fin. verbo vindicationem
ff, ſi pars hæreditatis petatur & in ver
bo fratres fuerint, in authent. de hæ-
redibus ab inteſt. venient. §. ſi autem
defunctus & gloſſa fin. in.l. lege duo-
decim tabularum. C. de legitim. hæ-
red. & poſt Acurſ. Bart. in dict. auth.
ceſſante, & in.l poſt conſanguineos,
ff. de ſuis & legitimis hæredib. & con-
ſil. 173, ſuper hæreditate Ioannis Fa-
uer in. §. cæterum numer. 1. de legiti.
agnatorum ſucceſsione Iſernia Bald.
Laudens, Cardinal. Alexand, in cap, 1.
de ſucceſsione fratrum ſiue de gradi-
bus ſucceſs. Speculator in titulo de ſuc
ceſs. ab inteſt. §. verſic. nun de colatera
libus. num, 13. Alexan. conſi. 55. num.
4. lib. 4. Aretin. conſi. 164. colu, 5. Cor-
neus, conſil. 48. ad fin. libr. 1. Guid, pp.
deciſsione Delſinatus. 134. dicens re-
ceptionem Decius in.l. nepotibus nu.
1, C, de legitimis hæredi. dicens com
munem, Ruinus conſil. 8. ad fin. lib. 1.
Benedict. capit. Rainuntius verbo &
vxorem. nume. 631, Bertrand. in.l. hac
ædictali num. 4, de ſecund, nupt. vbi di
cit hanc communem & conſi. 97. lib,
1, Bocrius conſil, 1, Caſſaneus conſil.
47. colum. 7. & plurimos referens ean
dem receptiorem dicens exemplis
comprobat Tiraquel. de retractu tit.
1, §, 11. gloſſ. final. numer. 5. &, 6. & ex
noſtratibus Gomez in.l. 8. Tauri, nu.
9 13. &. 14. ¶Eſt longe receptius & ve
rius inter eos conſobrinos non dari re
preſentationem, neque extendi in
ſucceſsione tranſuerſalium, vltra prio
ris gradus conſanguineos, nempe fra-
tres, & filios fratrum, quod euidenter
conſtat ex eo quia quando conſobri-
ni interſe concurrunt, ad patrui deſ-
cendentis ab in teſtato hæreditatem,
in pari & æquali grudu ſunt reſpectu
eius, & ideo æqualiter debent admi-
cti. §. ſi plures inſtituta, de legit. ag-
natio. ſucceſsione neque dari poteſt
eo caſu ratio differentiæ inter con ſo
brinos & vlteriores tranſuerſales, imo
ceſſat quæ inducit inter fratres & fi-
lios fratrum artificioſam repreſenta-
tionem, quia quando con ſobrini cum
patruo volunt concurrere, ſi non re-
preſentarent non ſuccederent. imo
ab altero patruo excluderentur, tan-
quam à proximiori con ſanguineo, ſi-
cut antiquitus excludebantur, vnde
ne forent excluſi crudeliter eam fictio
nem repreſentationis lex inducit, qua
gradum parentis repreſentarent abſ-
que vlla gradus corruptione, & quaſi
fratres deffuncti fierent, atque con-
ſequenter in ſtirpem ſuccederent, quã
do vero inter ſe concurrunt non eſt
neceſſaria repreſentatio vt patruo ſuc
cedere valeant, cum æqualem reſpe-
ctu eius habeant cognationem, ne-
que vllus eorum alterum excludat.
Vnde ęqualiter ſuccederent abſque re
preſentationis prętogatiua, qua ratio-
ne hanc ſententiam exiſtimo verio-
rem, & eam probat tex. in. l. ſi liber-
tus præterito in fin. ff. de bonis libert.
ibi, *ſi alter ex duobus patronis alter vnum
filium alter duos reliquerit dixi viriles in-
ter eos partes fieri*, & alter tex. in auth.
de hæredibus ab inteſt. venient. §, ſi
igitur colum. 9. ibi *ſed et ipſis fratrum
filijs tunc hoc priuilegium concedimus quan
do cum proprijs vocantur theiois*, ergo nõ
idem eſſet dicẽdum ſi cum theiois nõ
vocarentur, ſed inter ſe ſuccedere vel
lent, ¶ Ex dictione illa tunc, quæ 10
reſtringit diſpoſitionem ad caſſum

in ea formaliter expreſſum, ex Bald.
conſi. 57. num. 2. lib. 2. Decius conſil.
315. num. 4. etiam ſi in alio ratio mili-
taret, cum ſimus in materia correcto-
ria: ex Bald. in authen, quas actiones
num. 4. C. de ſacro ſant. vbi Iaſſon nu.
22. Pariſienſ. conſi. 47. num, 90. & 93.
11 lib. 3. ¶ Iterum etiam probatur ea
opinio ex. d. auth, de hæred. ab inteſt.
venient. dum repreſentationem nun-
cupat priuilegium, non enim eſſet pri
uilegium quando conſobrini inter ſe
concurrerent cum æquali gradu fo-
rent, & iterum ex eod. tex, ibi *quando
quidem fratris et ſororis filijs tale priuile-
gium dedimus vt in propriorum parentum
ſuccederent locum, ſolo in tertio gradu con-
ſtituti, cum alijs qui in ſecundo gradu ſunt
ad hæreditatem vocentur*, quæ verba rem
hanc efficiunt notoriam quibus ſatis
conducit text. in auth. vt fratrum filij
collatione. 9. in princip. ¶Et recepta
12 ſentẽtia dicentiũ nunquam dari repre
ſentationem niſi in caſibus à iure ex-
preſsis, quam conſtituit Matarella in
l. fin. C. de iuriſd. omni. iudi. Decius
conſil. 1. num. 5. Guilel. in cap. Rainun
cius verbo & vxorem num. 64. Alua-
rus Vaez, de iure emphit. quæſt, 50.
num. 6. ¶Iterum etiam ea ſententia
13 probatur ex. l. antiquiſsima Gothorũ
qui Franciam & Hiſpaniam poſſede-
runt, quorum leges ex iure communi
ad æmulationem Iuſtiniani translatas
eſſe, & ideo duodecim illos libros
quos Forum iudicum appellamus con
ſcriptos fuiſſe, aduertit Cujatius lib,
2. fæudorum titul. 11. referens ibi ver
ba eius. l. Gothorum quæ eſt. l, 8. lib.
4. tit. 2, in hunc modum, *qui moritur ſi
fratres et ſorores non reliquerit ſi ex vno
fratre ſit vnus filius et alio ex fratre vel ſo-
rore forſitam plures omnem defuncti perci-
piant hæreditatem, et æqualiter per capita
diuidant portionem*, quam Gothorum
antiquiſsimam, l, moribus Hiſpaniæ re
ceptam fuiſſe docet. l, 13. titul. 3, lib, 3,
fori. & idem confirmaſſe conſtat do-
ctiſsimos viros, qui ex iure commu-
ni leges partitarum deduxerunt, dum
in, l. 5. titul. 13. part. 6, id clariſsime de-
creuerunt. ¶Secutaque fuit eam ſen 14
tentiam quædam. l. condita Spiræ re-
lata à Zaſio in epith feud. 8. part. num.
20, & à Tiraque. de vtroq; retractu tit.
1, §. 11. gloſſ. 12. num, 4. quam plurimis
que alijs conſuetudinibus, atque legi-
bus municipalibus mundi idem obſer
uatum fuiſſe & hanc eſſe veriſsimam
ſententiam ſæpiſsime que rerum iudi
catarum authoritate comprobatam
conſtat, tan ex grecis interpretibus, vt
aduertit Viglius in, §, tam autem in
ſtituta de in offitioſſo teſtamento
quam ex latinis exteris & noſtratibus
vt ſecure tenet Azo quem primũ hui⁹
opinionis authorem reliqui dixerũt
in ſumma. C. de legitim, hæredibus co
lum, 2, §. item iure nouiſsimo verſic. il-
lud dubitari poteſt, & Alter Azo, diſ-
cipulus Rofredi in titulo de bonorũ
poſſeſsione vnde cognati. §, fin, verſi.
vltimo queritur, Hoſtiẽ. in ſumma de
ſucceſſ. ab inteſt. §. viſſo, colu. penul.
verſic. quid ſi fratrum filij Oldrald. Al
bericus colum. 1, Bald. num. 2., Salicet,
3. &. 4. in auth, ceſſante. C. de legiti.
hæred. Bald. in. l. 1. §fi. n. ff. ſi pars hære
ditatis petatur, & referendo vulgarũ
& Rainerium, ipſe Bald. in capit. 1. nu.
4. de ſucceſsione feud. & conſil. 452,
ſtatuto col, 2. verſic. ex tertio num. 4.
lib. 1. Salicet. in auth. poſt fratres, 2. &
in. l. in lege in fin. C. de legitim. hæ-
red. & hanc ſententiam eleganter de
fendit Fortunius Garcia. in. l. Gallus. §.
idem credendum num. 47. deliber. &
poſthu. Capra. conſil. 21. nu. 13. & con
ſil, 104, num. 5. Rolandus de ſucceſsi.
ab in teſt. colum. 6. num, 15. Anton, de
Roſel



Roſellus in eodem tractatu. nu. 111.
Ioannis Ficardus libr. 6. communium
opinionum verſic. fratrum filij, Cor-
raſius in. l. hæreſ num. 12. C de impu-
ber. Otomanus in. §. cum filius verſic.
item ſi duobus inſtituta de hæredit.
quæ ab inteſtat. elegantiſsime Zaſsius
in ſuis intellectibus ſingularibus lib. 1,
reſponſ. cap. 7, num, 2. & conſil. 4. vol.
1. & in epith. feud. 8, part. concluſione
6. nu. 20. Eguinarius, Baro, & Balduin.
in. §. hoc autẽ inſtituta de legitima ag
natorum ſucceſsione & ipſe Balduin.
ad. ll. duodecim tab. l. 27, &. 28. & in
d, §. cum filius Loriotus in. l. 1. de gradi
bus axiomate. 34. incipit filij duorum
Cujatius vir ętatis noſtræ doctiſsi, lib.
2. de feud. tit. de gradibus ſucceſsi. pa-
gina. 97. & in nobella. 118. pagina, fin.
in princ. Guilel. de feud. lib, 2. ca. 6. Re
bufus in prohemio conſt. regal. gloſſ.
5. num. 81. Belaſcus de iure emphit.
quæſt. 50. num. 3. Licerier de primoge
nitura lib. 2, quæſt. 4. artic, 7. num. 14. &
17. & ex noſtratibus Couarr. de ſuc-
ceſsione ab in teſt. num. 8. Menchaca
de ſucceſsion. reſolutione, lib. 2. §. 13,
num. 13. Molin. lib, 3, capit. 7, num. 22.
Omnes ſecure tenentes hanc eſſe ve-
ram ſententiam quæ in Hiſpania cla-
rius probatur in, l. 8. Tauri dum dicit
*los ſobrinos ſuccedan con los tios a ſus tios
in ſtirpem ino in capita*, cuius hæc fuit ori
ginaria ratio dubitandi & decidendi.
15 Conſtat etiam ex ordinationibus
regni Portugaliæ lib. 4. titul. 65. §. 3. ibi
*mandamos quo aditos ouneros concurrano,
mſocedon dotia morto como otio viuos*; vbi
repreſentatio tantum datur inter fra-
tres, & filios fratrum, quibus omnibus
hæc verior & receptior ſententia ap-
16 paret. ¶Qua ſecure retenta nõ ob-
ſtant fundamenta quæ in contrarium
poſſunt adduci & primo authẽtic, poſt
fratres. 2. C. de legit. hæred. ſũpta ab
auth, de hæred. ab inteſt. venient ver-
ſic, *ſi vero neque fratres*, dum vltra fra-
tres & filios fratrum excludunt repre
ſentationem & ita videntur eam ad-
mittere inter ipſos fratres, & conſo-
brinos, etiam quando interſe concur-
runt, quia facile reſpondetur non be-
ne deduci ex eo argumento à contra-
rio ſenſu prædictam conſequentiam,
cum reſultet legum antiquarum cor-
rectio gloſſ, 1. capit. vnico de ætate &
qualit, lib. 6. Iaſſ. in, l. 1, num, 37, de of-
ficio, eius cui mand. eſt iuriſd. maxi-
me quia Iuſtinianus in. d. auth. non ex-
profeſſo agit an filij fratrum in capita
vel in ſtirpem ſuccedant ſed principa-
liter conſtituit regulam, qua vlterio-
res tranſuerſales excludit, imo ſi recte
conſideretur tex. ille probat contra-
rium dum dicit *ſi neque fratres neque fi-
lios fratrum (ſicut diximus) defunctus reli
querit cognati deinceps ſec. gradus preroga
tiuam admittantur*, in quibus verbis re-
fert ſe Iuſtinianus ad antea dicta antea
vero vnicum tantum caſſum poſſuit,
nempe quando filij fratrum ſuccede-
rent cum patruis ergo, ex ead. l. pro-
batur extra illum caſſum ſeruari
vnius cuiuſque gradus prerogatiuam
quod apertius ſentit infra dum dicit
*ſi autem plurimi eiuſdem gradus inuenian-
tur in capita ſuccedunt*, quæ rem notam
efficiunt. ¶Secundo minus ob- 17
ſtat auth. ceſante. C. de legitimis hæ-
red. dum dicit *vocantur primo fratres fra
tumque præmortuorum filij in ſtirpem*, quia
copulatiue ſunt ea verba intelligenda
ſcilicet quando concurrunt conſobri
ni cum ſuperſtitibus patruis vt ex ipſis
patet, ¶ Tertio parum vrget auth. 18
de hæred. ab inteſt. veniẽt. §. huiuſmo-
di priuilegium iuncto verſic, ſed & ip
ſis, vbi Iuſtinianus cõſtituit, quod hoc
priuilegiũ repreſentationis compete
ret filijs fratrum & confeſtin ſubdit,

 idem

idem priuilegium cōpetere ipſis, quādo cum patruis concurrerent, atque ſic duos caſus præſuponit primū quādo con ſobrini cum patruis ad alterius patrui bona admitti volunt, ſecūdum quando inter ſe de ſuccedēdo patruo agerent, quia facile reſpondetur, non bene induci ad probādum dari repreſentationem inter ſolos conſobrinos, quia verba *huiuſmodi priuilegij* nō poſſunt accipi vt idem priuilegium conceſſerit tranſuerſalibus, quod antea Iuſtinianus conceſſerat deſcendentibus vt inde ſolis con ſobrinis concurrentibus reſpectu patrui detur repreſentatio ſicut ne potibus reſpectuaui, ſed dicit Iuſtinianus, *huiuſmodi priuilegium*, ſcilicet concurſus de quo ipſe in tota eius conſtitutione antea egerat conſtituens vt id priuilegium concurſus, daretur inter conſobrinos, & patruos, quādo de ſuccedendo patruo agerēt.

18 ¶Neque etiam obſtabit authoritas Acurſij quia ipſe tenuit contrariū in l.2.§.hæreditas verbo inter fratres. ff. de ſuis & legiti. & quod magis eſt in §. hoc etiam verbo ſuperſtitis verſic. veldic. inſtitutis de legitima agnatorū ſucceſs. & in. §. fin. gloſſ. fin. inſtituta de hæredit, quæ ab inteſt, qui cum poſtremo loco hanc ſententiam tenuerit, eam ſecutum fuiſſe dixit Bald. cōſil. 272. num. 1. ad fin, lib. 2, & maturiori conſilio id conſideraſſe credendum eſt ex Curtio ſeniori conſi. 45, ſtatuto col. 7 & aduertit Tiraquel, de retractu §. 11. gloſſ. 12. num. 3. ex quibus apertiſsime conſtat hanc eſſe longe veriorem ſententiam & repreſentationem nunquam extendi vltra fratres, & filios fratrū, neque etiam dari inter cōſobrinos, quando concurrunt inter ſe.

19 ¶ Hæc tamen veriſsima reſolutio quod repreſentatio admittatur in ſucceſsione tranſuerſalium inter fratres & filios fratrum fuit elegantis dubitationis an ſicut inter deſcendentes admittebatur quātumcunq; ſucceſsio eſſet in diuidua, vt diximus bene in gloſſ. 2. in principio ita & inter primi gradus tranſuerſales admitteretur, & in eis daretur primogenitura, quæ proprie cadit & repreſentatur in deſcendētibus, Cui notandæ dubitationi plures ſecure reſponderunt non eſſe inter eos tranſuerſales admittendam repreſentationem cum frater non generet fratrem, neque ſecundus poſsit dici primogenitus, ſufficere exiſtimantes quod in ea ſucceſsione indiuidua concederetur repreſentatio contra receptam ſententiam de qua ſupra meminimus, abſque eo quod ad tranſuerſales ea ſubrogatio primogenituræ extendatur, tot priuilegia ſimul repreſentationi denegantes, quibus & alijs fundamentis non dari primogenituram inter tranſuerſales etiā primi gradus per repreſentationem probauerunt Butrius conſi. 47. nu. 3, Ancharr. conſi. 339. colum. 5, Iſernia in cap. 1. num. 4. verſic. & hoc verū de ſucceſſione fratrum Ioann, Licerier de primogen. lib. 2. quæſt. 4. artic. 6, Guil. de Monſerrate, de ſucceſsione regni dubio. 4. num. 14. Pariſsius conſil. 72. nu. 111. lib. 4. Aflictus, in cap. 1. §. omnes filij nu. 6. ſi de feud, fuerit controuer. Molineus in conſuet. Pariſienſ. tit. 1. §. 3. gloſſ. 1. nu. 8, Roland, conſi. 39. nu. 49. 50. & 51. lib. 4.

20 ¶ Contrariam tamen ſententiā ex Aretino conſi. 162. num. 7. & Soccino eius diſcipulo conſil. 252, num. 15. lib, 2. atque Tiraquel. de primog, quæſt. 41. & Guid. Pape deciſio. 1. numer. 30, deduxit Couarr. in pract, cap. 38, num. 9. verſic, ſexto regia lex, cuius opinio quamuis verior erat, tamen quia omnes ab eo relati nō eam bene probauerunt duriſsima videbatur, quia Soccinus loquitur quando filius ſecundi geniti cum tertio genito contendebat, quo caſu cum ſecūdo genitus deficiēte primogenito primogenitus dicatur licet in proprie, nimirum ſi qualitates primogenituræ in filium tranſtulerit atque eius qualitatis contra tertio genitum repreſentationi locus ſit Tomas Gramat, loquitur in ſucceſsione aſcendentium vt conſtat ex eo maxime num, 31. Aret. nihil dixit quod huic opinioni contradicat, Tiraquel. non ſe reſoluit vnde opinio Couarr. nate noſtram, l. periclitabatur, ideo neceſſario eius legis conditores id expreſſe conſtituerunt dicētes, *pero aun en la ſucceſsion del maiorazgo a los tranſuerſales*, quorum verborum hæc fuit originaria ratio decidendi & ita poſt hanc legem nullus ex noſtratibus impugnauit, repreſentationem dari inter fratres, & filios fratrū, imo eam omnes inter hos primi gradus tranſuerſales cōceſſam fuiſſe dixerūt, vt conſtat ex Gometio in. l. 8. Tauri. num. 19. ad fin, Gregorius in. l. 2, tit, 15. partita. 2. verbo, *el mas propinquo*, col. 2. verſic. ſed quid ſi aliquis & reſoluūt Mieres in tractatu maiorat. 2, part. ca, 6. num. 31. Acoſta de maiorat. bonorum patrimonial. num, 3.. Molin. lib. 3, cap, 9. num, 10. &, 11, & relatione aliquorum contentus Ioannis Matienço in. l. 5. tit. 7. lib. 5, nouæ recopi. gloſſ. 4. in fin.

21 ¶ Et veriſsima noſtræ conſtitutionis ratio, qua tranſmiſsionē, ſeu repreſentationē primogenituræ trāſuerſalibus primi gradus conceſsit, ea fuit: quia etiam ſecundo genitus filius ſtatim cum naſcitur, certam quandam ſpem ſuccedendi non vagam & inanē ſed quaſi firmam conſiderabilem & permanentem, acquirit, licet aliquantulum magis deuilem quam quæ primogenitus nanciſcitur vnde in eo verificantur verba noſtræ, l. ibi, *o que ayan derecho de heredar*, quaſi omnes qui certam ſpem ſuccedēdi haberent ipſa reſpiceret, & ita ſecundo genito mortuo viuo poſſeſſore maioratus, filius eius iuſtiſsime acquirit primogeniturā, & ius ſuccedendi, fuiſſet enim valde inhumanum quod qualitas filiorū eiuſdem gradus in omnibus non repreſentaretur, ſed in primogeniti filijs tantum: cum omnes eandem primogenituram acquirāt, itaque ſecundogenitus (decedente filio maiori) primogenitus dicatur, & ſic tertio genitus atque deinceps.

22 ¶ Inter alios tamen tranſuerſales remotiores in infinitū an ſit admittenda repreſentatio non deciditur à lege vnde contingit dubitare an admittatur vel de negetur & ſemp admitti debere cōſtat, nulla gradus conſideratione habita ex eo quod in ſpecie noſtræ. l. tan in ſucceſsione aſcendentium quam tranſuerſalium non gradus ſed perſona parentū quo ad qualitatem primogenituræ, maioriæ, & ſimilium principaliter repreſentatur, deribando eam de primogenito in primogenitum in infinitum, ex natura perpetuitatis ipſius maioratus, vt bene dicēdum erit in gloſſ. verbo, *la perſona de ſus padres*, ita quod vno primogenito mortuo, in ſequentem ius primo genituræ trāſmitittur: vt diximus in gloſſ. 1. & in gloſſ. *del tenedor del maiorazgo* etiam vſque ad milleſsimum gradū, vt plures aduertunt, ques retulimus in gloſſ. 2, num. 11, vnde nō eſt cur ad gradus de quibus in authē, poſt fratres repreſentationem hanc reſtringamus.

23 ¶ Secundo facit quia prima pars huius. l. quæ de repreſentatione in ſucceſsione aſcendentiū agit, non ſolum conditam fuiſſe videtur ad tolendam patrui & nepotis cōtrouerſiam, quæ circa prælationem in maioratus

ratus ſucceſsione inter ipſos verſaba-
tur, cum de iure communi, & regio, lõ
ge receptius foret, nepotẽ patruo eſſe
preferendum vt diximus: in gloſſ. *en*
*vida*, ſed principaliter ad extendendã
huiuſmodi repreſentationem ad om-
nes in infinitum deſcendentes: con-
tra aliquorum opinionem, de quibus
in gloſſa. verbo, *de manera que ſiempre,*
exiſtimantium non extendi vltra pro
nepotes. vnde. 2. huius. l, pars quæ de
repreſentatione in ſucceſsione trãſuer
ſalium per ampliationem loquiř, intel
ligere debemus, non ſolum ad patrui
& cõſobrini controuerſiam circa præ
lationem in ſucceſsione alterius fra-
tris decidendam, fuiſſe inſtitutam, cũ
etiam communior & receptior ſentẽ
tia foret pro conſobrino, ſed principa
liter ad extendendum id priuilegium
repreſentationis, ex natura ipſius ma-
ioratus ad omnes tranſuerſales in infi
nitum cum extenſio legis, cum quali-
tatibus regulæ ſit intelligẽda, l, hæres
meus, §, vxori de legat. tertio ibi, *Pro-*
*culus ad omnia*, l. ea tamen adiectio, ff.
24 de legatis, 3. ¶ Tertio & finaliter id
aperte demonſtrat verba illa, *de mane-*
*ra que ſiempre*, poſsita poſt regulam &
ampliationes quibus legẽ omnes caſ-
ſus comprehẽdiſſe videtur, atque per-
petuo & omni tempore repreſenta-
tionem quam antea concefferat adi-
miſſe creditur, quibus conſiderationi-
bus hanc eſſe veram ſententiam exi-
ſtimauit noſter Molina. libr. 3. de Hi-
ſpanorum primogenijs, cap. 7, nu, 10.
&, 11. referens Luſitanum Acoſtam,
in queſtione patrui & nepotis pagin.
134. qui certius allegaretur de maio-
ratu bonorum patrimonialium. num.
32. & ſimul adducens Couarr. in. cap,
38. pract. nu. 10. verſi, 3. ad intellectũ,
quos ſuam opinionẽ tenuiſſe fatetur,
quam relatione ipſorum contentus, ſe
quitur Matiẽço in. l. 5. tit. 7. lib. 5. nouæ
recopillationis gloſſ. 4. in fi. dum te-
nens legem han in ſucceſsione tranſ-
uerſalium, eſſe intelligendam, refert
ad id Molina ſupra, cuius ſententiam
ex eo videtur fuieſſe ſequtum.
¶ Quibus tamen non obſtantibus 25
diligentius conſiderantes mentem le
gis, & naturam repreſentationis, eam
non poſſe dari credimus inter trãſuer
ſales remotioris gradus, vltra fratres
& filios fratruũ, ſed proximorum vl-
timo deffuncto poſſeſſori, eſſe admit-
tẽdum, quod his medijs manifeſte cõ-
ſtat primo quia dum lex extẽdit repre
ſentationem ad trãſuerſales quibus in
ſucceſsione indiuidua antea non con-
cedebatur, intelligi debet nõ alternã-
do ipſius met repreſentationis naturã
cum lex quantumcunque generalis à
iure communi declarationẽ accipiat.
l. fin. C, de in offitioſſo teſtamento, l. ſi
quis ſeruo vbi gloſſ. & docto, C. de fur
tis Soccinus conſi. 252. vol. 2. & ea in-
terpretatio per quam euitetur legum
correctio ſummẽda ſit, l. præcipimus.
C. de apellationibus. l. Sancimus. C, de
teſtamentis potius quam per dubita-
tum intellectũ inducenda gloſſa in c.
cupientes §, quod ſi per viginti de ele
ctione in ſexto Bartolus in. l. Gallus. §.
ille caſſus. num. 1. de liberis & poſthu.
magis quæ dicendũ ſit, legẽ ſuperfluã
quam correctoriam ex Paulo in. l. 1,
colum. fin, ff. de offitio eius & quia lex
noua intelligenda eſt vt ius commu-
ne minus ledat, quam poſsibile ſit, l. 2.
ff. de noxalibus Bartolus in. l. omnes
populi, num. 6. Iaſſon. 62. de iuſtitia &
iure. ¶ Maxime cum leges Taurinę 26
non correctoriæ ſed declaratoriæ ſint
vt ex ipſarum prohemio conſtat, ibi.
*auian meneſter declaracion,* & ibi, *vieſſen*
*y declaraſſen lo que por ley en las dichas du-*
*das ſe auia de guardar* & probant Rube⁹
& alij



& alij relati & ſecuti à Molina lib. 3. c.
6. num. 24. & conſequenter inter trãſ-
uerſales primi gradus cõceſſa videtur
eius primogenituræ repreſentatio, &
27 non ad alium extendenda. ¶ Secun-
do vrgentiſsime facit, quia ex recep-
tiſsimis ſcribentium ſententijs, etiam
eorum qui partes nepotis contra pa-
truum tenuertũ, quas ſupra retulim⁹,
in gloſſa verbo, *o de aquel a quien pertene*
*ce*, non repreſentat filius perſonam pa
tris, qui ius primogenituræ certum &
incommutabile non acquiſiuit, intel
ligẽtes prædicta verba, *o de aquel a quiẽ*
*pertenece* de iure de pręſenti firmiter
in perſonam patris ſuccedere volen-
tis radicato, ſi enim tranſuerſales vltra
fratres & filios fratrum viuẽtibus pri-
mogenito & eius deſcendentibus ius
iſtud primogenituræ de præſenti cer-
tum & in cõmutabile habere nequit,
imo omnino vaga ſit & inanis eius
ſpes ſuccedendi merito mortuo inui-
ta primogeniti legitimi poſſeſſoris, nu
llũ ius ad filiũ eius tranſmitteret, neq;
lineã conſtitueret, à qua primogenitu
ra poſſet ex vi repreſentationis impo
ſteros deribari, alias foret dari in om-
nibus tranſuerſalibus ſimul quantum
cunque remotioribus ſpem firmam
ſuccedendi, atq; primogeniturã quod
abſurdũ magnum eſſet cum vnus de-
beat eſſe primogenitus, & non plures,
& ſpes ſuccedendi certa & firmiter
radicata & non vaga, & remota, ad fi-
lios per hanc legem tranſmittatur, vt
benediximus in gloſſa verbo, *o de aquel*
*a quien pertenece*, quibus fundamentis
teneo hanc ſecundam partem, vt ve-
riorem & reperio eam tenuiſſe Go-
mez. in, l, 8. Tauri. num. 19. ad finem &
Gregorius in. l, 1, tit. 15. part. 2. verbo,
*el pariente mas propinquo*, colu. 2. verſic,
ſed quid ſi aliquis, & licet ſatis confu-
ſe Melchior Mieres, in tractatu maio
ratus. 2. part. quæſt. 6. num. 31. ¶ Ne- 28
que fundamenta adducta in contrariũ
aliquid obſtant, quia ad primum reſpõ
detur quod licet in ſucceſsione aſcen
dentium, imo & traſuerſalium, detur
perſonę repreſentatio quo ad primo-
geniturę qualitatem in perpetuum ex
natura ſucceſsionis maioratus, ſic acci
piendum eſt vt perpetue inter fratres
& filios fratrum detur ea ſubrogatio,
id eſt quoties conſobrini patruum ex-
cludere pretenderent, quaſi verba illa
*de manera que ſiempre*, ad caſum hunc
quandocunque contingeret neceſſa-
rio ſint referenda non vero accipian-
tur vt inter omnes ſemper admittant
repreſentationem, quod apertius de-
monſtrant ſequẽtia ibi, *el hijo y ſus deſ-*
*cendientes*: eſt enim idem dicere, *de*
*manera que ſiempre el hijo y ſus deſcen-*
*dientes*, ac ſi lex clarius conſtitueret,
quod quandocunque filius poſsiden-
tis maioratum, vel illius ad quem per-
tinuerat viuo patre moreretur, eius
perſona repreſentetur in filijs, vel eius
deſcendentibus, neque perpetuitati
pugnat deficere repreſentationem,
cũ maioratus perpetuus ſit, etiam ſi in
eo non admittatur vt patet in omni-
bus in quibus ab inſtituente excludi-
tur, qui maioratus eſſe non deſinunt,
cum perpetuitas nõ conſiſtat in ordi
ne ſuccedẽdi ſed in vnitate rerũ maio
ratus, deniq; repreſentari parentis pſo
nã in perpetuũ hoc proprie ſignificat
quod detur repreſentatio quoties con
tingeret dubitari de patrui & nepotis 29
prelatione inter deſcendẽtes ſeu trãſ-
uerſales primi gradus. ¶ Secundo
non obſtat dicere legem hanc ad extẽ
dendam repreſentationem in ſucceſ-
ſione aſcendentium veniſſe, & ideo
eundem effectum operaſſe in ſucceſ-
ſione omnium tranſuerſalium in qui-
bus loquitur per ampliationem, quia
veriſsi-

veriſsime reſpōdetur non fuiſſe inductam ad perpetuandam inter omnes hanc repreſentationem: ſed tãtum ad clare decidendam eam dubitationem difficilem, & arduam, que circa prælationem nepotis contra patruum inter ſcribentes quotidie verſabatur, antiquis & noſtris temporibus, ita rei publicæ præiuditialis de qua per Tiraq. de primogenit. quæſt. 40. per totam & diximus in gloſſ. verbo, *en vida*, vnde ſecunda pars eiuſdem. l. quæ per ampliationem loquitur, eodem modo intelligenda eſt, vt non ſit correctoria iuris communis, neque inducta ad perpetuandam repreſentationem in ſucceſsione tranſuerſalium, contra plurima iuris conſultorum reſponſa, & ſcribentium receptas ſententias ſed principaliter & verius ad omnino tollendam aliam ſimilem magiſque difficilem dubitationem inter exteros & noſtrates interpretes ortam, circa repreſentationem quam filius fratris ſecūdo geniti aduerſus fratrem tertio genitum in ſucceſsione fratris primogeniti admitti debere conabatur, quæ difficultas etiam anceps ſcribentibus viſſa fuit vt ex ſupra dictis conſtat & declaratione indigebat, & ſic verius intelligendo ſecundam partem per primam ex. l. 1. de rebus dub. l. quamuis. C, de impub. l. filiabus. l. ſi ſeruus plurium de legat. 1. potius dicendum eſt non fuiſſe inſtitutam ad extendendam repreſentationem inter omnes tranſuerſales in infinitum, ſed ad eam concedendam inter tranſuerſales primi gradus, declarando in hoc ius commune maxime quia in ſucceſsione aſcendentiū dici non poteſt quod. l. extenderet repreſentationem vltra primum gradū, cum etiam de iure cōmuni vltra pronepotes extendebatur ſecundum vnā opinionem, & ſecundum aliam, in perpetuum, vt diximus in gloſſ. in verbo, *de manera que ſiempre*, & in ſucceſsione tranſuerſalium etiam idem fateri non poſsit: cum ante ipſam. l. non admitteretur in maioratus ſucceſsione inter eos repreſentatio vel ſaltem nimis cōtrouerſum foret & ita non poterat extendi quo ad huc inductum non erat neque poteſt dici quod. l. ad extendendam repreſentationem principaliter fuiſſet inducta ſed potius ad decidendas prædictas dubitationes.

¶ Minuſque vrgent authoritates Acoſtæ & Couarr. quos pro fundamēto cōtrariæ opinionis adducit Molina. d. num. 10. &, 11. quia ſi diligēter conſiderentur tantum locuntur quando agitur de ſuccedendo primogenito per conſobrinum & tertio genitū, non quando inter tranſuerſales remotiores hæc dubitatio prelationis contingit. 3

*SVMMARIVM.*

*Dictio ſemper inducit perpetuitatem omni caſu & omni tempore. num* 1.

*Repreſentatio an ſit perpetua inter deſcendētes, num* 2. & 3.

*Verus intellectus verborum. l. ibi de manera que ſiempre, num.* 4.

*Intellectus ad verba. l. 27. ibi, que valan para ſiempre. num.* 5.

# Gloſſ. 15. ad. l. 40.

IBi, *de manera que ſiempre*, hinc confirmatur ſententia dicentium in ſucceſsione tranſuerſalium extendi debere repreſentationem, ad omnes tranſuerſales in infinitum: nulla habita conſideratione gradus: cum verbum ſemper perpetuitatē inducat omni caſu, & omni tempore, ex Soccin. in, l. qui Ro- 1

mæ



mæ. §. co hæredes. num, 19. de verborū referens ſe ad conſi. 227. lib. 2. num. 3. Boerius deciſsione. 158. numer, 13, Curtius Iunior. conſi 161. nnmer. 12, Corneus conſil. 171. lib. 3. & alios referens Molina, lib. 1. cap. 1. num. 33.

2 ¶ Et ſecundum hanc lecturam & intellectum verborum, ratio decidendi ad. l. ea poſterat aſignari, quia cum de iure communi dubitatiſsimum eſſet an repreſentatio extenderetur ad omnes deſcēdentes in infinitum, vel vſq; ad pro nepotes tantū, in qua dubitatione non extendi tenuerunt: Ioannes Faber. in. §. cum filius de hæredit. quę ab inteſt. Bart. in. l. 1. §. ſed & ſiquis. ff. de ſuis & legit. Aretin. in. §. multis inſtituta de ſucceſsione libert. Angel. in d. §. cum filius. 3. noctab. Pariſius cōſil. 40. vol. 2, Montal, in. l. 3. tit. 13. part. 6.

3 ¶ Et econuerſo eſſe extendendam probauit Accurſius verbo vſque ad ſecundum gradum in. d §. multis, quem ſequitur ibi Ioannis Faber parum ſibi conſtans & in. §. cæterum inſtit. de legiti. agnatorum ſucceſsione Pariſius etiam ſibi contrarius conſil. 30. vol. 2. Ceſalus conſil. 49. Rolandus de ſucceſsionibus ab inteſtato col. 4, nu. 8. Anton. Gomez prim. thom, variarum capit. 1, in fin, Anton. Gabriel. de ſucceſsione ab inteſt, cap. 5. num. 17. vſq; ad nume. 20, & his nō relatis Molina. lib. 3. cap. 4. num. 5. &. 6. merito vt ea dubitatio extingueretur, l. noſtra adjecit. verba illa *de manera que ſiempre*, cōſtituens ad omnes in infinitum extendi.

4 ¶ Sed quamuis ſecunda harum opinionum verior ſit, non tamen ob eam controuerſiam decidendam, adiecta fuerunt verba illa, *de manera que ſiempre*, ne ex eis deducitur conditores voluiſſe ad omnes extendere repreſentationem, cum idem foret dicēdum in ſucceſsione tranſuerſalium ſi ea lectura admitteretur contra veriorem ſententiā quam in gloſſ, præcedēti probauimus, ſed proprius in his verbis conditores voluerunt dirigere eā perpetuitatem non ad gradus ſed ad caſus contingentiam vt quandocunq; contingeret velle admitti contra patruum nepotem in ſucceſsione deſcēdentium, ſeu tranſuerſalium, concedatur repreſentatio, vt diximus in gloſſ. præced.

¶ Ex quo datur intellectus ad. l. 27. Tauri, ibi, *que valan para ſiempre* & ibi, *ſin hazer differēcia de quarta ni quinta generacion*, vt verba illa perpetuitatē gradus & generationis reſpiciant, de quibus egerunt Mieres in. 2. part. de maiorat, quæſt. 7. num, 17. vſque ad fi. & quæſt. 6. numer, 72. ad fin, &. 4, part. quæſt. 1. num. 7. Tellus in. d. l, 27, num. 17. Molin, lib, 1, cap. 4. num. 30. vbi de perpetuitate egerunt. 5

*SVMMARIVM.*

R*Epreſentatio an ſit præcipua cauſa prælationis nepotis contra patruum. nu.* 1.

*Omnes deſcendentes ex vocatione inſtitutoris magis quā ex repreſentatione admiſsi cenſentur, num.* 2.

*Repreſentatio regulariter non datur niſi in ſucceſsione hæreditaria. num.* 3.

*Repreſentatio fictio eſt. num.* 4.

*Repreſentationem à iure diuino inductam. numero.* 5.

# Ad. l. 40. gloſſ. 16.

IBi, *el hijo y ſus deſcendientes repreſenten* ergo ſi non repreſentarent non ſuccederent ſed à patruo excluderentur: vt conſiderat poſt Nicola. de Matarela. Bald, in. l. liberti libertæ que nu. 18, C. debo. liber. dicens quod vbi non datur repreſentatio nepos ex prædefuncto

functo

functo filio à patruo excluditur, cuius
ſententiam poſt ſpecula. in tit. de feu.
in princip. colum. 3. ſequit. Acoſta de
maiora. bonorum regi. coro. num. 15.
& ante ipſum referens Bald. Areti. cõ
ſil. 162. *diligenter*, num. 8. & Socci. conſ.
252. viſis. num. 17. lib. 2. Præpoſit. in. c.
1. num. 29. de feudo Marchiæ Ioann.
Licerier de primogenit. lib. 1. quæſt.
25. num. 7. verſic. *ſecundo conſidero* &
his non relatis probat eam concluſio-
nem Albarus Baez Luſitanus de iure
emphi. quæſt. 50. num. 6.

2 ¶ Sed hæc interpretatio vera non
videtur cum non ſolum ex vi repre-
ſentationis nepos patruum excludere
valeat, ſed ex euidenti vocatione in-
ſtituentis maioratum omnes primo-
geniti naſcituri in infinitum linea re-
cta primogeniorum de primogenito
in primogenitum inuitati cenſeantur
ac ſi ſpecifice vocarentur, vt conſide-
rant Deci. conſi. 515. nu. 1. ad fin. Cor-
ne. conſi. 35. lib. 2. Rube. conſi. 104. in
fin. Soccin. iuni. conſil. 122. num. 36. in
fin. lib. 3. Alciat. conſi. 187. ſubtilis Hie
ronim⁹ Zancus in. l. hæredes mei. §. cũ
ita num. 32. ad Trebel. Tellus in. l. 27.
Taur. num. 2. & his non relatis. Molin.
lib. 3. cap. 6. num. 39. & libr. 1. capit. 1.
num. 17. ¶ Et non ſolum ex euidẽ-
3 ti teſtãtis vocatione ad maioratus ſuc
ceſsionẽ admittũtur, ſed ex vera trãſ-
miſsione iuris ſuccedendi: cum ſtatim
primogenito mortuo, etiam viuente
poſſeſſore maioratus, aut inſtitutore
ipſius, ius ſuccedendi ad filios cum iu-
re primogenituræ tranſmittatur, vt di
ximus in gloſſa prima huius legis, &
in gloſſa verbo, *del tenedor del maioraz-
go*, vnde videtur ſubſtineri non poſſe
conſequentiam, quam Luſitani ex ver
bis huius. l. ibi, *repræſenten*, deduxerũt,
niſi eos eruditos equidem intelliga-
mus vt voluiſſent non ſuccedere filios

cum qualitate repreſentationis huius.
l. ſi non repreſentarent ex alio capite,
ad maioratus ſucceſsionem poſſe ad-
mitti non impugnantes, quod veriſsi-
mum eſt cum qui non repreſentãt ne
ceſſario repreſentationis qualitatibus
& prærogatiuis careant, quæquidem
plurimæ ſunt, & pinguiori priuilegio
nepoti aduerſus patruum ſuccurritur
per repreſentationem quam ex tranſ-
miſsione aut vocatione cum vocatio
nes ſępiſsime ſint dubiæ & tranſmiſ-
ſio non perpetua neq; ſemper, & in-
ter omnes admittenda, & repreſenta-
tio in infinitum tan in aſcendentium,
quam tranſuerſalium ſucceſsione: ex
prouidentia hominis, legis, ſeu conſue
tudinis, delata regulariter admittatur
niſi in caſibus vbi cõſtiterit inſtituto-
rem eam excluſiſſe, in quo. l. iſta ſingu
laris eſt & contra receptam iuris cõ-
munis regulam inducta. ¶ Qua con
ſtituitur nunquam dari repreſentatio 4
nem niſi in caſibus à iure expreſsis, vt
pro regula conſtituerunt Nicolaus de
Matarela in. l. fi. de iuriſdictione om-
nium iudicum. quem ſequuntur Are-
tinus in. §. cum filius nu. 7. de hęredita.
quæ ab inteſta. Decius conſi. 1. num.
fin. Benedictus in cap. Rainuntius ver
bo & vxorem. num. 616. & 625. Aco-
ſta de maiora bono Regiæ coro. num.
18. Anto. Gama deci. 174. nu. 15. Ba. q.
50. nu. 6. ¶ Ex ea potiſsimũ ratione 5
quia cũ repreſentatio ſit fictio quædã,
quæ ex priuilegio perfictionem & nõ
per veritatem contingit, authent. de
hæred. ab inteſta. venien. §. ſin autem
defuncto ibi huiuſmodi priuilegium
& tradunt Bald. in authen. ceſſante in
fine. C. de legi. heredi. Corneus in au-
thent. itaque colu. 2. C. communia de
ſucceſſ. Angelus in. §. cum filius notab.
2. de hæred. quæ ab in teſta. Benedict.
in. c. Rainuntius. d. num. 616. Caſane.

in con



in conſuetudini. Burgundiæ Rub. 7. §.
10. verbo. repreſen. Tiraq. de vtroq;
retract. tit. 1. §. 11. gloſſ. 9. num 4. & in
l. ſi vnquam. numer. 15. C. de reuoca.
dona. & de primogeni. quæſt 4. num.
134. & nos inducere non poſſumus iu
ris priuilegium niſi ius inducat, neq;
fictionem niſi lex fingat, cum fictio ſit
opus legis, & non hominis, gloſſ in. §.
ſed hæc ſolemnia. verbo quibuſcunq;
de verbo. Bart. per tex. ibi in. l. ſi forte
de caſtrenſi peculio. Alciat. de præ-
ſumptio. 1. part. num. 2. merito repre-
ſentatio quæ fictio erat, non admitte-
batur niſi in caſibus à iure expreſsis.

6 Quæ regula econuerſo hodie per
hanc. l. conſtituitur, & credo nõ in me
rito, cum ius iſtud repreſentationis
æquum & antiquum ſit, & iure diuino
apud antiquos patres, & patriarchas,
etiam ante legem Moiſis obſeruatum
vt habetur Geneſ. cap. 11. cum ſequen
ti. vbi cum Thare duos habuiſſet filios
Abraham & Aram. hicq; Aram præ-
mortuus fuiſſet relicto filio Loth, A-
braham ipſum nepotem admiſsit ad
ſucceſsionem Thare, vocans eum fra-
trem, vt quia fratrem repreſentaret, in
quit enim Abraham fratres ſumus vt
Geneſ cap. 13. & ſic vniuerſam Thare
ſubſtantiam vti fratres diuiſerunt, imo
eam repreſentationem iure etiam na-
turali contingere inquit tex. in. §. ſi fi-
lius de ſuis & legi. ſi quidem natura pa
ter & filius vna fere & eadem perſo-
na cenſentur, vt in gloſſa ſequenti la-
tius erit dicẽdum. cum igitur iſtud ius
repreſentationis, à naturali ratione &
æquitate proueniat, extendendum eſt
& in dubio pro eo iudicandum, vt per
Bald. in. l. 1. §. in primo per illum tex.
ibi naturali ratione ſubnixũ. C. de ca-
du. tollen. gloſſ. & omnes. ff. de pact. &
in. l. 1. in princ. de mino. & in. l. 1. de le-
ga. pręſtan. & notant omnes in. l. ſcire

etiam oportet ff. de excuſa. tutorum
cum concordantijs per Felin. in. c. tua
nos col. 2. de iure iuran. ex quo notan
ter. l. iſta. regulariter eam repreſenta-
tionem ſucceſſoribus in infinitum cõ-
ceſsit.

*SVMMARIVM.*

*V Bi repreſentatio admittitur gradus re-
preſentatur. num. 1.*
*Per repreſentationem gradus non corrumpi-
tur neq; alteratur ſed repreſentatur. nu. 2*
*Pater & filius vna eademq; perſona reputã
tur. num 3.*
*Plenius ſuccurritur nepoti per repreſentatio
nem perſonæ, quam gradus, cum poſsit
gradus repreſentari & non perſona. nu 4*
*Primogenituræ qualitas an repreſentetur ad
excluſionẽ Patrui ſuperſtitis, nu. 5. vſq;
ad num. 15.*
*Primogeniti appellatione an cõprehendatur
nepos ex primogenito prædefuncto ad ex
cluſionem ſecundi geniti, nu. 5. cũ alijs.*
*Filiorum appellatione an nepotes comprehen
dantur in ſucceſsione emphiteoſis. nu. 9.
& 10.*
*Secundo genitus loco primogeniti habetur
quãdo primogenitus patre viuente nullo
relicto filio mortuus fuit nu. 11.*
*Secundo genitus quando vt primogenitus
admittitur non vere ſed ficte dicitur pri
mogenitus, num. 12 & 13.*
*Filius in vita patris (relicto filio) defunctus di
citur vere primogenitus. num. 14.*
*Nepos ex primogenito prædefuncto dicitur
vere primogenitus. nu. 15.*
*Primogenitus vnus tantum debet eſſe & nõ
plures. num. 16.*
*Repreſentatio an excludatur ex vocatione
filij maioris, ita quod ſecundo genitus ne-
potem excludat, nu. 17. vſque ad. nu. 28.*
*Nepos an contineatur appellatione filiorum
quãdo filius vocatur cum aliqua qualita
te quæ non reperitur in nepote. nu. 19.*
*Maioriæ qualitas an trãſmittatur. nu. 20.*

R *Priui-*

*Priuilegium conceſſum propter qualitatem cohærentem perſonæ non tranſmittitur, num.21.*

*Maioria conſideratur in perſona ſuccedere volentis tempore quo ſucceſsio defertur, & diſpoſitio ad effectũ perducitur.nu.22*

*Filius maior, & primogenitus, idem ſunt num.23.*

*In maioratus ſucceſsione prius gradus, deinde ſexus, & poſt modum ætas, conſideratur.num.26.*

*Primogenitus primum gradum, ſecundo genitus ſecundum, tertio genitus tertium conſtituit.num.26.*

*Maior cuiuslibet gradus fuerit, vel quicunque ſit vocatus, excludit repreſentationem num.27.*

*Maior ex omnibus deſcendentibus familiæ vocatus an operetur excluſionem repreſentationis.num.28.*

*Filius an ex perſona patris, vel ex propia ipſius in maioratu ſuccedat, num.29. vſque ad finem gloſſæ.*

*Nepos qui in locum patris ſubrogatur ad ſuccedendum cum patruis auo, non tenetur ad debita ſui parentis, cum ex propria perſona ſuccedat, num.31.*

*Pactum de non ſuccedendo à filia viuente patre mortua, factum, nepotibus non præiudicat, vt poſsint auo ſuccedere.num.32.*

## Ad.l.40.gloſſ.17.

1 IBi, *la perſona de ſus padres*, nullibi ita
ſpecifice conſtitutum habemus nepotem ex filio prędefuncto patris perſonam repreſentare, ſed vbi repreſentatio admittitur gradus ipſius repreſentatur: & filius in locum patris ſuccedit. §. cum filius inſti. de hære. quæ ab inteſt. ibi *nepotes in patris locum ſuccedere*, authent. de hæredi. ab inteſta. venien. §. ſi quis igitur ibi in proprij parentis locum ſuccedere: & probatur in.l.3.ad fin.tit.13.parti.6. ibi, *fincan en lugar de ſu padre.* ¶Quod ex eo pro 2
cedebat, quia per ſub rogationem nepotis in locum patris, gradus non corrumpitur, neque alteratur, ſed bene repreſentatur: ex Bal.in.l.1.col.5.verſi. pone dicit ſtatutũ. C. de ſecun. nupt. Alexã. conſi.26.num.9. lib.3, Iaſſ.in.l. Gallus.§.quidam recte.2. lectu. delib. & poſthu. Socci iuni. conſ.126.nu.12. &.13.lib.1.Pariſ.conſi.90.num.49.lib. 2.Portius conſi.54.num 14.Deci.conſil.527.num. 8.& nouiſsime Tiberius Decianus conſi.55.num.45.vol. 3.

¶Quanuis per quãdam iuris fictio 3
nem à naturali æquitate deductã, vna eademq; perſona cum patre ſit filius: idemq; corpus, & vna caro cum eo reputetur.l fin.C.de impuberũ. cap.iam itaque ibi, *vnus erat cum illo*, 1.quæſt.1. authent.de iure iuran.à moriente præſtito in princip.ibi, *vnam quodammodo eſſe perſonam.* ¶Sed quia tam. l. iſta 4
hæredem quam non heredẽ ſucceſſorem particularem ſeu vniuerſalem ex teſtamento & ab inteſtato cõprehendit, & in ſucceſsione indiuidua à lege, cõſuetudine, ſeu hominis prouidẽtia delata verificatur: in quibus erat dubitatiſsimũ an repreſentatio admitteretur, & maxime quia plenius ſuccurrebatur nepoti per repreſentationẽ perſonæ, quã gradus, cum poterat gradus repreſentari, & non perſona, vt elegãter aduertit Molin.lib.3.cap.6.nu.48. chriſtianiſsimi huius.l.conditores, eã repreſentationẽ perſonæ cum omnibus eius qualitatibus, ac prærogatiuis, ſucceſſoribus conceſſerunt. ex quibus ingenioſis verbis plurima notatu digna ſatis inter ſcribentes controuerſa, decidenda erunt. ¶Primum ea 5
non leuis difficultas deciditur, an ſcilicet qualitas primogenituræ quam ſtatim cum naſcitur primogenitus incommutabiliter acquirit, mortuo in vita patris eius, ad nepotem, vel neptẽ, tranſmittatur, & ab eis repreſentetur cuius qualitatis repreſentationem inpugnauerunt plurimi ſatis eruditi interpretes, ex eo quod appellatione primogeniti, ſuperſtitem filium tempore veniẽtis ſucceſsionis comprehẽdi, & nepotem ex ea vocatione excludi exiſtimarunt: vt in conceſsione emphiteoſis facta primogenito, dixit Bald in.l.2. num.5. C. de iure emphiteo, ſequutus ab Alexand. Vincen.& alijs in.l. ex facto.§. ſi quis autem. ff.ad Trebeli. Decius.in conſi.443. num.5. Iaſſ.in.d.l.2.num, 121. Ruinus conſil. 192.num.18.lib.2. Alciatus.in.l. proximus de verbo.ſignifi.& alij per Tiraquel.de primogenit.quæſt.34.num.7.
6 &.28. ¶Et iterum eam ſententiam
probat Bal.in. l. vt in teſtato in fin.C. de ſuis & legi. hæredi. dicẽs quod ſubſtitutio quæ filium primogenitum admittit proprie ſecundogenitum comprehendit. ſequutus ab Alexand. nu. 4.Iaſſ.45. Maran.208.in.l.is poteſt de acqui.hæredit idem Alexand.conſi.4. num.9.vol.4 quorum meminit Tiraq. de primogenit.quæſt.40.num.219.

¶Et magis in ſpecie poſt Antoniũ
7 Rubeum conſi. 10. probat id Luſitanus Coſta in tractat.de maiora.bono. Regi.Coro.num. 13. & melius Albanus conſi 60. dicens quod ex eo quod pater primogeniti, non erat in rerum natura quando mortua fuit domina Monica de qua ipſe loquitur, non erat conſiderabilis eius patris primogenitura cum non extiterit tempore quo actus effectum ſortitur, iuxta notata
8 per Deci. conſ. 214.col.1. ¶Quod
quidem hodie non procedit, cum nepos ex præmortuo primogenito, patris perſonam repreſentet, cum omnibus eius qualitatibus, & prærogatiuis, & conſequenter, cum primogenitura quæ perſonæ repreſentatę parentis in erat. non enim perſona patris poterat dici repreſentari, niſi & qualitas primogenituræ ſimul cũ ea repreſentaretur & in hoc non eſt.l.iſta correctoria iuris communis, ſed declaratoria verioris opinionis, erat enim aduerſus ſupradicta de iure communi receptior ſententia, nepotem ex præmortuo primogenito facere deficere adiectionẽ primogeniturę & in ea vocatione tanquam verum primogenitum excluſo patruo, comprehendi, quam conſtanter tenuerunt Panormi.conſ 85.nu.3. &.5.Paul.in vulgato licet ſingulari cõſil.164.colu. 2. Soccin.in.l. ſi cognatis col.2.de reb.dub.& in conſi.47.vol.3. Deci.conſi.498.num.19. Soccin. iuni. conſ.108.num.2.vol. 2. Pariſ.conſ.72. num.107.vol.4.Oldral.con.224.num. 42.Bald.in.l.cum antiquioribus.num. 11.C.de iure de libe. Deci. conſi.390. Gratus conſi.1.num.11. & conſi.8.nu. 5.vol.1.Palat.Rube.in Rub.de dona.§. 69.num.21.Couarr.cap.38.pract.num 6.&.7.Tiraquel.de primogenit.queſt. 40.nu.156.& Mencha.de ſucceſſ.crea. lib.3.1.part.§.27.numc.20. omnes ſecure tenentes hanc primogenituræ repreſentationem dari. ¶Qua vera
ſententia ante hanc.l.retenta; ad Bald. 9
in.l.2.num.5.C.de iure emphi.reſpõdetur intelligi debere in cõtractu emphiteoſis credens ipſe cũ alijs in eo appellatione filiorum deſcendentes non cõtineri. vt voluerunt Bart.in.l.liberorũ nu.8.de verbo.ſigni.Ancha.in clem.1. de bapt. Salicet. in.l.2. nu.33. vbi Iaſſ. num 191. C. de iure emphi. & plurimi per Anto.Grabi.tit.de verbo. ſigni.cõclu.1.nu,62. ¶In quo certe lapſi fuerunt, cum etiam in contractu emphiteoſis maxime ex ſua natura ad filios & hæredes tranſmiſsibili filiorum

appellatione nepotes, & deſcenden-
tes omnes comprehendantur vt reſol
uunt Corne.conſ.24.col.fin.C.de ver
bo.ſigni.Alex.conſ.88.col.1 & conſ.
137.vol.1.& conſi.26.col.2.vol.3.Are
tinus conſi,162. colu. penul. Gozadi.
conſi.59.colu.1,Ruinus conſi.13.col.
fin,& conſi.43.colum.3. & conſi.163.
colum. penul. volum. 1.& conſi. 168.
numer.11.&.171.colum.6.& conſil.
203. volum.2,Roland. conſi. 68.vol.
1.num.39.&.52. Tiraquel.d.quęſt.40.
num.188. Couarr.cap.38.pract.num.
13.verſic. ſic in emphiteoſi maxime
quia ad Bald. in. d.l,2. reſpondet ele-
ganter Menochius conſi. 97. nu. 109.
neque ſi bene conſideretur aliquid
obſtat. ¶ Minus etiam vrget alia
11 Bald.ſententia.in.l. vt in teſtato.C.de
ſuis & legi.hære.quia reſpõdeẽ fore in
telligendam quando filius primogeni
tus patre viuente nullo relicto filio
aut deſcẽdente moreretur:tunc enim
ſubſtitutio quæ filium primogenitum
admittit, filium ſecũdo genitum com
prehenderet,nam eo caſu cum ius pri
mogenituræ in alium tranſmiſſum,nõ
fuerit, loco filij primogeniti ſecun-
do genitus haberetur per tex.in capit.
licet de voto.vbi Abb,notab.5.Bald.
ſe ipſum explicans in. l. ex hoc iure
quæſt.6. de ius.& iure Pariſ. conſi.72.
num.113. vol.4. Tiraquel. de primo
geni.quęſt.3.Carol.Molin.in conſue.
Pariſ.titu.1.§.3.gloſſ.1. quæſt.3. num.
5.&.§.8.gloſſ,1.quæſt.5.num. 52. Pa-
lat.Rub.in.d.§.69.num.30.& hoc vo-
luit ipſe Bald.in.l.ſi quis priorem.§.ta-
lem.C.de ſecun.nupt. quem ſequitur.
Alexand.in.l.1.§.qui habebat.ff.de bo
no. poſſe. contra tab. & Tiraquel. d.
quæſt.3.num.6.&.7.& magis intermi-
nis Ruinus conſil.151.&.192.volu.2.
Alciatus in.l. proximus de verbo.ſig-
nifi. Grego.in.l.28.tit.3.part.5.

¶ Et licet in hoc caſu ſecundo geni
tus,tanquam primogenitus admitta- 12
tur non vere ſed fictè diceretur primo
genitus prout notant Imola.conſ.103
num.2.Ruinus conſ.128.num.13. lib.
2.Pala.Rube.vbi ſupra num.36.Tira-
quel.d.quæſt.3.nu.11.per tex.in cap.
nam & ego.de verbo.ſigni. ¶ Cum
iſte ſecundo genitus, neque fuit neq; 13
vllo tẽpore dici poſsit fuiſſe vere pri-
mogenitus vt tradunt Paul. d. conſil.
164.num.5. Bald.in capit.1. de matri-
mo. ad morg. contract. num.3.Iaſſ. in
l,quoties.num.32.C.de rei vendi. Ru-
beus.in.d.§.69,nume.34. & in repeti.
cap.§.26.in fi. ¶ Sed is qui viuo pa-
tre deceſsit nepotem vel neptem re-
linquens, vere fuit primogenitus ex 14
Oldral.conſi.224.Abb,in,d.cap. licet
de voto.vbi Ancharr.num. 18.& ipſe
Abb.conſi,85.num.5.vol.1. Paul.in.l.
is poteſt.num.2.de acqui.hæredi.Bal.
conſi,10.colum,4.vol.1.&.conſi.356.
vol.2.Aretinus conſi.164.Caſſane.cõ
ſil.53,verſic.vndecimo non obſtat Al
ciat.lib.parergon c.15.Socc.conſi.88.
vol.2.num.1.Pariſ.conſi.72.num.113.
vol.4.Tiraq.de primogenit. quæſt.1.
num.3.&.6.& quæſt.40.numer.156.

¶ Et ita mortuus relicto filio ad ſe- 15
cundo genitum non tranſmittit pri-
mogenituræ qualitatem, nec tunc ſe-
cundo genitus primogenitus dicere-
tur, ſed nepos ipſe à præmortuo filio
relictus inquem vera primogenitura
ſtatim mortuo patre transfertur: is
nuncupabitur vere primogenitus,qua
ſi patris perſonam repreſentando pri-
mogenituram etiam repreſentet,& ſe
cundo genito excluſo ad primogeniũ
erit admittendus ita reſoluunt Alberi
cus in prohemio.ffforum.nu.22.verſ.
præterea deriuatur Paul. d. conſi.164.
nu.4.&.5.Præpoſitus in. c,1, nu. 8. de
feud.mar.Ruinus conſ.19.col.2.vol.1.
Boe-



Boerius conſi.72.num.31.vol.1.Bella
mera deciſ.723. num.16.Tiraquel. de
primogenit.quæſt.40.num. 34.39.53.
16 90. ¶ Cum igitur ius primogenitu-
ræ in nepotem vel neptem ex primo-
genito mortuo ſtatim cũ moritur ve-
re transferatur, impoſsibile penitus
foret quod filius ſecundo genitus pri-
mo genitus diceretur,quia vnus tantũ
debet eſſe primogenitus & nõ plures,
ex Odral.cõſil. 231.nu.2.in ſi.per tex.
in cap.Ioſeph.de verbo.ſignifi. Aflic.
in cap.1.num.27.in fin.de ſucceſſ.feu.
Tiraquel.de primogenitura quęſt.42.
num.3.& hinc remanet ſatisfactum in
tentum Bal.atque deducitur ſufficere
aliquo tempore patrem habuiſſe qua-
litatem primogenituræ,licet ante ſibi
delatam ſucceſsionem moriatur vt fi-
lius ab eo relictus tempore eueniẽtis
ſucceſsionis ſuperſtes ex ea primoge-
nituræ qualitate tranſmiſſa, patruũ ex
cludens ad maioratũ admittatur vt ad
uertunt probus ad Monachum. in.c.
grandi.nu,4.de ſuplen.negligen.præ-
lato.in.6,Ripa.in Rub.de ſecun. nupt.
num.12,Benedict.in cap. Rainun.ver-
bo in eodem teſtamen,1.num. 156.vt
omnino tamen ceſſaret difficultas de
iure communi inter ſcribẽtes agitata,
ſupuenit. l.iſta,quæ cũ perſonã patris
repreſentare conſtituat,primogenitu
ram etiam acquirere ſtatim cum naſci
17 tur probat, ¶ Secũdo deducitur ve
ritas eius difficilis dubitationis quæ
quotidie inter ſcribentes verſabatur
circa vocationem filij maioris, quam
efficere quod filius maior nepotem
præmortui excludat tenuerunt An-
charr.conſi.82.num.11.Alciatus.579.
num.4.Deci.conſ,443.in fi.Socci.con
ſil.87.vol.3.& in.l. ſi cognatis num. 5,
de reb.dub.Roma.conſi.438.& alij re
lati licet non ſequuti à Molina libr.3.
cap.8.num.18.

¶ Quorum ſententiam iubat, quia 18
quoties filius maior ad primogenium
inuitatur,is ſolus qui vere ętate maior
eſt vocatus cẽſetur,iuxta tex.in.l.ſem
per in princip. de iure immuni.Alex.
conſi.123.vol.1.num.1.&.2.& conſ.4
vol.4.num.13.Deci,conſil.443.num.
23.Rube. in Rub. de dona.§.69.in fin.
Tiraquel. de primogenit quæſt.1.nu.
12. ¶ Et quia verba illa, *hijo mayor*,
ſecundum naturalem & non fictam 19
ſignificationem ſunt accipienda,ex.l.
fin.C.de his qui veniã ætatis maxime
quia quãdo filius vocatur cum aliqua
qualitate quæ non reperitur in nepo-
te,nepos nõ continetur appellatione
filiorum vt in ſpecie profundamento
patrui conſiderant.Alexand.d.conſ.4
nu.7.Deci.d.conſi.443.nu.20.& ipſe
Alex.d.conſi.123.num.2.& Iaſſ.in.l.
is poteſt.num.41.de acqui.hæredi.lu-
ſita.Acoſta de maiorá.bono.patrimo.
nu.11. ¶ Et quia cum qualitas maio 20
ris ætatis non ſit tranſmiſsibilis de pa-
tre in filium, cũ inhæreat perſonæ.l.3.
§.ſi quis minori infine demino. Corn.
cõſ.199.nu.44.lib.2.Beroius poſt Ale
xand.conſ.71.num.29.vol.1.Tiraquel.
de primogeni.quæſt.40.nu.104.&.105.

¶ Et priuilegiũ conceſſum propter
qualitatem coherentem perſonæ non 21
tranſmittatur,ex Anchar.conſ.82.nu.
11.Mainerius in.l. in omnibꝰ cauſis de
regu.iur.Tiraq.d.q.40 num.405.meri
to qualitas maioriæ perſonæ præmor-
tui cohęrẽs.eius morte fuit extincta.

¶ Vnde cũ iuditio videntur dixiſſe
plurimi maximi nominis viri, quod 22
qualitas hæc maioris ætatis conſiderã
da eſt in perſona ſuccedere volẽtis, tẽ
pore quo ſucceſsio defertur,& diſpoſi
tio ad effectũ perducitur,quaſi ſentiãt
mortuo filio maiore nepotẽ ab eo re-
lictũ cui qualitas maioris ętatis eueniẽ
tis ſucceſsionis tẽpore vere non ineſt

ſub ea vocatione filij maioris non cõ-
prehendi, ſed a ſecundo genito exclu
di, vt probarunt Alexan.d.conſi.4.lib.
4. Soccin. ſeni.conſil.88. colum.2.lib.
3. Barba.conſi. 11.&. 28. volu.2, Be-
roius conſi.71.colum.fin.volum.1.&
alij per Tiraquel.d.quæſt.4.num.159.
23 ¶ Quæ omnia fortiſsima eſſent, cõ-
tra nepotem pro patruo ſi.l.iſta inge-
nioſſa & benigna perſonam patris re-
preſentare ipſum nepotem non con-
ſtitueret, ex qua perſonæ repreſenta-
tione quæ cum omnibus qualitatibus
ipſi coherentibus repreſentatur, maio
riæ prærogatiuam etiam tranſmitti &
repreſentari per nepotem certum eſt.
imo de iure etiam communi longe ve
rius & receptius eſt in ea filij maioris
vocatione nepotẽ ex filio prædefun-
cto comprehẽdi. quod quidem ex eo
probatur quia filius maior & primoge
nitus idem ſunt. idemq; in ſubſtantia
maioratus & primogenituræ ex Paul.
conſi.164 col.2. Ancharr. in cap. 2. ad
fin.de conſti.Soccin. conſi.252. volu.
2.& in.l.Gallus.§.inſtituens. nume.5.
vbi Iaſſ.numer. 23.delib. & poſthu.&
alij per Molin.lib.1,capit.1.num.1. &
lib.3.cap.8.nume.19. ¶ Vnde ſicut
24 appellatione primogeniti repreſenta
tio non excluditur, ſed primogenitu-
ra tranſmittitur, & repreſentatur, ita
filij maioris vocatione nepos ex filio
maiori prædefuncto patris perſonam
repreſentando comprehenditur, & ſe
cundo genitum excludit. quam ſentẽ
tiam veram fatentur.Soccin.d.num.5.
Iaſſ.23.in.d.§.inſti.Gozadi.conſi.4.nu.
13.Decius conſ.299.nu.8. Aflictus in
cap.1.de natura ſucceſſ. feud.in princ.
num.46.Ancharr.conſi.27.nu.10.quẽ
licet corrupte referẽs ſequitur Roma.
conſi.438.num.13.Pariſ.conſ.72.nu.9
vol.4.Soccin. iuni.conſ.114.num. 14.
vol.1. Gratus conſ.5. per totum Deci.
conſ.80.num.4.& conſil.270. num.1.
Portius conſi.14.num.15.Peralta in.l.
cum ita,§.in fideicommiſſo. nume.15.
delega.2. Tiraquel.de primogenit.q.
40.num.11.& quæſt.41.num.4.&. his
non relatis alios referens.Molin.lib.3.
cap.8.nu.19. quod aperte probat tex.
in.l.2.tit.15.parti.2. ibi, *la hija mayor he-
redaſſe el reyno*, & ibi, *que ſi el hijo mayor
murieſſe ante que heredaſſe ſi dexaſſe hijo o
hija*, vbi faciens.l.mentionem de maio
re nepotem ex præmortuo patruo ex
cluſſo admittit. ¶ Quod à fortiori 25
procederet, cum maioratus inſtitutor
filios filij maioris ad primogeniũ inui
tauerit: aut aliter cõſtiterit eos ad pri-
mogeniũ admittere voluiſſe, quo caſu
efficere nõ poſſet filij maioris expreſ-
ſio, quod nepos eã qualitatẽ maioriæ
repreſentando ad maioratũ non ſit ad
mittendus, vt aduertit Socc. qui in con
trariũ adducitur in.d.l.ſi cognatis. nu.
5 Alex.d.conſi.4.num. 14.& conſi. 9.
vol.1.Iſernia, in cap.1.num.14.de ſuc-
ceſſ.feud.Bologni.conſi.62.colum.1.
Barba.conſi.10.volu.2.num.11.Deci.
conſi.397.nu.6.&.7.Socci. conſ.168.
num.2.vol.2. ¶ Neque ſufficeret ſe- 26
cundo genitum vere filium maiorem
eſſe vt nepotem à præmortuo relictũ
à maioratus ſucceſſ. excluderet, quia
in huiuſmodi ſucceſsionibus prius gra
dus, ac deinde ſexus, & poſt modum
ætas, conſideratur vt aduertit Corne.
conſi.199. num.38.volu. 2. & eſt ſatis
notum ex quo quamuis filius ſecundo
genitus ætate maior ſit, cum primum
gradum non teneat, à nepote in eo
conſtituto recte excluditur, quia licet
in alijs ſucceſsionibus filij primum, ne
potes ſecundum pro nepotes tertium,
ac deinceps cæteri deſcendentes gra-
dum conſtituant. l. 1.§. primo gradu.
l, iuris conſultus. §. tranſſeamus. ff.
de gradibus, l. 2.§. legitima hæredi-





tas de ſuis & legitimis. §. inſti. de hæ-
red, quæ ab inteſta, & notat Paulus in
l fin.C.de verbo ſigni. in hac tantum
de qua agimus quilibet ex filijs diuer-
ſum ab alijs gradum conſtituit, filius
primogenitus cum eius deſcendenti-
bus primum ſecundo genitus ſecun-
dum tertio genitus tertium, & ſic de
cęteris ex Paulo.d.conſil. 164 colu.2.
per tex.in cap.1.verſic.fin.de natu.ſuc
ceſs.feud. dicente num.4.quod quam
uis filius & filia ſint impari gradu, in
hac tamen ſucceſsione maioratus, fi-
lius maſculus primum conſtituit, &
fœmina ad inſtar ſecundi reſpectu ip-
ſius reducitur, quod tenuerunt etiam
Soccinus in. l.Gallus.§. quidam recte
num.4.& conſi.227.num.3.volum.2.
Aretinus in.l.ventre fallentia.4.de ac
qui.hæred.& melius Ruin⁹ conſi.120.
num.11.vol.1.& conſi,117. num.8.&
151.num.15.&.154.num.3,&.167.nu.
11.vol. 2. & conſi.168. num. 6.vol.3.
Curtius iuni.conſi.125.num.5.
27 ¶ Et in contrarium aducta procede
rent quando ex omnibus liberis, ſeu
deſcendentibus quicunq; vere maior
cuiuslibet gradus fuerit ad primoge-
nium inuitaretur.quia tunc ſola gra-
dus prerogatiua & maior ætas inſpe-
cta ſecundo genitus ad eam ſucceſsio
nem admitteretur, vt eleganter conſi
derat Alexand.conſi.4.num.14.lib.4.
Ancharr.d.conſi.27. & alij de quibus
ſupra qui ſic ſunt intelligendi. Si vero
ſimpliciter filius maior ex linea recta
filij maioris & ex vno quoque gradu
eiuſdem lineæ ad maioratum ſit voca-
tus, vt frequentius cõtingere ſolet, nõ
is qui inter omnes deſcendẽtes aut in
omnibus deſcendẽtium gradibus æta-
te maior reperitur, ſed vnius cuiuſq;
gradus primogenitus ex linea recta
primogeniorũ gradatim admiſſus cẽ
ſebit, & ex ea vocatione ad primoge-
nium admittẽdus vt plurimi ex ſupra
dictis aduertũt & magis in ſpecie pro-
bat Alciatus conſi.184.& conſ.8. inter
conſi.Grati.& idem Alciatus conſi.96
num. 36, ¶ Multum enim difert an 28
ex omnibus deſcendentibus de fami-
lia ſeu ex aliquo genere tantum natu
maior inuitatus ſit vt inter omnes iux
ta prioritatem ætatis modus ſucceden
di cõſtituatur, an vero maior reſpectu
certi gradus ſit admittendus, vt is or-
do ſuccedendi gradatim obſeruetur,
vt declarat ipſe Alciatus lib. 8. parer-
gon cap.15. ad fin. quem ſequitur Pe-
ralta in Rub.de hæredi.inſti. nu. 130.
verſic.vltim.præmiſsis & ita tan ex iu
re regio, quam ex iuris communis re-
ceptiori ſententia, nepos ex præmor-
tuo primogenito in ea vocatione filij
maioris excluſſo patruo, comprehen-
ditur. ¶ Tertio ex hac repreſentatio 29
ne videtur dicendum prædefuncti fi-
lium ex perſona patris, quã repreſen-
tat, & non propria ipſius ad maioratus
ſucceſsionẽ admitti. quod de iure cõ-
muni receptum videbatur ex gloſſ. in
l.1.§.ſi ſit filius.ff.de coniu.cum emãci.
vbi probat ius filio emancipato cõpe-
tere ex perſona patris & non ſua, ſe-
quuta à Bart. ibidem col.fin. & magis
in ſpecie probant hanc ſententiam
Ioann.Faber.& Platea in.§.cum filius
inſti. de hæred. quæ ab inteſta. Paul.
conſi.421. quod iſta mater. numer.1.
lib.1. verſic. & primo probatur, ſentit.
Abb.conſi.85.num.1.Clarius Iaſſ.cõ-
ſil.139.colum.2,vol.4. Portius conſil.
37.num.3.& conſi 35.num.3.
¶ Sed magis ſecure tenendum eſt 30
quod quamuis filius perſonam paren-
tis cum primogenitura & maioria re-
preſentet eidem quę competant pri-
uilegia tan perſonæ, quam gradui
ipſius parentis conceſſa non tamen
ſuccedit ex perſona patris ſed ex

propria ipſius filij, & iure proprio
tanquam nepos & nõ tanquam patrẽ
repreſentans: quaſi vere & omni tem-
pore foret, ille in cuius locum ſub ro-
gatur & non ex perſona ipſius ſed ex
propria à lege ipſa ſucceſsionem acci-
peret, ex eo potiſsimum quod præde
functus nũquam actualem ſucceſsio-
nem habuiſſet hæc eſt celebris doctri
na Bart. parũ ſibi conſtan in .l. 1 .§. ſi
nepos decollar.dot.& in.l.2. in fin.C.
deliber.præter & eam ſententiam in
ſpecie ſequuntur Capi. deciſſ. 21.nu.
6.Gramati. deciſſ.63 num. 5. Alexan.
conſi.20.numer.8.verſic.octauo non
obſtat.lib.1.& conſi. 4. num.13.lib.4.
Ancharra. conſi. 315. ad medi. Deci.
conſi.443.num.20.&.30.& conſi 318.
num.6 Ripa.in.l. in quartã. num. 199.
ad.l.falcidi. Anto. Gama. deciſſ. 385.
num.2.Tiraquel.de primogeni.quęſt.
40.num.116.Tellus in.l.27. Tauri.nu.
2.& hanc Bart.ſentent. ſequunt.Bald.
num.4.Salicet.3.Corneus.1.Alexand.
6.Aretin.1.in.l.2. C. de lib.pręt.Alex.
conſi.20.num.3.volu.1.& conſi. 191.
num.2. lib. 2. Curtius ſenio.conſil.44.
Decius conſ.433.Cepha.conſi.16.nu.
47.Maranta in.l.is poteſt.nume. 256.
Ruinus conſi.127.num.7.vol.3.& nul
lo ex his relato.Molin.lib.1.c.1. num.
17. ¶ Ex quo ſingulariter deducitur
31 quod quando nepotes in locum parẽ-
tum præmortuorum ſubrogantur ad
ſuccedendum cum patruis auo non
tenerentur ad debita contracta à ſuis
præmortuis parentibus, cum ex perſo
na propria tanquam nepotes auo ſuc-
cedant.quod reperio, nouiſsime con-
ſuluiſſe Ioann. Rojas de ſucceſs. ab in
teſta.cap.6.num.3.&.4.
32 ¶ Deducitur etiam pactum de non
ſuccedendo factum per filiam viuen-
te patre mortuamn, epotibus non pre
iudicare.vt pote quia ex perſona pro-
pria tanquam nepotes auo ſuccedant
quod ſingulariter dixit Bald.in. l. fin.
col.penul. verſic. hic incidenter.C.de
pact.Ancharr.conſ.315.dominus Ber
tol.& Tiraquel.referens plures de pri
mogenit.quæſt.40.num.117 quæ qui-
dem omnia intellexit.Gab.de ſucceſſ.
ab inteſta.conſ.c.1. nu.27. vide per eũ.

### *SVMMARIVM.*

*Prouiſsio hominis facit ceſare prouiſsionem l.num.1.*

*Admiſsi cenſentur à teſtatore, qui ex verbis inſtitutionis admittuntur tacite vel expreſſe num.2.*

*Voluntas facit ceſſare tranſmiſsionem. num.3.*

*Repreſentatio excluditur vel admittitur ex voluntate teſtatoris.num.4.& 5.*

*Repreſentatione excluſſa in ſucceſsione aſcẽdentium an cenſeatur excluſſa in ſucceſsione tranſuerſalium, num.6 & 7.*

*Repreſentatio quando admittatur in ſucceſsione teſtamentaria latiſsime diſcutitur num.8. vſque ad num.25.*

*Diſpoſitio hominis ad inſtar prouidentiæ. l. regulatur, num.10 & 11.*

*Inteſtatus permiſsiue dicitur diſpoſuiſſe ſecundum legem.num.12.*

*Reſeruans facultatem diſponendi de certa ſumma dicitur diſpoſuiſſe decedendo ab inteſtato.num.13.*

*Teſtator intelligitur in dubio voluiſſe regulari diſpoſitionem ſuam ſecundum iuris cõmunis regulas, num.14.*

*Teſtator in dubio intelligitur cogitaſſe de legis diſpoſitione & ſecundum eam voluiſſe ſucceſsionem eius deferri.nu. 15.*

*Repreſentationem admitti in ſucceſsione teſtamentaria ordinaria eleganter probatur, num.16.& 17.*

*Conditionalis diſpoſitio effectum actus ſuſpendit & interim vocatio quaſi ſomnium eſt.num.18.*

*Ius*



*Ius quærendum ſeu delatum ſub aliqua conditione ſemel defecta non tranſmittitur num.19.*

*Conditione purificata per inde eſt ac ſi à principio diſpoſitio fuiſſet pura, num. 20.*

*Conditione deficiente non tan dicitur excludi ſubſtitutum, quam per inde haberi ac ſi nunquam ſubſtitueretur, num.21.*

*Tranſmiſsio in diſpoſitione conditionali defecta conditione non admittitur.nu.22.*

*Tranſmiſsio in contractibus quando locum habeat, num 23.& 24.*

*Tranſmiſsio non procedit quando conditio quæ in perſona ſtipulatoris ad implenda erat defecta omnino fuit in perſona ipſius, num. 24.*

*Perſona in determinate ſub aliqua qualitate vocata ſi ante exiſtentiam ipſius moriatur non diceretur qualificate vocata ſed omnino in diſpoſitione omiſſa.num.25.*

*Qualitas in perſona ſuccedere volentis ad ſuccedendum requiſita an tempore diſpoſitionis vel quo diſpoſitio ad effectum perducitur ſit in eo verificanda. numer.26. vſque ad fin.gloſſæ.*

*Qualitas primo genituræ, & maioriæ, atque proximioris, an tempore diſpoſitionis vel euenientis ſucceſsionis conſideretur, nu. 27.28.& 29.*

*Qualitas quando per modum cauſæ finalis exiſtentiæ, aut fundamenti diſpoſitionis adiecta ſit.num. 31.*

*Qualitas quando per modum demonſtrationis adijciatur, num. 32.*

*Qualitas an in dubio præſumatur adiecta per modum cauſæ finalis vel demonſtrationis tantum num 33 & 34.*

## Ad.l.40.gloſſ. 13.

1 IBi, *ſaluo ſi otra coſa eſtuuiere diſpueſta*, &
merito cum prouiſsio hominis fa-
ciat ceſſare prouiſsionẽ.l. ex Anchar.
conſi.400.num.6.Tiraquel.in.l. ſi vn-
quam verbo libertis num.8.&.9.C.dé
reuocan,dona. ¶ Et tantum ad ma 2
ioratus ſucceſsionẽ admittantur quos
admiſiſſe inſtitutorem ex verbis eius
diſpoſitionis conſtiterit ex Iſernia in
cap.1.in prin.ad fi.de feud. Mar. & in
cap.1.§.præterea ducatus col.3.de pro
hibi.feud.aliena.Tiraquel. de primo-
genit.quæſt.40.num.56.Molin.lib. 1.
cap.2.num.27. ¶ Vnde voluntas fa- 3
cit ceſſare tranſmiſsionem & contra
tranſmiſsibile quo dex ſua propria na
tura tranſmitti non poterat Bald. in. l.
vnica.C.de his qui antea per tab.Soc-
cin.per tex.ibi in.l.in conditionibus.§.
1. de condi.& demonſt. Deci. in. l.1.
colu.3. C.de inſti. Crotus in.l. ſi is qui
pro emptore.nu.76.de vſucapio. Iaſſ.
conſi.75.col.2. in princi.vol.2. Curti.
Seni.conſi.75. col.10. Pariſ. conſi.52.
num.18.vol.3.&.conſil,91.num.41.
vol.2.Alexand,conſi.96. vol,3.Hiero
ni.Zanc.in. l. hæredes mei. §. cum ita
num.195.ff.ad Trebel.Anton.Gama.
deciſſ.158.num.3. ¶ Et in ſpecie re- 4
preſentationis probat Portius conſil.
8.numer.13. ¶ Sicut econtra poſſet 5
efficere teſtator quod in caſib9 in qui-
bus non eſt locus repreſentationi ea
neceſſario ſit admittẽda vt deducitur
ex Soccino conſil.140.volu.1.Decius
conſi.15.38.&.105.Pariſ.conſi.37.38.
num.13.vol. 2.& Soccin. conſi. 116.
num.15.vol.1. ¶ Et in tantum hoc 6
procederet, quod excluſa repreſenta
tione in ſucceſsione aſcendentium, cẽ
ſeretur etiam excluſa in repreſentatio
ne in ſucceſsione tranſuerſalium, tan
ex eo quod per amplationem trãſuer
ſalibus fuerit conceſſa & deficiente re
gula ampliatio finitur, ex Dominico
in c. qualis.22.diſtinctione per gloſſ.
fin.in cap.poſtulaſti de reſcrip.vbi An
ton de Butrio. ipſe Anto.in cap.1.no-
tab.4. & Abb. ad fin. de pact. Felin.in

cap.non ne.nu.3.de præſumptionib.
6 ¶Quam quia extenſio nõ poteſt ſub
ſtineri ſine regula, licet econuerſo re-
gula ſine exceptione ſubſtineatur ſi-
cut neque acceſſorium ſine principa-
li licet econtra principale, ſine acceſ-
ſorio poſsit ex Aret.in.l.ſi quis.§.ſi ſuo
teſtamen.de vulgari melius Mari.Soc
cin.iuni.conſi.3.volu.1.& quia ad de-
ſtructionem antecedentis venit de-
ſtructio conſequentis.capit.ex officio
de præſcrip. cum vulga.Euerar,in lo-
co à deſtructione antecedentis.
7 ¶Erit tamen.l. iſta ſingularis dum
in ſucceſſ. teſtamentaria quando à te-
ſtatore non excluditur ſemper admit
tit repreſentationem quod de iure cõ
muni impugnaberunt quam plurimi
maximæ authoritatis viri, ex eo quod
in ea principaliter conſideretur teſtã-
tis affectio quę circa proximiores per
veritatem maior exiſtimatur: vulgata
l.cum ita.§.in fideicommiſſo delega.2
§.ſi plures delegi.agna.ſucceſſ.l.2.§.ſi
duo de legi.tutel.l.hęredes mei.§.cum
ita ad Trebel.& quia in legali ſucceſ-
ſione ſola ipſius legis diſpoſitio abſq;
affectione alicuius conſideratur, ex
quo repreſentatio quæ ab inteſtato ex
l.admittitur contra teſtantis præſump
tam affectionem denegatur quibus &
alijs rationibus in teſtamentaria ſuc-
ceſsione non dari repreſentationem
firmiter tenuerunt Bald.in.d.§.in fidei
commiſſo Alexand.conſi.4.vol.4.ver
ſic.fortificatur,& conſi.129.vol.5. De
ci.conſi. 187.529.553.408.vbi fatetur
ita fuiſſe in Rota Curiæ Romanæ, &
conſi.478.&.474.num.7.&.480.num.
9.Iaſſ.in.l.2.C. de ſucceſ. ædi. Rubeus
conſi.36.cum quatuor ſequẽtibus Go
zadi.conſi.29.colum.2.Pariſ.conſi.30.
num.63.volu.2. & conſil.90.num.46.
eod.volum.Soccin.iuni.conſi.9. num.
2.vol.2.& cõſi.149.num.10.eod. vol.
& conſi.140.nume.11.vol.3. Beroius
conſi.94.num.15.volum.2.Gratus cõ-
ſil.27.num.20.volum.1.Portius con-
ſil.52,num.5.& conſi.128. numer. 12.
Crotus cõſi 9. Alciat.conſi.25. thom.
1 libr.2. & hanc tenent Anto.Gab. de
ſucceſſ. ab inteſt. concl. 1. numer. 12.
Acoſta de maioratu.patrimo.num.12.
verſic.dici poterit.Anto.Gomez, hic
num.41.& in.l.8.num.17. vbi omnes
hanc dicunt communem & verã opi-
nionem atque ſepius ſecundum eam
in ſupremis tribunalibus iudicatũ fuiſ-
ſe teſtantur. ¶Vnde Bal.& Paul. in 8
l.ſi quis filio.ff.de legi.hæri. intellixe-
runt tex.in.l.1.§. ſi quis proximior. ff.
vnde cognati in ſucceſsione ab inte-
ſtato tantum procedere. ¶Contra- 9
riam tamen ſententiam etiam de iure
communi veriorem quã plurimi exi-
ſtimarunt, ex eo quod hominis diſpoſi
tionem ad inſtar prouidentiæ.l.regu-
lari crediderunt, vt aduertunt Iaſſ. in
l.1.col.3.C.de his quib.vt indig.Deci.
conſi.90.col.2.Ruinus conſi.87.vol.2
Aimon.conſi.180.nu.3.& alijs & plu-
rimos referens Tiraquel. de primoge
nit.quæſt.40.num.91.&.92. cum alijs
Couarr.cap.38.pract. nu. 4. verſic. ex
quibus infertur Aluarus Baez de iure
emphiteo.quæſt.50.numer.31.verſic.
quamuis autem Bald. 2. & quia cauſa
teſtati à cauſa inteſtati regulatur, præ-
cipue reſpectu delationis ſucceſsio-
nis fideicommiſsi ex gloſſ.quæ ſic in-
telligitur in.l. cum ita. §. in fideicom-
miſſo delega. 2. & probant Corneus
conſi.131.ad fin.lib.2.& conſi.86.col.
penul.lib.3.Ruinus.conſi.144. nume.
13.lib.3.Deci.conſi. 186. col. 2.Pariſ.
conſi.37.num.42.& conſi.38.col.1. cõ
ſil.57.num.16.lib.2.Soccin.iuni. con-
ſil.26.num.25.lib.1.Alciatus conſi.96.
num.34.cum alijs. ¶Etiam intermi
nis.l.1.§.ſi quis proximi. ff. vnde cog-
nati



nati vt contra Bald.& Paul.ſupra con-
ſiderãt Socc. Garſia. Lupus & aliquos
referens ſequitur Rubeus conſi.8.nu.
1.& conſ.37.num.4. & conſi. 128.nu.
4.Gozadi.conſi.36.num. 8. atque alij
11 quam plurimi de quibus infra.
¶Dicitur enim quando quis ab in-
teſtato deceſsit permiſsiue diſpoſuiſ-
ſe, id eſt ſecundum.l.diſpoſitionem. ſi
cut teſtatus diſpoſitiue vt acutiſsime
aduertit Bald.in.l. emancipata in. 8.
oppoſitione decollat. quem ſequitur
Alexand.conſi.44.in fi.vol. 5.Garron.
in authenti. ex teſtamento.nu.4.C.de
ſecun.nupt.cui adde Iaſſ.in Rub.de li-
ber,& poſthu, col. 4.& cõſi.202.col.
4.vol.2. Cagnol.in Rub. quando non
12 petent.part.num. 16. ¶Vnde ſingu
lariter dixerunt viri equidem doctiſsi
mi, quod reſeruans facultatem diſpo-
nendi de certa ſumma dicitur diſpo-
nere decedẽdo ab inteſta.Bal.Nouel.
relatus per Curt.iunio.conſi.4. col. 2.
ad fin.Cagnol.in.l hæredem num.12.
de reg. iur. de quo vide Aymon.conſ.
256.in fin.Celſo conſ. 37. per totum.
Mantica de coniecturis.fol.michi.151
colum.3.num.14.ſubtilis Hieroni.Zã
cus in.l.hæredes mei. §. cum ita. num.
711.ff.ad Trebel.& ita videbatur dicẽ
dum quod ex ea ęquiparatione de ſuc
ceſsione teſtamentaria ad eam quæ à
lege ab inteſtato defertur, repreſenta
tio in ea admittatur, quæ verior ſentẽ-
tia hodie apertius probatur per hãc.l.
13 ¶Quam vt ab origine intelligere
poſsimus hac neceſſaria diſtinctione
vti debemus, aut ſucceſsio teſtamenta
ria ex ordinaria hominis diſpoſitione
defertur, vt quando inſtitutor ſimpli-
ter ad eius ſucceſsionem filium maio-
rem, ſeu proximiorem conſanguineũ,
vocauit, & tunc cum ſit intelligendũ
ſuam teſtamentariam dubiam diſpoſi
tionem regulis iuris communis adæ
quare voluiſſe, & ſecundum conſtitu
tiones ſucceſsionis ab inteſtato ſuam
ad poſteros deferri voluiſſe ex vulga-
ta doctri.Bart.in.l. hæredes mei. §.cũ
ita ad Trebel. & in .l. iuſiurandi. §. li-
beri.debo.liber.ſequuto à Iaſſ.in.l.om
nes populi. num.28.de ius.& iur.& in
l.ſi quis id quod num.18. de iuris. om.
iudic. Alexand.conſ.14.volum.4.De-
cius conſ.278.num. 4. Alciat. de præ-
ſumptioni regula. 3. præſumptione.
32.num.1.Ripa.in d.§.cum ita num.74
&.75.vbi Zancus.num.1119.
¶Atque in dubio videatur cogitaſ- 14
ſe de legis diſpoſitione idque ipſum
quod .l.diſpoſuiſſe.& quod ſecundum
eam in eius bonis foret ſuccedendum
deſideraſſe.l.cum patrem. vbi Bald. in
fin.de condi.inſer.Deci.conſi.47.in fi.
Portius conſi.52.num.10.Crotus con
ſil.35.num 4.Alexand.conſi.55.num.
4.volum.4.Emilius conſil.44. num. 5.
& conſi.12.num. 17.& conſi.60.nu.
4.& cõſ.139.in fi. ¶Merito in ea or 15
dinaria teſtamentaria ſucceſsione re-
preſentatio eſt admittenda: vt elegan
ti doctrina Ioann. de Imola ſuadetur,
in.l.interdum in princ.ff.de acqui hæ-
redit.dicentis quod quando conſobri-
ni cum patruis in ſucceſsione teſtamẽ
taria concurrunt videntur in ſtirpem
inſtituti & repreſentatio admittitur.
quam doctrinam ſequuntur Alex.cõ-
ſil.55.vol.2 Ciſontanus nu. 2. Tellus
5.in.l.8. Taur & melius Ioãnis Rojas
de ſucceſſ.ab in teſta.capit.32.num. 9.
cum alijs & ſatis ex ſupradictis con-
probatur contra Gomez. qui in. d.l. 8.
num.17.contrarium & male credit.
¶Et hinc in ſucceſsione maioratus 16
ſicut quando ex.l. aut antiquiſsima cõ
ſuetudine abſque hominis prouiden-
tia deriuatur, repreſentatio admitti-
tur, vt late ſcripſimus in gloſſ.2.dicen
dum eſt fore admittendam quando ex
homi-

hominis ordinaria diſpoſitione defertur, quia cum ex ea Hiſpaniarum antiquiſsima conſuetudine, etiam ante ius partitarum, longe verius & receptius erat nepotem, vel neptem, patruo in ſucceſsione fuiſſe prælatum vt reſoluunt Tiraquel.de primogenit. quæſt. 40.num.18.& Molin.lib.3.capit.6.nu. 26.merito ſecundum eam vetuſtiſsimam cōſuetudinem, atque iuris communis receptiorem ſententiam, credēdum eſt maioratus inſtitutores quia ordinarias vocationes fecerunt, eoſdē nepotes patruis ſuperſtitibus prętuliſſe: vt in ſpecie eleganter argumentantur Abb.conſi.85.num.5. Areti.conſi. 162.num.10.Soccin.conſi.252.nu.10. vol.2.& conſ.47.num.13 vol.4.Guid. pp.quæſt.506.Socc.iuni conſi.1.num. 113.vol.1.& conſi.133.num.20.&.23 & conſi.146.num.16.vol.2. Pariſ.conſ. 48.vol.2.Ruin.conſ.147.num.7.volu. 2.Deci.conſi.397.num.6.&.7.Corne. conſi.37.num.5.vol.1.Bellamera. deciſs.723.num. 18. Riminal. conſi.78. num.1.volum.1.Suarez in.l.quoniam ampliat.10.verſic. *ego dico*, Tiraquel.de primogenit.quæſt.40.nume.183.Couarr.lib.2.varia.cap.5.num.2. Grego. in.l.3.tit.13. parti.6. verbo, *el mas propinquo*, colum.2.& verbo, *maioria*, verſic. vnde ſufficit & his non relaris Molin lib.3.cap.6.num.27.& conſequenter cum iuditio.l.iſta in ea maioratus ſucceſsione teſtamentaria ordinaria ſemper admittit repreſentationem.

17 ¶ Aut enim ſucceſsio teſtamentaria non ex ordinaria hominis prouidentia conſtat, ſed cum aliquibus qualitatibus, aut conditionibus in perſona ſuccedere volentis neceſſario verificandis, deriuatur, & in hac ſpecie cum effectus conditionis ſic actum ſuſpendere vſque ad eius implementum, & ipſius conditionis euentus debeat expectari, atque interim vocatio ſit quaſi ſomnium, nihil q; pendente in rerū natura, vt vulgaria iura probant.l.hæc venditio de contrahen. emptio.l. neceſſario.§. ſi pendente.de periculo & commodo rei venditæ.l. ſi pecuniam ſi cert.peta.l.ſi quis ſub conditione dādorum. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta. & pro regula conſtituitur à Ioann. Andre.ad ſpecula.tit. de teſta. in addi. ad Rubi. colu. 3. verſic. *item Lambertinus*, Paul.conſi.16.num.4.lib. 1. Alexand. conſi.26 num.14.lib.3.& conſi.13.nu. 4.lib.4.Ruinus. conſil.96.colu.penul. lib.2. Decius conſi.254.num.6.&.299 num.8.Pariſ.conſi.31. num.41.&.36. num.10.lib.2.& dicit communem Alciatus reſponſo. 594. nu. 1. Tiraquel, de retractu.conſanguine.§. 1. gloſſ.9, num.97.Curtius iuni.conſi. 58. num. 5.Beroius conſi.103.num.6.vol.2. Pariſ.conſi.83.vol.2.

18 ¶ Merito primo inſtituto mortuo pendente conditione, aut non dum in eius perſona qualitate verificata, nihil ad eius ſucceſſorem tranſmitti, cum ius quærendum ſeu delatum ſub aliqua conditione ſemel defecta non tranſmittatur vulgata.l.vnica.§. ſin autem aliquid ſub conditione.C.de cadu tollen. l. ſi in perſonam.C.de fideicommiſſ.gloſſ. & omnes in.l.hęredes mei.§.cum ita ad Trebel.& in.l.vnica. C. de his qui ante aper.tab.& reſoluunt Iaſſ.in.l.cum filio 5.notab.de lega.1.& conſil.80. in fin. lib. 1.vbi dicit non inueniſſe aliquem de mundo aduerſus hanc veritatem tenentem. Alexand. conſi. 36. colu. 2. vol.3.& conſil.92.col.1.&.62.colu.1. vol.7.& conſi 198.in princ.volu.6.Pariſ.conſi.18.num.67.vol.2.Socc.conſ. 77.in princ. vol.1. Beroius conſi. 117. num.7.vol.2.& conſi.91.num. 13. eod. vol.Deci.conſi.416. Soccin.iuni. conſ. 117. num.16.vol.1.Crotus in.l.1.col.15. verſic.



19 verſic. *quinta concl.de legati*.1.

¶ Et hoc quia ſicut purificata conditione perinde eſt ac ſi à principio ſubſtitutio fuiſſet pura, cum par ſit conditio actus puri & conditionalis purificati.l.fin.§. ſi Titius de vulg. vbi Iaſſ.notab.2.Deci.conſi.551,&.613.col.2. Socci.iuni. conſi.172.col.5.vol.2.Crotus in.l.ſi is qui pro emptore num.94.Tiraque.de retract.lignagi.§.1.gloſſ.2.num.26.

20 ¶ Sic deficiente, non tā dicitur excludi ſubſtitutum quam perinde haberi ac ſi nunquam ſubſtitueretur. l.pecuniam vbi Deci.2.notab.ſi cert.peta. per.l.1.de regula. Cato. Paul. conſil. 292.col.2 vol.2.Corne.conſ.180.col. 3.vol.4.Pariſ.conſi.19.col.5.volum.2. Craue.conſil.62.col.1.Angel. conſil. 265.in.2.dub.Anani. conſi. 68. Socci. conſi.117.colum.penul.volu.3.

21 ¶ Et magis in ſpecie trāſmiſsionis ſeu repreſentationis in ſucceſsione maioratus probant Oldrald.conſi.224.nu. 27 Abb.conſi.70.num.12.Rub.conſi. 86.Gratus conſi.16.num.11.lib.1. Tiraquel. de retract. lignagi.§.1. gloſſ.9. num.102. Portius conſi. 8. numer.45. Coſta de maiora. bono. patrimo. nu. 14.verſic.neque poteſt.nepos. Aluar. Vaez de iure emphi.quæſt.50.nu.27.

22 ¶ Etiam ſi maioratus in contractu inſtituatur quia licet in contractibus conditionalibus pendente conditione naſcatur ſpes debitum iri ad hæredes tranſmiſsibilis.§. ex conditionali inſti.de verbo. l. neceſſario.§. quod ſi pendente de periculo & commo. rei. ven.l.ſi quis Titius de verbo. & probant Alciat. in cap cum contingat nu. 326.de iure iuran. Benedictus in cap. Rainu. verbo & vxorem nomine nu. 62.Ripa.reſponſo. 1. de reuoca.dona. & ratione differentiæ quam de contractu ad fideicommiſſum tradit bene eruditus Zācus in.l.hæredes mei.§. cum ita ad Trebel. num.152. cum alijs & num.211.atque in ſpecie.l. quoties C.de dona.quæ ſub.mo.tenent omnes de quibus ſupra.

23 ¶ Tamen ea tranſmiſsio non procedit quando conditio quæ in perſona ſtipulatoris adimplēda erat defecta omnino fuit in perſona ipſius, vt eleganter intelligendo tex.in d.§. ex cōditionali tenent Ioān. Faber.ibi num.2.Alciat. reſponſo.99. nume.22.quem ſequitur Alua. Vaez. de iure emphi.quæſt 50.num.27.licet eum corrupte referat alegādo reſponſum. 6. num. 17. & ita intelligit Coſta in allegatione pro patruo.nu.25.verſic.ego tn̄ reſpondeo.

24 ¶ Quod quidem ex eo elegāter confirmatur quia quando perſona indeterminate ſub aliqua qualitate certo tempore neceſſario verificanda vocatur ſi ante ipſius exiſtentiam mortua fuerit non diceretur qualificatè vocata, ſed omnino in diſpoſitione omiſſa ex.l. commo diſſ. de libe. & poſthu. vbi Aretinus & in.l.ſi contra.colu.6.de vulga. Euerar.conſi.5 colu.5.verſic. ſic præterea Tiraquel.de primogeni. quæſt. 40 nu. 198.& in tract.de retracta.con ſangui. §.1. gloſſ. 9. num.101. verſic. *ſed tamen*, Bellamera.concl.724.col.8.verſic.modo dicta diſpoſitio Ancharr.conſ.356 col.2.verſi. ſecundo, Deci.conſi.15.ad fin.Bellonus conſ.41.num.15. Gozadi. conſi.65.in fin.& in hac ſpecie procedit ſecunda pars noſtræ.l. in prædictis verbis. *ſaluo ſi otra coſa eſtuuiere diſpueſta* vt ſit neceſſario intelligenda de teſtamentaria ſucceſsione extraordinaria, in qua non admittitur repreſentatio, ſed ſolum diſpoſitio inſtituentis primogenium excludere ſeu admittere volentis repreſentationem inſpicitur.

25 ¶ Sed cum late ſcripſerimus mortuo primogenito, non dum qualitate, ſeu conditione, ab inſtituente primogenium

genium requiſita verificata, nihil ad ſe
quentem ſucceſſorem tranſmitti, vti-
liſsimum, atque ſumme neceſſarium,
ab origine examinandum elegimus,
quo tempore qualitas ſeu conditio in
perſona ſuccedere volentis præciſſe
requiſita ſufficiat verificari, an viuo vl
timo eiuſdē maioratus poſſeſſore an-
te actualem ſucceſsionis executionē,
quando ſolam ſpem ſuccedendi licet
formatam & certā primogenitus ha-
buit, vel demum tempore mortis ip-
ſius, quando vere & actualiter defer-
tur ſucceſsio quod quidem continge-
re poſſet quoties duo reperiuntur
quorum vnus filius eſt illius qui condi
tionem ſeu qualitatem ab inſtuente re
quiſitam viuente vltimo maioratus
poſſeſſore habuit, ſed morte preuent⁹
qualitas in eo verificata ſpirauit, qui
patris perſonam repreſentando quali
tatem etiam repreſentare prætendit,
& conſequenter alterum cui vere tē-
pore quo defertur ſucceſsio qualitas
ineſt à maioratus ſucceſsione exclu-
dere. cuius difficultatis vera explica-
tio clauis totius repreſentationis ma-
25 teriæ eſt. ¶ Et quod tempore eue-
nientis ſucceſsionis qualitatis verifica
tio in perſona ſuccedere volētis ad ſuc
cedendum requiſitę conſideretur, ex
eo probatur, quod qualitas neceſſario
in eo verificanda ſit tempore quo de-
fertur ſucceſsio, & diſpoſitio ad effe-
ctum perducitur, neq; ſufficiat ſemel
verificari aut per momētum extitiſſe
niſi duret, & perſeueret, vſque ad euē
tum ſucceſsionis hæc eſt celebris do-
ctrina. Alexan. in. l. ſi rem meam in fi.
de verbo obliga. & reſolutio Soccin.
in. l. ſi cognatis. num. 30. de rebus dub.
quod etiam aduertunt Ruinus conſi.
264. num. 6. vol. 3. Gratus conſi. 65. nu.
2. vol. 1. & conſiderabit Beroius conſ.
108. num. 11. vol. 2. & eleganter expli
cuit. Ripa. reſponſo. 131. num. 15. Ge-
rardus conſi. 3. nume. 31. Tiraquel. de
primogenit. queſt. 40. nu. 177. & pro
regula ab omnibus paſim traditur. er-
go ita dicendum videtur in qualitate
maioriæ, primogenituræ, & ſimilibus,
vt in perſona ſuccedere volentis veri-
ficari ſit neceſſarium tēpore quo ſuc-
ceſsio defertur & conſequēter quod
ſi primogenitus (patre viuo) mortuus
nepotem reliquerit is ſecundo genitū
cui vere tempore eueniētis ſucceſsio-
nis qualitas maioriæ & primogenitu-
ræ in erat excludere non poſſet, fortis
equidem in fauorem patrui contra ne
potem impugnatio quam in qualitate
primogenituræ proſecūdo genito ad
miſſerunt Bal. in. l. 2. num. 5. C. de iure
emphiteo. Alexand. in. l. ex facto. §. ſi
quis rogatus in princi. ad Trebel. De
cius. conſi. 443. num. 14. Tiraquel. de
primogeni. quæſt. 34. num. 7. & 28. &
magis in ſpecie Albanus conſ. 60. dicēs
quod ex quo pater primogeniti non
erat in rerum natura quando mortua
fuit domina Monica de qua ipſe loqui
tur, primogenitura patris ſui nō erat
conſiderabilis, cum non extitiſſet tē-
pore delatæ ſucceſsionis atq; effectus
diſpoſitionis. ¶ Et in qualitate ma- 27
ioriæ probarunt Paul. conſi. 164. col.
6. verſi. ad ſecundum lib. 2. Barbatia. cō
ſil. 11. & 28. vol. 2. Beroius conſi. 71.
col. fin. vol. 1. & per Tiraquel. d. queſt.
40. num. 159. ¶ Et in vocatione pro 28
ximioris magis ſine dubio crediderūt
Ruinus conſi. 191. nume. 10. lib. 2. Al-
ciat. reſponſo. 480. num 15. Rube. con
ſil. 28. num. 9. Socci. iuni. conſi. 172. nu.
28. lib. 2. Euerar. cōſi. 5. col. 4. verſic. &
inter alia Albanus conſi. 106. num. 3. &
4. exiſtimantes proximiores qui eam
qualitatem tempore euenientis ſuc-
ceſsionis habuiſſent cenſeri vocatos,
quæ pro Alexandro in. d. l. ſi rem meā
vrgen-



29 vrgenter faciunt. ¶ Sed his omnib⁹
non obſtantibus contrariam ſenten-
tiam veriorem exiſtimamus, & quali-
tatem in perſona ſuccedere volentis
ad ſuccedendum requiſitam, non tem
pore euenientis ſucceſsionis fore in
eo præciſſe verificandam, ſed vel tem
pore inſtitutionis maioratus, vel in vi-
ta cuiuslibet eius poſſeſſoris, etiam ſi
ante euentum ſucceſsionis moriatur
verificari ſufficere credimus ex elegā
ti doctri. Gofredi doctoris antiqui. in
l. interuenit de lega. præſtan. dicentis
quod qualitas & effectus diſpoſitionis
conſideratur tempore quo fit diſpoſi-
tio, & non executionis ipſius, quam in
effectu ſequuntur Maria Soccinus Se-
nior. conſi. 6. lib. 1. Ruinus conſ. 22. 12.
& 13. lib. 2. idem conſi. 36. nu. 10. eod.
lib. & clarius reſpondet. conſ. 124. nu.
24. lib. 2. Menoch. conſi. 97. num. 150.
Alexand. conſi. 21. & 26. lib. 3. Deci.
conſil. 38. col. 4. Alexand. conſi. 184.
vol. 2. Socci. conſi. 10. col. fin. volu. 3.
Roma. conſi. 231. num. 3. Soccin. iuni.
conſi. 172. num. 24. & 28. 33. lib. 2. Pa-
riſ. conſ. 71. num. 14. lib. 4. iterum Ale-
xand. conſi. 171. num. 2. lib. 2. & bene
Sodoletus in. l. ſi cognatis col. 8. verſi.
Subdit. Bart. ff. de reb. dubi. Ioann. de
Imola. in cap. iudicante num. 12. de te-
ſtamen. omnes ſecure tenentes debe-
re qualitatem conſiderari in perſona
ſuccedere volentis tempore ipſius vo
cationis. quorum ſententiam probat
tex. in. l. vxorem. §. teſtament. 1. dele-
ga. 3. vbi diſpoſitio verificatur in per-
ſona quæ reperitur tempore conditi
teſtamenti. & aliæ perſonæ futuræ ex
cluduntur. quod etiam probat. l. iſta ff.
de auro & argēto legato & hoc quia
cum præſens ſtat nunquam futurus cē
ſetur vocatus, ſed omnino in diſpoſi-
tione excluſus tanquam de eo nō co-
gitatum. Imo ab ſurdum videtur futu-
rum ab inſtituente vocari: cum exta-
ret. præſens. Imola conſil. 113. num.
4. Menochi. conſi. 97. num. 77. & 78.
& melius Ruinus cōſi. 36. num. 16. lib.
2. & quam plurimi relati à Tiraquel.
de retract. conlang. §. 1. gloſſ. 9. nu. 94.
melius Deci. conſi. 95. num. 7. Tiraq.
ſupra. d. gloſſ. 9. num. 83. Alciat. reſpō
ſo. 495. colum. 1. merito reprobantes
Lambertini & Ioann. Andreæ contra
riam ſententiam cum voluntas conſi
deretur tempore quo diſpoſuit teſta-
tor, & nō tempore executionis ipſius
diſpoſitionis: vt prædicti aduertunt &
reſpondit Maria. Soccin. ſeni. conſi. 6.
lib. 1. Menochi, d. conſi. 97. num, 150.
Roma. conſ. 231. quod in ſpecie ſuc-
ceſsionis maioratus perpetui proba-
runt plurimi. qui appellatione filij ma
ioris ſeu primogeniti, omnes in infini-
tum linea recta primogeniorum de
primogenito in primogenitum com-
prehendi & ſecundo genitum exclu-
dere qualitatē primogenituræ & ma-
ioriæ patris pręmortui repreſentando
tenuerunt, & qui etiam exiſtimarunt
appellatione proximioris non exclu-
di repreſentationem neq; admitti pro
ximiores tempore eueniētis ſucceſsio
nis, ſed nepotem patruum excludere:
& ſic deinceps in infinitum de quib⁹
in gloſſa verbo, *la perſona de ſu padre*, &
in gloſſ. verbo, *la voluntad del que le in-
ſtituyo*, quibus ſufficienter in contrariū
adductis reſpondetur. ¶ Et ex abun 30
danti ad celebrem doctrinam Alexā.
& aliorum ſatisfactum remanet, intel
ligendo eam quando qualitas fuit ad-
iecta per modum cauſæ finalis, aut exi
ſtentiæ, & fundamentum diſpoſitio-
nis, quia tunc veriſsimum eſſet tempo
re quod diſpoſitio ad effectum perdu
citur in perſona ſuccedere volentis
qualitatem debere verificari, vt ſingu
lariter intellexit Bald. in. l. humanita-
tis

tis.nu.28. C. de impube. & omnes ibi
Ripa.in.l. ex facto. num. 36. in fin.ff.
de vulga.Imola in clement.2.num.14.
de reſcript.ſic q; ſunt intelligendi Ay-
mon.conſi.202.nu.31.Pariſ.conſ. 201
num.32.lib.1.&Bellonus conſ.1.nu.8.
31 &.9. ¶Si vero qualitas non per mo-
dum cauſæ finalis,aut exiſtẽtiæ, & fun
damenti, ſed ſimplicis demonſtratio-
nis vocationi adiecta ſit:vt qualitas ma
ioriæ, primogenituræ, vel alia ſimilis,
tunc non requirit exiſtentiam tempo
re quo diſpoſitio ad effectum perduci
tur,neq; continuationẽ,aut perſeuerã
tiam, ſed ſufficeret ſi per momentum
in perſona eius verificetur qui admit-
ti ad maioratus ſucceſsionem præten
dit.vt intelligit Bald.in.d.l.humanita-
tis.nu.28.verſic. *vel dic quod*. Ioann.de
Imola in clement.2.nu.14. de reſcript.
& latius Menochi. conſi.79.nu. 106.
107.108. vbi ingenioſe ad Alexandri
32 doctrinam reſpondet. ¶Et in dubio
nunquam pręſumitur qualitas adiecta
cauſæ finali, cum neq; ipſa finalis cau-
ſa præſumatur gloſſ.fi.in.l.2.§.fi. de do
na.in l. ſi mulier. C. de iure doti.Paul.
in.l.fi.C.de condi.ob cauſ.Aretinus in
§.illis autẽ deteſta. mili. Bald.in.l. 1.§.
ſi parendi.colu.1.de condi. cauſ. data.
Socci.Seni.in conſ.83.in fi.lib. 3.

¶Imo potius qualitas præſumitur
33 adiecta diſpoſitioni & perſonæ, cauſa
demonſtrationis.l.fi.§. Titia.in fi.de li
be.lega. Bart.in.l. cum pater §.menſe.
delega. 2. quem ſequuti ſunt Iaſſ in.l.
centurio.num. 51. & Ripa.nu. 140. de
vulga.aliter q; ad Alexan. reſponderi
potuiſſet, ſi minora nos expectarent.
ſufficiat pro nũc ſecure deducere qua
litatem in perſona ſuccedere volentis
neceſſariam, non requirere perſeuerã
tiam, neq; continuam exiſtentiã vſq;
ad tempus quo diſpoſitio ſortitur effe
ctum: ſed per momentum verificatã
mortuo filio ad nepotem trãſmitti,ni-
ſi cauſa finali adiecta fuerit quia tunc
ſecundum ea quæ de qualitate verifi-
canda in perſona pręde functi ſupra di
ximus,erunt dubitationes decidendę.

*SVMMARIVM.*

*SVcceſſores in maioratu non valebunt ex-
cludere repreſentationem neque mutare
ſeu alterare vocationes aut ſubſtitutio-
nes.num.1.*

# Ad.l.40.gloſſ.19.

IBi, *por el que primeramente inſtituyo y or
deno el mayorazgo*, ergo maioratus
inſtitutor eſt qui poteſt excludere re-
preſentationem, & nõ reliqui poſſeſ-
ſores qui mutare, ſeu alterare, voca-
tiones,nequirent, vt latius dicendum
erit in.l.44.Tauri atque dictum fuit in
gloſſ.1.h.l.

*SVMMARIVM.*

*AD excludendam repreſentationem an
ſit neceſſaria diſpoſitio expreſſa,vel ſuf-
ficiat tacita,nu.1.& per totam gloſſ.*

*Diſpoſitum dicitur,quod ex verbis diſponen.
tis euidenter conſtat.num. 1.*

*Voluntas etiam dicitur quæ tacitè ex verbis
diſponẽtis deducitur. num. 2.*

*Argumentum à coniunctione duarum legũ
fortiſsimum.num.3.*

*Argumentum a ſuperfluitate vitanda iuridi
cum.num.3.*

*Repreſentationem excludi coniecturis. nu.
4.& .5.*

*Expreſſa diſpoſitio dicitur quæ ex verbis &
mẽte diſponentis deducitur, quamuis ni-
hil verba exprimant,nu.6.& .7.vſq; ad.
num.12.*

*Repreſentatio an excludatur ex vocatione
porximioris.num.13.cum alijs.*

*Pro-*



*Proximitas ad ſuccedẽdum an conſideretur,
reſpectu primi inſtitutoris vel vltimi po
ſeſſoris,num.14.& .20.*

*Qualitas proximitatis an debeat concurrere
in perſona ſuccedere volentis tẽpore quo
ſucceſsio defertur & diſpoſitio ad effe-
ctum perducitur, nu.15.21.22.& .23.*

*Repreſentatio an excludatur quãdo teſtator
vocauit proximiores ſuos. num. 16.24.
& .25.*

*Repreſentatio an excludatur quãdo teſtator
vocauit proximiores in gradu num. 17.
& .26.*

# Ad.l.40.gloſſ.20.

1 IBi, *que en tal caſo mandamos que ſe guar-
de la voluntad del que le inſtituyo*, ſcili-
cet expreſſa cum.l. dixerit, *ſaluo ſi otra
coſa eſtuuiere diſpueſta.* quæ ad diſpoſi-
tionem expreſſam inſtitutoris maiora
tus neceſſario ſunt referenda, cum id
diſpoſitum dicatur quod ex verbis di-
ſpoſitionis euidenter conſtat, & non
coniecturis tantum deducitur ex ſen-
tentia Dominici in cap.1.§. licet. nu.5.
de procura.lib.6.quem referens ſequi
tur Molin.in conſuet. Pariſ.titu.1.§.13.
gloſſ.3. nu.7. verſic. in contrarium &
magis in ſpecie probat eam ſententiã
præpoſit in.cap.1.nu.10.verſic. 18. de
feud.Mar.& ante ipſum.Bald.in.l. qui
dam elogio.num 23.ad fin.C.de iure.
deliber. & ea ſententia fortius com-
probatur ex adductis in ſpecie per.
Molin.lib.3.cap.8.num.2.3.&. 4.
2 ¶Secure tamen tenẽdum credimus,
non fore neceſſariam expreſſam atq;
indiuiduam inſtituentis primogeniũ
diſpoſitionem, ad excludẽdam repre-
ſentationem: ſed ſufficere tacitam ex
verbis aut mente teſtantis iuridice de
ductam, cum.l. voluntatem ſeruari
cuſtodierit. & non tantum dicatur vo
luntas quæ expreſſa eſt,ſed quæ tacite
& cõiecturaliter ex verbis deducitur,
& teſtatorẽ diſpoſuiſſe quod voluiſſe
creditur ex.l.cum virũ. C. de fideicõ-
miſſ.l.penul.delega.1.l. cũ proponere
tur.l.qui ſolidum delega.2.l. ſi quis lo-
cuples inſi. de manumiſſ. teſtamento.
l.3. de liber.præter.C.l. licet imperat.
de lega.l.ſingularis.tex.in.l.Titius.§.1.
de libe.& poſthu.& facit.l.28 tit.9.par
ti.6.verbo, *otroſi dezimos*, & reſoluunt
Curtius Senior.conſi.51.col.1.&.2. Pa
riſ.conſi.15.nu.12.&.13.vol. 3. Roma.
conſi. 271. in fi. adducentes tex. in.l.
quidam teſta. de vulg ibi idq; aparere
euidẽter ex eo. ¶Et ſi. l. expreſsã ex
cluſionem deſideraret, aperte diceret. 3
ſicut.l.42.ſequẽs ibi, *expreſſamente ſe di
xere*, argumento à coniunctione harũ
legum quod fortiſsimum eſt l. Gallus.
§.ille caſus de libe.& poſthu.imo aliter
l.iſta videretur ſuperflua, cũ ſatis no-
tum foret ex diſpoſitione expreſſa in
ſtituentis poſſe excludi repreſentatio
nem quo argumẽto in fortioribus ter
minis vſus fuit Iaſſ. conſi.140.col. pe-
nul.in princ.vol.2. intelligens ibi tex.
in.l.1.C. de condi. inſer. cuius dictum
ad noſtram ſpeciẽ propriè adaptatur.
¶Et ſufficere coniecturas ad exclu- 4
dẽdam repreſentationem, multumq;
operari voluntas inſtituentis primoge
nium, etiam coniecturata probarunt
Socci.conſi.140.vol.1.& conſ.37. col.
1.vol.3.Pariſ.conſi.38. num.13.vol.2.
Socci.iuni.conſi.116.num.15.volu.1.
Deci.conſ.1.&.15.&.38 & nouiſsime
Tiberius Decia. conſ.63.nu.7.vol.2.
¶Et in ſpecie noſtrę.l. tenuerunt Pa- 5
lati' in pręſenti.nu.22.&. 29. Caſtillo.
nu.30.Greg.in.l.3.tit.13.part.6.verbo.
*mugeres*,col.7.ad fi.verſi.ideoq; dicen-
dũ eſt. quos referens videtur ſequi Lu
douicus Molin.lib.3.c.8.nu.5. ¶Imo 6
quãuis fateremur legẽ hãc expreſſam
atq; indiuiduã repreſentationis exclu
ſionẽ requirere: deducta ex verbis &

S volũ

voluntate inſtituentis ſufficeret, cum
expreſſa & quæ indubium reuocari
non poſsit ea dicatur ex.l.prætor. §. 1.
iunta gloſſ.verbo.expreſſam.ff.de no
ui.ope.nun.l.pater.§.in teſtato. iuncta
gloſſa & Odofredus,ff.fami.herciſ.l. 1.
§.ſin auté de hære.inſti gloſſ.in.l.ſi plu
res de vulgari, & eſt optim⁹ caſus in. l.
quoties. §. ſi quis nomẽ iuncta gloſſ.ff.
de here.inſti.& in.l.querebatur iuncta
glo.de teſta.mili.& tradit ſingulariter
Soccin.iuni.conſi.116.num.15. vol.1.
7 ¶Expreſſum enim dicitur omne id
quod ex verbis infertur ſeu deducitur,
quamuis illud verba non exprimant.
& ſcriptum quod ex ſcriptis colligitur
ex Angelo in.l.quoties per illum tex.
ff.de hæred.inſti.& conſi.17.ad fi. Bal.
in.l.vnica.num.10.C.de his.qui ante.
aper. tabul. Bart. in. l. ſi fideiuſſor. §.
meminiſſe nu.1. in fi.de lega.1.& in.l.
vxorem.§.agri plagam.nu.2.delega,3
& bene reſoluunt.Deci. conſi.68.col.
4.& conſi.397,nu 6.Curti⁹ ſeni.conſi.
75.col.1.ad fin.& conſi.49.num.45.&
65. in fi.Pariſ.conſi.64. num. 10.lib.1.
& conſi.76.num. 14. &. 132.nu.4. vol.
2. Cephalus conſi.74.num.10.
8 ¶ Quod etiam procederet vbi à le-
ge pro forma expreſſum requiritur,
ex Ancharr.conſi.393.col.1. ad medi.
Areti.in.l. Gallus in princi.col.3.ad fi.
verſi pro iſta differentia. & conſi. 51.
col.1.Rui.conſ.122.nu.11.lib.2. Socci.
conſi.180.nu.10.lib.2.Cephal.conſ.74
num.11. ¶ Et in materia quamtun-
9 cunq; ſtricta, tenet id ipſum Galiaula
in.l.1.in prin.num.26.delega.1. & con
firmatur ex multis per Aimon conſi.
149.num.11. & conſi.pro genero. nu.
308. ¶ Vnde in caſu Authenticæ ex
10 teſta.C.de colla.exigentis expreſſam
prohibitionẽ collationis,ſufficit quod
talis prohibitio cõprehendatur ex ver
bis generalibus ſeu æquipollẽtibus vt
eleganter aduertunt Socci. conſi.127.
col.ante penul.vol.3.Fulgo.Roma. &
Alex.in.l.ſi emancipati.C. de colla. &
per tex. cum gloſſ.in. l. ex parte.§. in
teſta.fami,hærcis tradit Barba.in.cap.
Rainal. de teſtament, ¶ Similiterq; 11
quamuis ſecũdum naturam ſucceſsio-
nis feudi frater non poſsit ſuccedere
fratri niſi in conceſsione expreſſum
fuerit,cap.1.§.final. de natura ſucceſſ.
feud.à deo quod nominatim debet il-
lud exprimi.cap.1.§. cum vero de his
qui feud.dare tamen expreſſa diſpoſi
tio dicitur quæ reſultat ex verbis gene
ralibus aut coniecturis certis deduci-
tur,vt communem dicunt Curtius Se-
nior.conſi.48.num,30.& conſi.49.nu.
67.Ripa in.l 1.num. 57. de vulga.
¶Et hinc videmus quod quamuis ve 12
riſsimum ſit hæredem in omni caſu
poſſe detrahere falcidiã, niſi expreſſe
ſit à teſtatore prohibitum,vt in authẽ.
ſed cum teſtator. ad. l. falcidiam.tamẽ
deficiente expreſſa prohibitione ſuf-
ficeret ex verbis conjecturaliter taci-
tam eſſe deductam vt in. l. 1. §. ſed &
quoties vbi Ripa. ad Trebel. & in.l. fi.
C ad. l. falcid. authenti. vt ſponſalitia
largitas.§.ſi quando ad fin.l.6. titul.11.
part.6.vbi ex ſola prohibitione aliena
tionis cenſetur prohibita detractio fal
cidiæ & eſt ad idem bonus tex. in.l,2.
titul.11.parti.6.& declarant bene. Pa-
riſ.conſi.21.nume.35.volum.3.Boeri.
deciſſ. 44. Alciatus reſponſo.521.nu.
10. Coſta in cap. ſi pater. 3. part. ver-
bo. interdum numer.99.de teſta.in.6.
¶ Cum igitur ex omnibus ſupra- 13
dictis conſtet ſufficere deductam ex
verbis inſtitutionis maioratus volun-
tatem ad excludendam repreſentatio
nem neceſſarium exiſtimaui. exem-
plis quibus deduci multi crediderunt
alijs impugnantibus eam aſſertionem
verificare. ¶ Primo inuocatione 14
filij



filij primogeniti, aut maioris, quam
multi dixerunt expreſſam repreſenta
tionis excluſionem operari, non indu
cere neq; tacitam quod in verbo, *la per*
*ſona de ſus padres*; laté ſcripſimus.
15 ¶Secundo in vocatione filij ſuperſti
tis quam paſsim, pro nepote ſcribẽtes
induxerunt, omnino excludere repre
ſentationẽ in gloſſ.verbo, *ſi dexare*, pro
16 bauimus. ¶Tertio in ea proximio-
ris vocatione quæ frequẽtius à primo-
geniorum inſtitutoribus exprimitur,
& ſatis confuſſé paſsim ab ſcribentib⁹
interpretatur, neceſſarium ab origine
examinãdum elegimus an ſit admittẽ
da repreſentatio, vel nepos à patruo
excludendus, & multi tenuerunt non
eſſe admittendam cum ex vocatione
proximioris, inſtitutor proximitatem
reſpexerit p veritaté & non perfictio-
nem: ſicut eſt repreſentatio ex tex. ſin
gula in.l.fideicõmiſſo de condi. & de-
monſtra. *ibi cõmento non excluditur*, & in
l.filio quem pater ibi, *neque imagine*, de
libe.& poſthu.§.ſi plures inſti.de legi.
agna.ſucceſſ. ibi aperte.l.12.tabularũ
proximum vocat, quæ ad proximiorẽ
per veritatem ſunt referenda. & eam
ſententiam in ſpecie probauerũt. Ale
xand.conſi.123.vol.1.Angelus conſi.
205. Pariſ.conſi. 30.num.59. vol.2. &
conſi.40.nu.17.eod.vol. Portius cõſi.
128.nu 10.in fi.Soccin. conſi.252.vol.
2.Alexan.conſi.4.num.8.vol.4. Bald.
conſi. 334. nu.3.li 3. Ancha.conſi.95.
num. 3. & conſi. 82.num.17. Caſane.
conſi.53.num.18.Tiraquel.de primo-
genit.quæſt 40.nu. 159. Aluar. Vaez.
de iure emphite.quæſt.50. numer.36.
Anto.Gomez.in præſ.num. 41. Coſta
de maiora.bono.reg.coro.nu 20.Co-
uarr.cap.38. practi.num. 4. & nouiſsi.
Tiber.Deci.conſi.1.nu.175.lib.1.om-
nes ex vocatione proximioris repre-
ſentationem excludi exiſtimantes.
¶Quod ex ea cõmuni ſententia cõ- 17
probarunt qua conſtituitur proximi-
tatem ad ſuccedendũ reſpectu primi
inſtitutoris maioratus eſſe conſiderã-
dã de qua per Bart.in.l.ſi cognatis.nu.
2.de reb.dub.Iaſſ.conſi.159.vol.4.De-
ci.conſi.546 Pariſ conſi.83.vol.2.Soc
ci.iuni.conſi.126.vol.1.Pariſ.cõſi.83.
vol.2.Ripa.in.l fili⁹famil.§.diui.nu.11.
de lega.1.Ruinus conſi. 142.num.16.
vol.3.Aimon conſi.43. num.1. Alcia-
tus in.l.cum ita.§.in fideicommiſſo de
lega.2.num.7.vbi Peral.num.22. Co-
uarr.d.c.38.practi.num.1.inde elicien
tes proximiorem reſpectu teſtantis cẽ
ſeri patruum quam nepotem, & conſe
quenter proprius in ea vocatione cõ-
prehendi. ¶Et magis fulcitur ex eo 18
quia qualitas illa proximitatis neceſſa
rio debet cõcurrere in perſona ſucce
dere volentis, tẽpore quo ſucceſsio de
fertur, & diſpoſitio ad effectũ perduci
tur, ex tex. ſingula.in. §. proximos in-
ſti.de legiti.agna. ſucceſſ.ibi, *per hoc tẽ-*
*pus requiritur quo mortuus eſt is de cuius hæ*
*reditate agitur*. bonus etiã tex.in. §. ſunt
autem verſic.non tñ.ibi, *ſed ijs qui tunc*
*proximioris gradus ſunt*.l. quod cõſangui
neos.§. proximum. ff. de ſuis & legiti.
hæred.ibi, *qui tunc fuit cũ inteſtatum diſ-*
*ceſsiſſe certũ eſt*, l.1.§.proxim⁹ &.§.ſi quis
proximior ff.vnde cognati.l.inter ag-
natos.§.1.ff.vnde legitimi & probat.l.
9.tit 1.parti.2. vbi proximitas attendi
tur tempore mortis illius de cuius ſuc
ceſsione agitur, & ibi aduertit Greg.
verbo, *de ſu finamiento*, id q; regulariter
conſtituerũt atq; in ſpecie ſolidiſsimis
fundamentis probarũt Bald.conſ.202
vol.4.&. 437.vol 3.Deci. conſil. 327.
Roma.conſ.438.num.14.Alciat. reſpõ
ſo.138.num.11.lib.4. &.480. num.15.
Pariſ.conſi.85.nu. 36. & conſi.40. nu.
18.vol.2.Ruinus conſi.96. nu.17.vol.2
&.191.num.10.in fin.eod.lib. Rubeus.

conſi.28.num.9.Socci.iuni.conſi.172.
num.28.lib.2.Alba.conſi.106.num.3.
&.4.Euerar.conſi.5.col.4.verſic.& in
ter alia Tiraquel. de retract. lignagi.
§.1.gloſſ.9.num.102.quod quidem for
tiſsimum fundamentum eſt pro tēpo-
re euenientis ſucceſsionis proximiori
bus contra præmortuorum filios.
19 ¶Et à fortiori procederet quando
maiorat⁹ inſtitutor vocauit proximio
res ſuos, quia intelligitur reſpexiſſe
proximiores ſuos. tempore quo ſuc-
ceſsio defertur, & ad eos maiorem di
lectionem habuiſſe ex Bal.conſi.437.
vol.3 Deci.cōſi.321.col.2.Socci.iuni.
conſi.22.in fin.vol.4.Alciat. d. conſi.
138.num.11.lib 4.Iaſſ.conſi.159.colu.
3.vol.4.Soccin.Seni.conſi 40.num.14.
Mantua conſi.100.ſub num.7.& no-
uiſsime Tiberius Deci.conſi.100.nu.
3 &.4.lib.3. tunc enim appellatiuo no
mine vocando proximiorem non cen
ſeretur teſtator mot⁹ aliqua affectio-
ne particulari ſed contemplatione fa-
miliæ. ideo ceſſante omni affectione,
qualitas proximioris ſui ad tēpus eue-
nientis ſucceſsionis refertur, ex Ro-
ma conſi.438.in 4.dub.Alexand.cōſi.
51.num.12.Bald.conſi.202.vol.4.Ti-
raquel.d.§.1.gloſſ.9.ſub nu.101.& alij
de quibus ſupra. ¶Maxime ſi proxi
20 miorē in gradu inſtitutor maioratus
vocauerit, quia tunc nō tranſmittitur,
neque repreſentatur, qualitas illa pro-
ximitatis in præiuditium ſecundi qui
vere proximior eſt in gradu, ſed clare
intelligitur inſtitutorem voluiſſe con
ſiderare gradus prærogatiuam, & con
ſequenter excludere repreſentationē
vt in ea vocatione proximioris in gra
du tenent Deci.conſi.1.col. penul.&
conſ.48.col.fi.verſi.tertia conc. Pariſ.
conſ 40.nu.21.22.25.vol.2.Ruin. cōſ.
197.num.9.lib.1.Alex.in.l.ex facto,§.
pen.num 3.ad Trebel.& melius, Paul.

conſi.164.col.6.verſic.*ad ſecundū*, Rui-
nus conſi.191,num.15.vol.2.& conſi.
96.num.17.eod.vol.Thom.Grama.de
ciſſ.1.nu.2.&.3.Tiber.Deci.conſi.1.
num 391. lib.1.& his non relatis alij
quam plurimi qui hanc ſententiam ſe
quuntur referuntur à Molin.lib.3.c.8.
nu.16 in prin. licet eos ipſe non ſequa
tur, quæ omnia fortiſsima ſunt contra
nepotem pro patruo. ¶Contrariam 21
tamen ſententiam veriorem exiſtima
mus & ex vocatione proximioris non
excludi repreſentationem conſtanter
credimus, & eam proximitatis quali-
tatem à nepote ex prædefuncto repre
ſentari defendimus, ex noſtra.l. ibi, *de
perſona de ſus padres*, quæ cum omnibus
qualitatibus ac prærogatiuis à filio
præmortui poſt eam repreſentatur. &
quia qualitas proximitatis tacite de iu
re ineſt, cum ſemper filius, aut proxi-
mior con ſanguineus, ad maiorat⁹ ſuc
ceſsionē admittatur: & conſequenter
nihil expreſſa operetur, neque magis
ſuſpendit aut qualificat actū quā ſi nō
exprimeretur ex.l.3.cū vulga. de lega.
1.quod argumentum, à lege.2.tit.15.
part.2. euidenter deducitur, dū facta
mētione proximioris, aut filij maioris
nihilominus nepotem ex filio præ-
mortuo patruo prǫferri conſtituit, &
conſiderādo lineā rectā cuiuslibet ma
iorat⁹ poſſeſſoris, atq; ius à filio primo
genito ſtatim cū naſcitur quæſitum, &
mortuo patre viuo, in filios eius trāſla
tū propriè nepos ex præmortuo pote
rit nūcupari proximior, & in ea voca-
tione proximioris contineri, quaſi ſit
vocatus is proximior qui ſecū dū iuris
diſpoſitionē ad primogeniū admitti
debeat. imo ſi vocatio proximioris ex
cluderet repreſentationē, ferè nūquā
admitteretī in primogeniorū ſucceſsio
nib⁹, cū frequēter ea pximioris vocatio
ne vtanī inſtitutores. quib⁹ rationibus
hanc



hanc veritatē firmiter tenet ſolus Mo
lin. lib.3.cap.8.nu.11. verſic. hæc autē
opinio, probans eam ſententiam in fi-
deicommiſſo familiæ relicto, in quo
proximior eſt admittēdus, ex eo quod
in ſimili fideicommiſſo ſeruandus ſit
ordo ſucceſsionis ab inteſta. per.l. fin.
C.de verbo.ſigni.cuius veram opinio
nem ante ipſum tenuerunt ſic declarā
do vocationē proximioris Bal conſi.
488.caſus talis. conſi.88,num.2.&.26.
num.3.vol.3.Deci.conſi.484 col.2.&
conſi.527.col.1.&.553.col.1. Alexād.
conſi.137.vol.1.&.27.volu.3.Soccin.
conſi.252.Corne.conſ.331.lib.1.Por-
ti conſi.8.num.20.& conſi.54.nu.13.
cum alijs Pariſ.conſi.90, nu.49.vol.2.
Alexā.conſi.88.in princ.vol.1. & ite-
rum Pariſ.conſ.126.nu.12.&.13.vol.1
& melius omnibus Tiberius Decia.cō
ſil.100.num.8.&.9.lib.3.& conſi.56.
num 3.&.4.lib.3. omnes dicentes ve-
riorem eam ſententiam. ¶Qua re-
22 tenta nō obſtat primo, aliquibus viſū
fuiſſe proximitatem ad ſuccedendum
reſpectu vltimi morientis, & non pri-
mi inſtitutoris, debere cōſiderari. quia
cum ea maioratus ſucceſsio perpetua
ſit, & de primogenito in primoge-
nitum in infinitum deriuanda, finita
prius linea primogeniti quam ad aliā
fiat tranſitus, & conſequēter ex ea per
petuitate iam de linea poſſeſſoris, ma-
ioratus ſit agendum, & non primi in-
ſtitutoris, quæ ſtatim mortuo turba-
tur, & in quolibet primogenito noua
naſcitur, propriè nepos ex præmor-
tuo poterit dici proximior, & reſpe-
ctu ipſius præmortui ea proximitas
conſiderari maxime, quia in antiquiſ-
ſimis primogenijs moraliter loquen-
do, foret impoſsibile atingere veram
proximitatem reſpectu primi inſtitu-
toris. vnde eam ſententiam non pro-
cedere in ſucceſsione maioratus pro-

bat Molin. lib 1.cap.6.num.47.& lib.
3.cap.8. nume.13. vbi.num.14. refert
Iſerniā id ipſum in feudo tenentem
in cap.1.per tex.ibi de natura ſucceſſ.
feudi. & ego vltra ipſum pondero.
Bart. in.l. reconiūcti.3.quæſt.5.quǫſt.
delega.3. dicentem quod vbi agitur.
de bonis teſtatoris iam alteri ex eius
diſpoſitione quæſitis, à cuius manu ac-
cipi debent conſideranda eſt perſona
morientis, à quo reſtitutio eſt facien-
da, quem in ſpecie ſingularem dicit
Soccin.in.l. ſi cognatis de reb. dub. &
melius conſi.86.viſſo teſtamen.col.5.
vol.3.& neminem referens id ipſum.
cōſiderauit Molin.lib.3.de Hiſpa pri-
mo.cap.8.num.16. ¶Secundo reſpō
detur veriorē eſſe ſententiā etiam in 23
fideicōmiſſo pluribus ſub nomine col
lectiuo relicto, proximitatem ad ſuc-
cedendum debere conſiderari reſpe-
ctu vltimi morientis, tam ex eo quod
in eo fideicōmiſſo ſecundū ordinem
ſucceſsionis ab inteſta. ſit ſuccedendū
ex.l,fin.C. de verbo.ſignifi.quā quod
maioratus inſtitutor videatur habuiſ-
ſe eandem affectionem ad filios pri-
mi vocati, qua motus fuit, ipſum inſti
tuere. & quia cum dominium eorum
bonorum ad primogenium inſtitutū
deuenerit à quo mortuo bona capian
tur, quamuis ex alterius prouidentia
vt ex Bart. & Soccino. ſupra adno-
tauimus. abſurdum foret reſpectu il-
lius à quo bona capiuntur, & cui ve-
re propriè ſucceditur, proximitatem
non conſiderari. vt bene tenētes hāc
ſententiam tanquam magis veram &
communem explicuerunt Bald. in.l.
cum ita. § in fideicommiſſo ſecundo
notab. de lega.2. Ancharr. conſil.27.
colum.3.&.4.& conſil.82. in fin. &
conſil.47. Roma. conſil.22. colum.
fin.Corne.conſi.97.colum.7.vol.1.&
conſi.22.volu.2.& conſil.230.volum.

3. & in.l. ſi cognatis col. penul. & fin.
de reb. dub. Ioann.Rube.conſ. 36.col.
2.& 38.ad fin.Bertran.conſi.360 col.
3.&.4. vol.3.Ruynus conſi.101.num.
18.&.168.nu.8.&.171.nu,18. &133.
nu.18.&.173.nu.28.&.167,per to.vol.
2.Cephal.conſi.46.nu.2.volu. 1. Soc-
cin.conſi.249.num.16.18.20. lib. 2. &
nouiſſ. Tiberi. Deci.conſi.25.num.10.
volu.3.& conſi.26. num. 47. ad medi.
vol.2. & his non relatis alios referens
Molin.lib.1.capit.6.nume.47. & lib.3.
24 cap. 8. per to. ¶ Secundo reſpon-
detur veriorem ſententiam eſſe ex vo
catione proximioris, non cenſeri præ
ciſſe vocatos eos quibus tempore eue
nientis ſucceſsionis qualitas proximi-
tatis ineſt: ſed ſufficere quem proxi-
miorem fuiſſe ſemel in vita vltimi mo
rientis, vt præmortuus ad filium eam
qualitatē proximitatis cum alijs maio
riæ & primogenituræ tranſmittat, &
vt nepos per repreſentationē eius per
ſonæ dicatur proximior. vt in gloſſ.
verbo, *la perſona de ſus padres*, *ſcripſimus*
imo forti⁹ & clari⁹ reſpōdetur quod cū
in ſpecie ſucceſsionis maiora. ſtatim cū
naſcitur primog. faciat deficere pro-
ximioris adiectionē, ſeu primogenitu
ræ, & maioriæ, qualitatē & in eo verifi
centur atq; verus poſſeſſor licet in ſpe
dicatur, merito nepos ab eo relict⁹ pro
ximior vltimo poſſeſſori diceretur, &
ſub ea vocatione cōprehenſus: cū per
lineā rectā ſit deriuanda de primoge-
nito in primogenitū & conſequenter
tempore euenientis ſucceſsionis eius
maioratus, is nepos ex pręmortuo ipſi
filio proximior dicatur. ¶ Maxime
25 quia ea ſententia qua proximiorē con
ſiderari tempore euenientis ſucceſsio
nis plurimi dixerunt in quacunq; ſuc-
ceſsione debet intelligi vt ſufficiat, ſi
qualitas proximitatis in perſona ſuc-
cedere volētis tempore quo ſucceſsio
defertur reperiatur: vt ad eā ſucceſsio
nem tanquā proximior ſi ſolus ſuper
ſit ſit admittendus. Si vero concurrat
cum alio ex proximioribus tempore
teſtamenti ab eo iuſte excludatur, tan
quam is ſit vere proximior, quē teſta-
tor prædilexerit, & ſucceſsio ita regu-
letur vt prius admittantur qui qualita-
tem habebant tempore teſtamenti, &
eorum filij: poſt modū hij quibus qua
litas euenerit tempore quo diſpoſitio
effectū ſortitur, & actualiter ſucceſsio
defertur, ita intelligunt ſingulariter
eam ſententiā Alex.con.53.nu 11. lib.
6.Iaſſ.conſi.159.nu.3.lib.4.Socci.in.l.
ſi cognatis.nu.30.de reb. dub. Ruinus
conſi.69.num.9.lib.5.Deci.conſi.253
ad fi.Crotus in.l.filius familias.§. diui.
num.164.de lega.1, Curti. iuni.conſil.
111. num.19. Soccin.iuni.conſil. 172.
num.24.lib.2. Ruinus conſi. 36. num.
10. lib.2.Iacob. Sodolet in. l. ſi cogna.
colu.8.verſic.ſubdit. Bart.de reb.dub.
& ſingulariter Gratus. reſponſo. 124.
num.24. lib.2. & bene Ioann.de Imo
la in cap.iudicante.num.12. de teſta.
¶ Sic etiam intelligenda eſt opinio 26
ſimpliciter dicentiū ſufficere tempo-
re teſtamenti concurrere qualitatem
ad ſuccedendum requiſitam, in perſo
na ſuccedere volentis. de quibus per
Ruinū conſi.36.num.10.lib. 2, Tiraq.
de retract §.1.gloſſ.9.num.49.& ſupra
diximus. ¶ Quod quidem à fortiori 27
procederet, quando maioratus inſtitu
tor proximiores ſuos vocauerit. vt cō
tra ſupra relatos reſpōderunt Bal. cōſ.
477.lib.3. Alex.conſ.14.nu,15.lib.4. &
iterum Bal.conſi.488.lib.3.Socci. cōſ.
152. lib.1, Ruinus conſi.164. lib. 3. Ti-
raquel, de retract. lignagi. §. 1. gloſſ.9.
nu.86.Alciat.in.l. cū ita.§. in fideicō-
miſ.nu.12.de leg.2.& reſpōſ.533.nu.3
& in.l.ſi à colono, in fi.nu,3.de verbo.
Petr⁹ Anto.Anguiſol.cōſ.80.nu.9.li.6.
Eme-



Emilius Ferretus conſi,3.nu.5.& cōſi.
32.num.8. Alexā.conſi,137.lib.1.Iaſſ.
conſi. 159. lib.4. Mantica. conſi. 110.
Curtius ſeni.conſi.40.num.14. Philip.
Porti.conſi.122.num,10.Alex. in addi.
ad Bart.in.l.ſi cognatis.num.2.de reb.
dub.Alciatus conſi.79.nu.3.lib.3, Car-
di.Alba.conſi.51.nu. 12. ſubtilis Tor-
niellus.in.l.Gallus.§.quidam recte.nu.
28 35.delibe.& poſthu. ¶ Quia prono
men iſtud meum, non eſt aptum de-
monſtrare tempus futurum, ſed ne-
ceſſario præſens quo teſtator diſpo-
nit. vt ex. l. ſi ita quis. ff. de auro & ar-
gen.lega.dicunt.Alciat. in. l. meorum
de verbo. ſigni. Aimon Craue.in,l. 1,
num.27.de lega. 1. Pariſ.conſi.55.nu.
34.vol.3.Corne. conſi.252.nu.6. libr.
4.& conſi.14.nu.5, lib.1.Beroius conſ.
30.num.3.&.6.& videtur probari in.l.
ſtichum.qui meus erit de lega. 1. maxi
me in ſpecie ſucceſsionis maioratus
de qua agimus ex rationibus ſupradi-
ctis. ¶ Imo etiam ſi maioratus inſti-
29 tutor vocauerit proximiores in gradu
non ex ea vocatione excluderetur re-
preſentatio, cum linea primogenitorū.
ceteras lineas præcedere debeat, & in
primis linea poſt modum gradus con-
ſideretur, atq; de vna ad aliā lineā do-
nec finiatur non fiat tranſitus, & con-
ſequenter dicendum ſit non poſſe gra
dus prærogatiuā perfecte ceptā lineā
turbare nec proximior in gradu dica-
tur niſi qui ex linea vltimi morientis
ſemel cæpta proximior ſit reſpectu ip
ſius: vt nepos ex filio præmortuo qui
reſpectu patris cui vere ſucceditur &
a quo linea cæpta recta via deriuatur
proximior in gradu eſt, quod in ſpecie
huius vocationis cōprobauit Molin.
lib.3,c 8.nu.17. ¶ Imo & in qualibet
30 ſucceſsione contra cōmunem dicen-
dum videbatur ex eo quod cum nepo
tes, & pro nepotes, ac de inceps ceteri
omnes deſcendētes, in locū parentū
ſubrogentur gradū ipſorū repræſen-
tando proprie diceretur admittendo
ipſos ſeruari gradus prærogatiuam cū
admittere remotiorē per repreſenta-
tionē non ſit gradum corūpi, nec tur-
bari, ſed magis repreſentari: vt dixim⁹
in prin.gloſſ.verbo, *la perſona de ſus pa-
dres*, & ipſe Molin.d.nu.17.cōſiderat.

¶ Finit interpretatio.l.40. Tauri ad
gloriā indiuiduæ Trinitatis nec
non intemeratæ virginis
Mariæ.

## Sequitur, interpreta-
## tatio, ad.l. 41. Tauri.

### SVMMARIVM.

*Immemorialis requiritur ad præſcribendā nobilitatem ſeu iuriſdictionem.nu. 1.*
*Immemorialis neceſſaria eſt ad probandum ſucceſsionē rei quæ vinculo ſeu anniuerſario perpetuo ſubijcitur deferendam eſſe iure maioratus.num. 2.*
*Immemorialis an ſit neceſſaria ad probandā variationem ſucceſsionis maioratus, num. 3. vſque ad fin gloſſæ.*
*Conſuetudo probatur iure ordinario. 10. vel viginti annorum.num.3.ad fi.*
*Qualitas facilius probatur, quam ſubſtantia num. 4.*
*Præſcriptio currere nō poteſt impeditis agere quibus non dū venerat dies ſucceſs.nu.5*
*Immemorialis nunquā cēſetur excluſſa etiā ſi omnis præſcriptio ſeu conſuetudo excludatur, num. 6.*
*Familia an poſsit inducere cōſuetudinē.nu.7.*
*Conſuetudo ciuitatis ſeu prouintiæ præualet generali totius regni, num. 8.*
*Variatio ſucceſsionis maioratus inducitur per conſuetudinem.30. annorum ſi cum ea concurrat alia ſimilis totius ciuitatis vel prouintiæ.num.9.*

*Variatio ſucceſsionis ſicut & ipſe maioratus inducitur ex præſcriptione 40. annorum cum tit. num. 10.*
*Immemorialis præſuponit tempus infinitum num. 11.*
*Immemorialis vitiatur ex initio, num. 11.*
*Variatio ſucceſsionis contra tenorem ſcripturæ non inducitur per conſuetudinem antiquiſsimam. num. 12.*
*Immemorialis non vitiatur ex actu contrario. num. 13. 14. 16.*
*Centenaria habet vim immemorialis nu. 15*
*Conſuetudo ordinaria ſufficit cum de interpretandis verbis dubijs maioratus agitur. num. 17.*

## Ad.l.41. gloſſ.1.

1 IBi, *que el maiorazgo*, idem in nobilita
te, iuriſdictione, ſeu alijs cauſis, vbi
requitur immemorialis, quia ad eius
perfectam probationem ſubſtantialia
erunt requiſita huius. l. tã ex eo quod
generaliter ſcripſerit formam imme-
morialis probationis, quam quod nul-
la differentiæ ratio aſignari poſsit in-
ter primogenia Hiſpaniæ, & alia nego
tia, quæ præſcriptione immemoriali
indigent. ita ſentit ſummariè Otalora
de nobilit. 3. part. princip. cap. 7. num.
5. & Couarr. in regula poſſeſſor. 2. par.
§. 3. num. 7. & clarius in ſpecie. Molin.
lib. 2. de Hiſpan. pri. cap. 1. num. 44.
2 ¶ Idem exiſtimat fore in probatio-
ne anniuerſariorum ſeu vinculorum
particularium Hiſpaniæ Mieres in tra
ctatu maioratus in princip. nu. 5. quod
nos intelligimus, quando ex conſue-
tudine prætẽditur ſuccedendum eſſe
iure maioratus, in aliquibus bonis per
petuo anniuerſario ſubiectis: quia cũ
tunc anniuerſaria ad inſtar maioratus
Hiſpaniæ ſint regulanda, & eorum ſuc
ceſsio deferẽda, merito eadem imme-
moriali præſcriptione, ſeu conſuetu-
dine, quibus vera primogenia conſtãt
probanda erunt: ex generali conſtitu-
tione huius l. ¶ Sed an in probãdis 3
qualitatib⁹ ſucceſsionis maioratus, ſit
neceſſaria hæc immemorialis, eſt vti-
liſsimæ dubitationis. vt quia prætẽdi-
tur fœminam excludi à maſculo cep-
tam primogenituræ lineam turbãdo,
vel non admitti repreſentationem no
uum ſuccedendi ordinem inducẽdo,
vel aliter debere variari ſucceſsionẽ
de vna in aliam lineam ſucceſſorum
maioratus, in qua ſic diſtinguendum
exiſtimaui aut maioratus conſtat ex
conſuetudine, aut ex ſcriptura, primo
caſu videbatur dicendum ſufficere or
dinariam præſcriptionem, ſeu conſue-
tudinem, ad variandum ordinem, an-
tiquum ſuccedendi, quia cum l. prin-
cipaliter circa ſubſtantiam maioratus
formam probationis immemorialis
præſcripſerit, actum ſolum inducendi
maioratum reſpiciens, ad conſuetudi-
nis probationem quæ de qualitate ſuc
ceſsionis fieri prętenditur extendi nõ
debet. ſed eius probandi modus à lege
omiſſus in diſpoſitione iuris commu-
nis remanebit, quo deciſſum habem⁹
ſufficere conſuetudinem probari. 10.
vel, 20. annorum tempore. gloſſ. in. l.
de quibus de legibus & in. l. 2. C. quæ
ſit longa conſuet. Bart. num. 14. in. d. l.
de quibus & eſt communis per Abba.
in cap. fin. nu. 11. de conſuet. reſoluũt
Gomez. in præſen. nu. 4. Dueñas Re-
gula. 138. incipit conſuet. Grego. per
tex. ibi in. l, 5. titu. 2. part. 3. verbo, *diez
años*, Burgos de Paz in. l. 1. Tauri. num.
203. ¶ Maxime cum facilius probe 4
tur qualitas, quam ſubſtantia, gloſſ. fi.
in. l. talis ſcriptura. §. fi. de lega. 1. & tra
dit ſingul. Bald, in. l. non ignorat. col. 2
&. 3. C. de hijs qui accuſſ. nõ poſſunt
Bartholo. Soccin. conſi. 166. col. 5. lib. 2
& me



& melius in probatione nobilitatis ad
uertit Otalora de nobilit. 3, part. cap.
3. num. 12. verſic. item quia.
5 ¶ Sed his non obſtantibus contra-
riam ſententiam longe veriorem exi-
ſtimamus, & tantum immemorialem
iuridice probatam ſufficere credimus
ad nouum ſuccedendi ordinem indu-
cendum, ex eo quod ſucceſſoribus im
peditis agere quibus non dum vene-
rat dies ſucceſsionis, vel qui in rerum
natura non erant, præſcriptio currere
non poterat, cum ante diei aduentum
in quem vocati fuerunt agere non va
leant, ex Paul. conſi. 467. in caſu præ-
miſſo num. 2. &. 3. lib. 2. Pariſ. in capit.
cum non liceat num. 18. de præſcript.
Crotus in l. filius familias. §. diui. num.
143. de leg. 1. & alij quam plurimi per
Molin. lib. 4. de Hiſpa. pri. c. 10. nu. 3.
6 ¶ Niſi ea præſcriptio ſit immemo-
rialis, quæ cũ vim priuilegij obtineat,
& nunquam cenſeatur excluſſa etiam
ſi omnis præſcriptio excludatur ex
gloſſ. notanda in authent. vt de cete-
ro non fiant commutat. verbo præſcri
ptione quã ſequitur. Boerius deciſ-
ſione. 39. num. 12. Felinus in Rub. de
præſcript. num. 18. & ex moderniori-
bus Otalora de nobilita. 3. part. cap. 7.
num. 11. Couarr. lib. 3. Variarum cap.
13. num. 5. Tiraquel. de retract. conuẽ-
tio. §. 1. gloſſ. 2. num. 25. cum alijs Me-
neſius in l. 2. numer. 29. C. de ſeruit. &
aqua Auenda. Reſponſo. 16. nume. 1.
Mieres. in tracta. maiora. 4 part. quęſt.
20 num. 51. merito ad præiudicandũ
naſcituris quibus non dũ venerat dies
ſucceſsionis, ea tantum immemoria-
lis ſufficeret: vt aduertunt plurimi per
Molin relati & ſequuti. lib. 4. cap. 10.
nu. 10. ¶ Quod quidem ex eo cõfirma
7 tur quia ſecũdũ veriorẽ, & receptiorẽ
ſententiam, vna familia non poteſt in
ducere conſuetudinem ſuccedẽdi vel
aliam ſimilem, niſi ea ſit immemoria
lis ex latè traditis per Molin. lib. 2. cap.
6. per totum. & in ſpecie. num. 6. & cõ
ſequenter eam qua prætenditur mo-
dum ſuccedendi variari debere, eſſe
immemorialem conſtat quam ſenten
tiam licet ſatis cõfuſſe tenet Melchior
Mieres in tracta. de maioratu. 4. part.
quæſt. 20. num, 40. ad medi. referens
Decium. conſil. 85. num. 6. & Soccin.
conſi 67. num. 27. qui parum ad pro-
poſitum faciunt. ¶ Quod tamen li- 8
mitarem, ſi cum conſuetudine familiæ
quæ rectum ſuccedendi ordinem va-
riaret, cõcurreret alia totius ciuitatis
ſeu prouintiæ, quia cum ea præualeret
generali totius regni ex Bart. in. l. 2. q.
36. C. quę ſit longa conſuetudo Socci.
conſil. 7. num. 7. lib. 1. Pariſ. conſil. 25.
num. 42. libr. 4. Aimon de antiquit. 4.
part. in princ. num. 26. Burgos de Paz
in. l. 1. Taur. num. 498. efficatius ſeruã
da eſſet. ¶ Et ſufficeret ſi tunc foret 9
30. annorum tempore tacito populi
conſenſu recepta & aprobata, vt poſt
Alberic. & Ioann. Andream reſoluit
Aflict. in cap. imperialem. §. præterea
ducatus. num. 44. ad fin, de prohibi. feu
di. alienat. per Federicum.
¶ Secundo etiam intelligerem in 10
præſcriptione, ſeu cõſuetudine. 40. an
norum cum titulo vel in alia quæ ſit
ſufficiens ad inducendum verum ma-
ioratum, ſeu præſcribendum eius bo
na, de quibus infra dicendum erit, in
gloſsis ſequentibus, quia a fortiori ſuf-
ficeret ad variandam ſucceſsionẽ ip-
ſius maioratus. ¶ In ſecundo vero 11
caſu quãdo maioratus conſtat ex ſcrip
tura, aut agitur de probãdo ordine ſuc
cedendi contra expreſſum tenorem
ſcripturæ inſtitutionis maiorat⁹, à qua
conſtat originem ſumpſiſſe: aut de in
terpretãdis aliquibus verbis dubijs vo
cationis ipſius, primo caſu videtur di-
S 5 cendũ

cendum non poſſe dari immemorialẽ
cum ex ſcriptura conſtet de contrario
principio ipſius contra naturam eius
præſcriptionis, quæ præſuponit tem-
pus infinitum, & memoriam hominũ
excedit, ex notatis per Oldral. conſi,
254.num.18. Abba.in cap. cum apoſto
licę num. 12. de hijs quæ fiunt aprelat.
Imola.& Felin.nu.40.in capit. cauſam
de præſcript. 5. part. princ quæſt 7. Co
uarr.lib.1. Vari.cap.17.num.5.& ita in
probatione nobilitatis contra initium
contrarium ſcripturæ non dari imme
morialem aduertit Otalora de nobili-
ta.3.part.cap.7.num.17.in princ.

12 ¶Et magis in ſpecie variationis ſuc
ceſsionis contra inueſtituræ tenorem
non ſufficere conſuetudinem etiã an-
tiquiſsimam contrariam, bene deduci
tur ex Bald.in.l.1.col.penul.verſi. ſed
ſi dominus. C. quando non petentiũ
par. & melius ab ipſo. Bald.conſil.82.
ponitur quod inueſtitura lib. 1. Paul.
Caſtren. relatus & ſequutus à Decio
conſi.93. diuino implorato.num.3. &
4.& elegantius ad ipſo Decio conſil.
445.num.23. atque idem videtur ſen-
tire Molin licet neminem referat lib.
2. de Hiſpan.primogen. capit.6.num.
64. ad fin.& num. 65.

13 ¶Contrariam tamen ſententiã ve-
riorem exiſtimamus, & dari contra te
norem inſtitutionis maioratus pręſcri
ptionem immemorialem, quæ rectum
ſuccedendi ordinem ipſius variaret
conſtanter credimus, dummodo ducẽ
ta aut pluſquam centum annos inſtitu
tutio exceſſerit, quia cum in ea ſpecie
poſt inſtitutionẽ ipſius maioratus po-
tuiſſet incipere contraria præſcriptio
de cuius initio nemo recordetur, cum
memoriam hominum excedat, quę cẽ
tum annos durare pręſumitur, recte di
ceretur immemorialis & eundem effe
ctum habebit, hæc eſt doctrina Inno-
centij in cap. veniens num. 2. de ver-
bo. ſigni. ſequuta ab Alexan. conſi. 16.
nume.11.lib.5. Aimon de antiquit. in
mater. ſingu. teſtium.nu.40.& magis
in ſpecie à Molin.lib.2.cap.6.nu.61.

¶Quod ſumme conueniens eſt. cũ 14
ſi tempus viſus, ſeu auditus, hoc modo
non reſtringeretur, fere impoſsibilis
foret immemorialis probatio: proce-
deretq; in infinitum ſępiſsime enim
contingere poteſt. vltra cẽtum annos,
aut ducenda fuiſſe excluſam repreſen
tationem ſeu fœminam maſculo ex-
cluſſo admiſſam contra expreſſum te
norem ſcripturæ & neminem recor-
dari de initio præſcriptionis, atque ſic
deficere hominum memoriam, & cõ-
ſequenter dari immemorialem quæ in
eo principaliter conſiſtit quod nemo
recordetur de initio præſcriptionis.
Imo & contrarium foret elidere om-
nes præſcriptiones legitime cauſatas
cum qualitatibus huius.l. contra bona
maioratus, & eius poſſeſſores: quas ad
uerſus tenorem ſcripturæ, & contra
mentem inſtitutorum, & rei publicæ
vtilitatẽ paſsim admiſſas videmus quã
uis ſucceſſoribus primogeniorum ma
gis ſint pręiuditiales quam quæ ſolam
variationem ſucceſsionis eorum indu
cunt, cum aliæ ſubſtantiam, aliæ ſolam
ſuccedendi qualitatem mutent.

¶Quam ſententiam confirmat alia
communis dicentium præſcriptionẽ 15
centũ annorum eſſe vere immemo-
rialem, & omnes effectus eius conti-
nere vt ſecure tenuerunt Cinus in. l.
2.quæſt, 20. C. de ſerui & aqua Bald. in
l. 1. C. ne rei dominicæ vel templorum
Dominic.in.capit.1. verſiculo. ſed que
rit Lapus.de præſcript. in. 6. Guid.pp.
conſi.150.num.4. Balb.de præſcript.2.
part.3.partis princi.quæſt. 6. num. 34.
Bertrand.conſi. 128. verſic. temporis
de cuius initio.nu.2. Deci. conſi. 638.
Cepol.



Cepol. de ſeruit. Vrban. prædio.cap.
19.num.5. dicit communẽ. Curti. iuni.
conſi. 19. num. 2. Socci. iuni. conſi. 76.
num.91.lib.1.& alij relati à Molin.lib.
2.cap.6.num.43. pro quibus vrgenter
facit.l. 6.tit.13.lib.6. ordina. dũ æqui-
parat eas pręſcriptiones, quaſi omnes
à perte ſentiant: ex eo centenariam
nuncupari immemorialem quod ho-
minum memoriam excedat, quę cen-
tum annos tantum durat, quod quan-
do centennaria cum qualitatibus im-
memorialis probaretur verum crede-
16 rem. ¶Et in contrarium adductis re-
ſpondetur, fore intelligenda quando
conſtat de initio præſcriptionis, ſeu
actu contrario ipſius citra centum an-
nos, tunc enim nec nos negamus non
poſſe admitti immemorialem cum ho
minum memoriam deficere non dica
tur. ſi vero non conſtet de initio licet
actus contrarius reperiatur vltra cen-
tum annos aut ducenta per ſcripturã,
teſtes, ſeu aliter, non ideo eliditur im-
memorialis quæ potuit poſt actum cõ
trarium incipere tranſactis ducentis,
aut plus quam cẽtum annis & de eius
initio neminem recordari. lõge enim
diſtãt dari præſcriptionis initium, aut
actum eidem contrarium, cum dato
actu contrario, non inde conſtet ini-
tium, & antea vel poſt potuiſſet inci-
pere præſcriptio: vt ipſe Molin. fate-
tur.d.cap.6. num. 55.

17 ¶In ſecundo vero caſu cum de in-
terprætandis aliquibus verbis dubijs
inſtitutionis maioratus principaliter
ageretur, ſufficere ordinariam conſue
tudinem ſeu præſcriptionem probat
Paul. conſi. 247. relatus & ſequutus à
Molin.lib.2.cap.6.num.57.&. 58.

*SVMMARIVM.*

*Maioratus abſque licentia Regia inſtitutus teſtibus probatur, num. 1.*

*Maioratus ex facultate Regia inſtitutus etiam teſtibus probatur, num. 2. 3. cũ alijs.*

*Verbum poteſt an inducat neceſsitatem & quando. num. 2. & 5.*

*Gratia Principis teſtibus probatur, num. 3. & quomodo intelligatur, num. 3. & 7.*

*Priuilegia in ſcriptis reducenda ſunt, numero. 4.*

*Intellectus ad.l. noſtram ibi, ſe pueda probar numero. 6.*

*Gratia, quando ſolo, verbo fiat perfecta ſit. num. 8. vſque ad fin.*

# Ad.l.41.gloſſa.2.

IBi, *ſe pueda probar por la eſcriptura de la* 1
*inſtitucion con la eſcriptura de la licencia*
*del Rey que la dio,* ergo non ſolum maio
ratus abſque licentia Regia inſtitutus
teſtibus probari poteſt, vt reſoluunt
Gomezi. hic. nume. 2. Albarus Vaez
de iure emphiteot. quæſt. 7. num. 1. in
fin &. num. 2. Molin.lib.2 cap.8. nu.2.

¶Sed his qui cum ea facultate con 2
ditum eſſe prætenditur tam ex verbo,
*ſe pueda probar*, quod nõ inducit neceſ-
ſitatem. ex gloſſ. vulgar. licet notanda
in. capit. 1. de reg. iuris. in. 6. ſing. per
Abb.in cap.1. num. 4. de cauſ. poſſ. &
in cap. 1. de fide inſtrument. Iaſſ. in. l.
1. num. 3. de iuriſdict. omnium iudic.
& alibi paſsim. ¶Quam quod etiam 3
principis gratia ſeu regia facultas teſti
bus probari ſufficiat ex eleganti. do-
ctrina Iſernię. in cap.1. in princ. num.4.
de prohibit. feud. alienat. per Lotariũ.
vbi regis cõſenſum, ſeu licentiã, poſſe
teſtibus probari fatetur cuius magna
authoritas neapolitanos coegit ad ſic
iudicandum reluctante Aflict. vt poſt
longam diſputationẽ tradit ipſe Afli-
ctus deciſsione. 398. per totam quod
etiam tenuerunt Dominicus in capit.
duobus

duobus, num,5. de reſcript.in.6.Deci⁹
& Beroius in rubri. de conſti. & me-
lius pro ſequitur Alexand.conſi. 107.
vol.7.per totũ & latius examinat Sel-
ua de beneficio.3.part. quæſt. 22.per
totam & Gomez.hic.num.2.

4 ¶Sed contrarium verius exiſtima-
mus,ex eo quod cum licentia regis ad
inſtituẽdũ maioratũ priuilegij vim ob
tineat,in eiuſq; confectione principis
ſubcriptio , & conſiliariorum ſigila,
alięq; ſolemnitates ſubſtantiales ſint:
merito ſicut aliud quodlibet priuile-
gium in ſolemnem ſcripturam redu-
cẽda eſt,ex.l.2.&.26.tit.18. part.6. cũ
vulg.qua ratione hãc ſentẽtiã probãt.
Palatius hic numer.3.&.4. Caſtellus
verbo,*de la licencia*,vbi Bart.& Paul. re
ferũt & melius Molin.lib.2. de Hiſpa.
primogenijs. cap.8.num.7.&.8.

5 ¶ Qua ſententia retenta, non ob-
ſtant in contrariũ adducta,quia primũ
reſpondetur : quod quanuis verbum
illud,*ſe pueda probar*, affirmatiuè prola-
tum regulariter non inducat neceſſi-
tatem, ſed tantum importet potentiã,
& non actum,ſi tamen à lege affirma-
tiue proferatur & ad perſonam à gen-
tis referatur vt in ſpecie noſtræ.l.reſpi
ceret potentiã deductam ad actum.&
cauſatiuè induceret neceſſitatem : vt
aliter actus foret nullius momenti, ad
hoc ſingu.ponderatur.l.ordina relata
à lege Tauri.26,*ſi alguno ordenare ſu te-
ſtamento*, quæ cauſatiue inducit ne-
ceſſitatem vt ibi poteris videre,quę re
ſolutio deducitur ex.l Gallus in prin.
delibe.& poſthu.vbi ſi potentiam in-
ſtituẽdi poſthumos teſtatores ad actũ
voluerint deducere neceſſe habebũt
eos inſtituere licet non præciſſe cau-
ſatiue tamen vt teſtamentũ nõ poſſit
rumpi.vbi Bart.num. 4. ita aduertit &
Iaſſ.num.16.& probat tex.ſingula.vbi
Bart.num 1.in.l.3.§. ſi quis ſic accepe-
rit.ff de ſtatu.libe.tex. etiam vbi Bart.
num.4.in.l.ſi quis apud.§. ſi reus.ff. iu-
dicatum ſolui.l. ſæpe. de offi.præſi.l.ſi
tibi.§ fin.ff.mandati ſubtiliter.Soccin.
conſi.351.colum.13. Bald.in.l.2. num.
19. C. qui admitti & plures referens
Cardina.Alban. ad Bart. in. l. Gallus.
in princ.num.2.de libe. & poſthu.

¶Secundo reſpondetur quod ver- 6
bum illud,*ſe pueda probar*, poſitum in
prima oratione huius.l.refertur ad ſe-
cundam ibi,*o por teſtigos*, quaſi. l. dixe-
rit quod maioratus licencia Regia in
ſtitutus non ſolum probetur per inſti-
tutionis,& facultatis regiæ ſcripruras:
ſed tenor earum ſi perditæ ſint teſtib⁹
legitimis neq; in princ. huius. l. ſtaret
verbum,*ſe pueda probar*, abſque ſuper-
fluitate cum ſatis notum foret per eas
ſcripturas probari primogeniũ. vnde
neceſſario ad ſecundam orationem,
ibi,*o por teſtigos*,referendum eſt.

¶ Minus etiam obſtat ſecundũ fun
damentum partis aduerſæ,quia quam- 7
uis ad gratiæ perfectionem ſcriptura
non ſit neceſſaria , cum ſolo verbo
fiat. perfecta ſit ad eius probationem
præciſſe requiritur niſi ſemel in ſcrip-
tis reducta reperiri nequeat, quia teſti
bus legitimis, tenor eius recte proba-
bitur hæc eſt communis reſolutio ſcri
bentium Guillel.de Cuno.in.l.nequid
quam.§.vbi decretum.ff.de offic. pro-
conſ.Abb.in cap.in noſtra.num. 11.cũ
alijs de reſcrip. & in cap. ex diligenti.
num,3.de ſimonia. Felin. in Rub. nu.
5. de conſti. Math. de Aflict. deciſ.
243.num 4.& deciſſ. 319.num.11. &
deciſſ. 361.num. 17.& conſtanter in
conſti.Neapolit.lib.3.Rub.8.num.20.
Hipolit.in Rub.de proba.nu.35.Cur-
tius conſi.45.col.2.relatus & ſequut⁹
à Portio conſi.25.num.23. Caſane, in
conſuet.Burgun.Rub.1.§.5.num.180.
& his non relatis ita reſpondit Molin.
lib.



8 lib.2.cap.8.nu.8. ¶Secundo reſpon
detur quod quando gratia nihil aliud
ad eius perfectionem quam principis
conceſſionẽ requirit : veriſſimum eſt
verbo fiat perfectam eſſe & ſic intelli
gitur. tex. in cap. ſi motu proprio de-
preben,in.6.clemẽt.dudum.§.nos ete-
nim.de ſepul. ibi,*verbo ſeu ſcripto ſub-
quacunque forma*.cap,noſtræ.22. quæſt.
2.ibi,*ſiue quæ in ſcripto decreuimus, ſiue in
noſtra præſentia videntur eſſe diſpoſita.*

9 ¶In tantum quod mortuo conce-
dente ante expeditionem literarum
gratia reintegra nõ ſpirat.cap. ſi ſuper
gratia de offic.delega.lib.6. cap. ſi cui
nulli de præben.eod. libr.& reſoluunt
Guid.pp. deciſſ.491.& ſingula.944 &
Boeri. deciſſ.346.num. 1.

10 ¶Tamen ſi ad aliquid faciendũ cõ-
cedatur, is cui cõceditur abſque litera
rum vera expeditione nihil ipſius gra
tiæ virtute facere poterit,ex doctrina
Bal.in.l.falſus.num.21. C. de procura.
ſequuta à Molin.poſt alios lib.2.cap.7.
11 num.57.&.58. ¶ Quia ad effectum
ipſius conceſſionis literarum confe-
ctio,atque expeditio, expectatur : &
ante eius confectionem diceretur res
informis,vt tenuerũt Domini de Ro-
ta.in nouiſs.deciſſ.458.num.5.Oldral.
conſi.326.col. 4. Bellamera deciſſ.34.
col.6.ad fi.Staphile.de literis gratiæ in
princ.num.16.Felin.in Rub. de cõſti.
nu.6.& in.cap. veniẽs. nu.3. de accuſa.

*SVMMARIVM.*

*Priuilegia quæ ſolemnitates continere debeant,num.1.*
*Licentiæ regiæ Principis priuilegia ſunt,numer.2.*
*Inſtrumenta publica quibus ſolemnitatibus indigeant,num.2.remiſſiuè.*
*Priuata ſcriptura recognita, & de ſolẽnitate & authoritate eius.num.3.&.4.*
*Scriptura priuata publici inſtrumenti appellatione quando contineatur,num.4.*
*Defectus ſolemnitatis ſcripturarum ex inſpectione ipſius clariſſime conſtat.nu.5.*
*Solemnitas quando ex temporis antiquitate præſumatur præceſſiſſe.num.6.*
*Maioratus ex quibus coniecturis inſtitutus cenſeatur remiſſiue.nu.7.*
*Maioratus an inducatur ex qualitate rerum donatarum.num.8.vſque ad.10.*
*Maioratus inducitur ex eo quod teſtator reliquerit bona vt perpetuam familiam cõſeruent.num.11.*
*Maioratus an inducatur ex oneris impoſitione celebrandi annuatim ſacrificia,nu.17.*
*Maioratus an inducatur ex vocatione primogeniti.num.13.*
*Maioratus an inductus cenſeatur ex dictionibus ſemper,ſucceſſiue,perpetuo nu.14.15.&.16.*
*Maioratus coniectura an deducatur ex vocatione maſculorum de familia,nu.17.&.18.*
*Filij poſiti in conditione, cum adiectione maſculinitatis, an cenſeantur diſpoſitiuè vocati,num.18.*
*An maioratus inſtitutus cẽſeatur ex eo quod teſtator iuſſit arma portare.nu.19.*

# Ad.l.41.gloſſ.3.

IBi,*ſeyẽdo tales las dichas eſcripturas que
haganſe*,vt ſi licentiæ haberent ſolẽ- 1
nitates priuilegiorum de quibus in. l.
2,3.26.44.114.tit. 18.part,3.quia cum
principis priuilegia ſint,ex Bal.in cap.
in veſtitura.de noua forma fidelitatis,
Gregorius verbo gratia in.l.27.tit.18.
parti.3.referens.l.51.eod.tit.merito ſo
lemnitates habere cõuenit de quibus
in.d.iuribus fit mentio,quod in ſpecie
probauit Molin.lib.2.cap.8.nu.7.&.8.
¶Vel quando ex facultate legitimè
expedita maioratus,per ſcripturam in 2
ſtituitur

ſtituitur,quæ eiſdem ſolēnitatibus qui
bus cætera publica inſtrumenta indi-
gent conficienda erit. de quibus per
Couarr.cap.20.pract.Burgos de Paz,
in.l.3.Tauri.2.part. num.1287. vſque
ad num.1290. ¶ Vel ſi forſam maio-
3 ratus in ſcriptura priuata inſtituatur à
parte recognita,vel iuridice compro-
bata,vno ex modis contentis in.l.114.
119.tit.18.part.3.& per Couarr.capit.
22.practi. Anto. Gabr.lib. 1. commu.
opinio.tit.deprobatio.concl.9.10.11.
4 ¶ Quia dubitandum nõ eſt quin ea
priuata ſcriptura ſufficiat ad probatio-
nem eius maioratus, tam ex eo quod
quando probatio debet fieri per ſcrip
turam ſufficiẽs erit priuata, quã quod
ſi teſtibus probari poteſt ea maioratus
inſtitutio,à fortiori &per priuatã ſcrip
turam probaretur, quę non ſolum fi-
dem facit, ſed & publici inſtrumenti
appellatione continetur, vt bene re-
ſoluunt,Roma.conſi.23.num.2. Deci.
in cap.tertio loco num.3. de probatio
& in Rub. de fide inſtrumen. Soccin⁹
conſi.62.num.2.vol.1.Bal. conſi. 149.
&.198.vol.1.& probatur in.l. 119. tit.
18.part.3.ibi, *como ſi fueſſe fecha por ma-
no de eſcriuano*, atque in ſpecie neminẽ
referens probat Molina, lib.2.capit.8.
num.10. ¶ Si tamen ſcriptura inſti-
5 tutionis maioratus aut regiæ faculta-
tis ad ipſum inſtituendum aliqua ex ſo
lemnitatibus careat, ex his quę in eius
confectione à iure requiruntur, vt ſæ-
pe contingit, dubitari ſolet an ex ali-
cuius temporis lapſu poſsit ſupleri, vel
intelligatur in actu celebrationis ſcrip
turarum interueniſſe, & ſi defectus ſo
lemnitatis ex ipſius inſpectione ſeu fa
cie euidenter conſtet, nullo temporis
lapſu ſuplebitur, neq; interueniſſe præ
ſumetur, quia tũc ea præſumptio quã
ex temporis antiquitate plures iuridi
cè deduxerunt in fauorem ſcriptura-
rum, per veram facti euidentiã ceſſat,
qua nulla maior probatio inuenitur,
neq; magis veritas demonſtratur hæc
eſt celebris doctrina Pauli conſil. 48.
*in cauſa quæ vertitur inter reuerendum*, ad
medi. relatus & ſequutus ab Alexan.
conſi.1.num.19.ad fin.libr.4.Aflictus
deciſſ.107.nu.5.&.6.Deci. in authẽt.
ſi quis in aliquo nu. 24. C. de edendo.
Soccin.conſi.56.num.22.lib.2. Anto.
Gabr.lib.1.commu.opinio concl.1. de
præſumpt.nu.57.Mieres in tract.maio
ratus.4 part.quæſt.28.num.28.& nul-
lum ex his referens. Molin. lib.2. cap.
6.num.74.ad fin. ¶ Si vero defect⁹ 6
ſolemnitatis ex facie inſtrumenti nõ
apareat dicẽdum erit fore credendũ.
ſolẽnitatem præceſsiſſe, atque in actu
celebrationis inſtrumẽti interueniſſe,
vt pro regula conſtituerunt Anton.
Gab.in tit.de præſumpt.d.concl.1.per
totam Mieres in tract.maiorat⁹.1.par.
quæſt.45.&.4.part. quæſt.7.& nos in
l. ſequẽti latius examinabimus.

¶ Quæ quidem omnia de probatio- 7
ne maioratus per ſcripturam intelligẽ
da erunt quando clare cõſtiterit de ip
ſius inſtitutione, ſi vero teſtator verba
dubia protulerit, ex quibus dubitare-
tur an bona libera eſſent, vel reſtitu-
tioni ſubiecta, coniecturis decidenda
erit ea verborum dubitatio, de quibus
per Molin.lib.1.cap.3.4.&.5. vbi plu-
rimas notatu dignas quibus inducitur
fideicommiſſum, atque iure maiora-
tus ſuccedi inſtitutores voluiſſe intel-
ligitur diligenti ſtudio explicuit, &
nos aliquas non contemnendas eiſdẽ
adjicere decreuimus. ¶ Prima igitur 8
fortis conjectura inducendi maioratũ
ex qualitate rerũ relictarũ deducitur,
vt ſi ducatum, comitatum, marchio-
natũ, villas, oppida, Caſtra, ſeu alia bo
na dignitatem, & iuriſdictionem, ha-
bentia: vno ex filijs, aut cognatis, relin
quan-



quantur: quia ex ipſarũ donatione per
petui fideicommiſsi euidenter conie-
cturam deduxerunt Bald.& omnes in
l.filius familias.§.diui.de lega.1.Deci.
conſi 38.col.2.lib.1.Socci.iuni. conſi.
179.nu.53.lib.2.Barba.conſi.27.colu.
11.lib.1.Mieres in tract.maioratus.3.
part.quæſt.5. nume. 21. alios referens
Molin.lib.1.cap.11.num.18.& nouiſsi-
me Ioann, Matienzo in.l.11.tit.7.lib.
5.nouæ recopil.gloſſ.7.per totam.
¶ Quod ex eo procedere dixerũt,
9 quia ſolent ſimilia bona in honorem
familiæ relinqui, & in conſeruationẽ
agnationis, ſeu parentellæ, à commu-
niter accidẽtibus donari, vt in eis vnus
tantum iure maioratus ſuccedat, à qua
conſuetudine ſuccedendi & donandi
modo coniectura deducitur maiora-
tus, vt ſecũdum eam quæ in ſimilibus
primogeniorum Hiſpaniæ ſucceſsio-
nibus obſeruatur eorum bonorũ ſuc-
ceſsio regulanda ſit: & ad poſteros de
ferenda, argumento.l.ſeruus plurium.
§.fin.de lega.1.& bene aduertunt Soc
cinus nepos.conſi.163. num.41. lib.2.
Boerius deciſſ.155.num.29.& proba-
tur ex adductis per Grego.in.l.3.titu.
13.part.6.col.1.& per Mieres in tract.
maioratus prima part.quæſt.48.num.
13.ſatis cõducibilia ad propoſitum ad-
ducentes. ¶ Quod à fortiori admit-
10 teretur quando res, quæ donatur, aut
relinquitur, fuiſſet maiorum teſtantis,
quia tunc efficatior coniectura maio-
ratus deducitur, atque euidentius col-
ligitur voluiſſe teſtatorem perpetue
eam rem in familiam conſeruari ex re
ſolutione Decij conſi.23.nu.4 verſi.
*& concluſio*, Grego.in.l.44.titu.5.part.
6.gloſſ.2. ¶ Alia coniectura indu-
11 cendi maioratũ ex prohibitione alie-
nationis bonorum ea ratione ab inſti-
tuente facta, vt bona in familiam per-
petuò conſeruarentur euidenter de-
ducitur, ex.l.patre filium.§.fundum
de lega.3.l.cum pater.§.dulciſsimis.de
lega.2.& reſoluunt Corne. conſi.22.
num.59.lib.3.Gozadi.conſi.52.&.102
& in Rub.C. de pact.nume,16. Rube.
conſi.28.&.52.Ruinus.conſi.110. nu.
8.&.125.lib.2. dicit communem Soc-
cinus conſi,249.num.19.vol.2.Pariſ.
conſi.17.num.12.vol.2.& conſi.6.nu.
16.vol,3.Socci.conſi.251.num.3.vol.
1.& conſi.119.num.1.vol.3. Alciatus
reſponſo 773.num.2.deciſſ.Pedamõt.
50.nu.4.& ex noſtratibus Burgos de
Paz, cõſi.44.nu.8.Mencha.de ſucceſſ.
creat.3.part.lib.1.§.26, num.85. vſque
ad num.95.& nullo ex his relato Mo-
lin.lib.1. capit.5. num.16. & poſt eum
Mieres de maiora.2.part.quæſt.5. nu.
4.vbi plurima ſatis ad rem conducibi-
lia quæ ex induſtria omittim⁹ tradide
runt. ¶ Sed an ex oneris impoſitio- 12
ne rei quæ celebrandi annuatim ſacri-
ficia cauſa alicui & eius liberis relin-
quitur inter omnes de familia fideicõ
miſſum perpetuum videatur inductũ,
in quo iure maioratus ſuccedatur, pau
ci ex noſtratibus explicuerunt quorũ
vera reſolutio eſt quod ſi teſtator ali-
quibus verbis perpetuitatem, aut in-
diuiduitatem, aut bonorũ in alienatio
nem importantibus vſus fuerit, ſeu vo
cationes de maiore primogenito ge-
nere agnatione parentella maſculis,
vel alias ſimiles fecerit quibus conie-
ctura poſſet deduci maioratus, dicen-
dum eſſet ex eiſdem bonis verum pri
mogeniũ fuiſſe inſtitutum, ſi vero prę
dictis rebus onus tantum celebrandi
annuatim ſacrificia fuerit iniunctum,
ex ſola ſimilis oneris impoſsitione ne
que maioratus inductus cenſeretur,
neq; bona alienari prohiberentur, ſed
libere diuidi valerẽt oneris cauſa ſalua
& permanente, quæ reſolutio clare de
ducitur, ex his quæ probauimus. in.l.
40.Tau-

40. Tauri in gloſſ.2.in ampliatione an
niuerſaria & ex traditis à Guidone.de
ciſſ.576.Deci.conſ.336.&.377. Anto.
Gama.Luſitano deciſ.30.&.48.&.220
per totam.vbi nouiſsime id reſoluit.
13 ¶Alia euidens coniectura erit, quã
do teſtator primogenitum vocauerit,
ſeu primogenitos de ſua familia, quia
ex ea vocatione omnes in infinitum
primogenitos ſucceſsiue vnum poſt
alium ordine ſucceſsionis maioratus
fore admittendos crediderũt: Oldral.
conſi.224.nu.40.Abba.conſ.85. nu.2.
&.4 Paul.conſi.164 Præpoſitus in,c.1.
nu.14. de feud. Marchio. Soccinus in
ſingulari.conſi.252.volu.2.Pariſ.cõſi.
72.num.33.&.45.vol.4.Ancharr.conſ.
27.&.74.Benedictus in c.Rainun.ver
bo in eodem teſtamẽto.nu.199. & Ti
raq.de primogenitu.quæſt.40.nu.33.
&.44.&.165 Couarr.in cap.38.practi.
num.6.verſi.etenim & lib.3.variarum
cap.3.num.2.Pala.Rube.in Rub.de do
nat.§.69.nu.21.Anto. Gomez.in.l.40.
num,59.Mẽcha.lib.3.de ſucceſſ.creat.
§.26.nu.93.&.94.& prima part.lib.3.§.
27.nu. 20. & neminem ex his referẽs
Molin.lib.1.cap.5.nu.21.&.22.atq;.37
14 ¶Alia grandis coniectura eſt quan-
do teſtator aliqua verba perpetuitatẽ
importantia protulerit vt ſi dictioni-
bus perpetuo ſucceſsiue ſemper, vel
alijs ſimilibus vſus fuerit, quia tunc cũ
perpetuitatem principaliter reſpexe-
rit, quæ per modum ſucceſsionis maio
ratus adeo conſeruatur, & indiuidui-
tatem rerum relictarũ merito ex eius
præſumpta mente vinculo reſtitutio-
nis ſubiecta ea bona fore deducitur,
vt de verbo perpetuo tenuerunt. An-
charra.conſ.27.nu.7.Ripa.in.l.2.nu.3.
ſolu.matri.Dec.cõſ.595. Socci. nepos
conſi.53 nu.13 vol. 2. Silua.conſi. 98.
nu.12.Ripa.in.l. filius familias. §. diui.
nu.112.delega.1.Pariſ.conſi.2. nu.13.
lib.1.& conſi.88.nu.22.lib.2.Socci.cõ
ſil.43.nu.1.cum alijs lib.3.& conſi.12.
nu.18.eod.lib.Deci.conſ.23.col. 1. &
conſi.38.col.2.& conſ.182.Pari.conſ.
92.nu.37.&.51.lib.2.Cephal.cõſ.114.
nu.35.lib.1.Coua. lib.3. varia.c.5.nu.
4.& his nõ relatis alios referẽs Moli.li.
1.c.5.nu.33. ¶De verbo ſemper Soc 15
ci.in.l.qui Romę.§.co hæredes.nu. 19.
de verbo. dicens ita conſuluiſſe cuius
conſilium eſt.227.lib.2.nu.3.Boeri.de
ciſſ.158.nu.13.Curti.iuni.conſ.161.nu.
12.Corne.conſ.171.lib.3.& alios refe
rens Molin.lib.1.c.5.nu.33. ¶De ver 16
bo ſucceſsiue Bal.conſ.293.lib.2.Cor
ne.cõſ.272.col.2.ad fi.lib.4.& cõſ.171
col.1.lib.3.Rimi.conſ.182. vbi bene.
¶Alia coniectura maioratꝰ erit, quã- 17
do teſtator vocauit indefinitè maſcu-
los de ſua familia agnatione ſeu paren
tela, quia ex ea maſculorum vocatio-
ne enixam inſtituendi maioratum vo
luntatẽ habuiſſe teſtatorem, atq; oẽs
maſculos de familia ſucceſsiue vnum
poſt alium ordine ſucceſsionis maio-
ratus admiſiſſe creditur ex Bart. in.l.
1.§.videndum ad Trebel. Alex. conſi.
17.colu.1.vol.5.Aimon.Craue. conſi.
130.&.155. Curti. iuni. conſi. 111.nu.
10.&.113.nu.4.lib 2.Deci.conſi.516.
num.16.& conſi.327. & melius conſi.
371.Alciatus in.l.prouuntiatio.§. fami
liæ.nu.3.de verbo. Roma. conſi. 438.
nu.14.Soccin.in.l.Gallus.§ quidam re-
cte. num.9.de libe. & poſthu. Soccin.
nepos conſi.268 lib.2.& hoc quia quã
do maſculi vocantur tacite videntur
bona prohibita alienari extra fami-
liam, vt tradunt ſupra relati, & no-
tant Curtius iunior. conſil. 161.Pariſ.
conſi.72.num.86.lib. 4. & melius. Ai-
mon.d.conſil.180.num.10
¶Atque ita videmus quod quando 18
filij poſiti ſunt in conditione cum qua
litate maſculinitatis, cenſentur diſpo-
ſitiue



ſitiue vocati, & ſucceſsio ab inteſtato
excluditur, vt reſoluunt Guid. Papa.
deciſſ. 184. &. 299. Deci. conſil. 270.
num.3. &.318. in princ, & in.l.1.num.
16.C. de pact.& conſi.546. colu. 1. &
655.num.23.&. 578.nume.12. Alcia-
tus conſi.485. Soccinus.in.l. hæredes
mei.§.cum ita col.3. ad Trebel.& con
ſil.6.num,20.lib.3.Rube. conſi. 26 &
120. Curtius iuni. conſi.43.num.7. &
conſil.87. num. 1, & conſi. 113. num.
4. & in.l.1.colum.1.C. de pact. Aimõ.
conſi.62. num. 15, Corne. conſil. 79.
volum.2. Gozadi.conſi. 26. num. 24.
& conſi. 64. &. 87. Gratus reſponſo.
31. num.9.&.89. num.5.volum.2, quo
rum opinionem veram & communẽ
eſſe & ſecundum eam eſſe iudicatum
tenent: Curtius iuni. in. d.l. 1. C. de
pact. Boeri. deciſſ.155.nume.28.Soc-
cinus iuni, conſi. 119.num,29. & conſ.
126. num. 19. & conſi.111. numer. 25.
lib.1.& conſi.170. nume.20. volum.2.
Ancharr.conſi.74. ad fin. Emilius Fer
retus conſil. 55. Imola conſi. 155.nu.
3. volum. 2. & his non relatis Molin.
lib.1.cap.5.num.35.vſque ad num.38.
vbi aliquibus modis eam ſententiam
reſtringit & intelligit.
19 ¶Quid ſi teſtatores arma ſeu alia
inſignia iubeant adferri, an ſit hæc
ſufficiens coniectura intelligendi ip-
ſum voluiſſe primogenium inſtitue-
re, vidẽdi ſunt Burgós de Paz, in pro-
hemio legum Taur.num.28. Gregor.
in.l.12. tit.1.part.2.gloſſ.1. Mieres in
tract. maioratus.4 part.quæſt.12.num.
4. Molin lib. 1.cap. 11. num.10. cum
alijs.& num.5.ibidem.

*SVMMARIVM.*

*Tenor ſcripturarum quæ perditæ ſunt teſti-
bus probari poteſt, etiam vbi ſcriptura
pro forma requiritur, ne perditione inſtru
menti veritas, & actus ſubſtantia, irri-
tetur, num. 1. 2. & 3.*
*Amiſsio ſcripturæ prius probatur, quam ad
tenoris probationem ſit deueniendum.
num.4. & rationem.nu.5.*
*Habens ſemel apud ipſum inſtrumentum
præſumitur id ſemper habere donec pro-
baberit perditum fuiſſe, & ideo tenetur
ad exibendum.num.5.*
*Poſſeſſor maioratus apud quem ſemel fuiſſe
ſcripturam eius inſtitutionis conſtat, te-
netur ad exibendum, donec probaberit
perditam fuiſſe, nu.6.*
*Iuratur in litem contra non exibentem, nu-
mero 7.*
*Iuratur in litem contra eum qui non exibet,
tã ſuper amiſsione vt intelligatur apud
ipſum eſſe quam circa tenorem, & partis
intereſſe, num. 8.*
*Exibere nolens poterit condemnari vt de in-
ceps inſtrumento non vtatur, numer.9.
&.10.*
*Amiſsio inſtrumenti liquidiſsimis proba-
tionibus debet conſtare, numer. 11. &
12.*
*Amiſsio inſtrumenti quando probetur per
iuramentum.num.13.cum alijs vbi intel
lectus ad.l.fin.C. de fide inſtrumen, latè
diſcutitur vſque ad num.19.*
*Cauſæ maioratus maximæ extimationis
ſunt.num.17.*
*Tenor ſcripturarum quæ perditæ ſunt, &
ſimul veritas contentorum in inſtrumen-
to probari debet & quando, num.20. vſq;
ad. num.29. eleganter diſcutitur.*
*Peritiæ qualitas probanda eſt.num.23.*
*Tenor ſcripturarum quæ perditæ ſunt, an
probetur duobus teſtibus, vel quinque
ſint neceſſarij, numer 30. vſque ad fin.
gloſſæ.*
*Solutio debiti quod conſtat ex ſcriptura per
aliam vel quinque teſtes probari debet.
nu 30. & quomodo intelligatur. nu. 33.
vſque ad fin. vbi intellectus ad. l. teſtiũ
C. de teſtibus.*

*Confeſsio ſolutionis debiti quod conſtat ex
ſcriptura debet probari per aliam vel per
quinque teſtes idoneos. num. 31. & vide
num. 35.*
*Teſtes ad confectionē ſcripturæ tres vel duo
ſunt neceſſarij. num. 32.*

## Ad.l.41.gloſſ.4.

1 IBi *o por teſtigos que depōgan en la forma
que el derecho quiere de el tenor de las di-
chas eſcrituras,* ſi forſam perditæ ſint,
quia tenor earum teſtibus probatur.l.
1.l. ſi ſolemnibus .l. emancipatione,l.
ſicut iniquum de fide inſtrumentorũ.
l. teſtiũ in fi.C. de teſtibus bonus. tex.
in cap.cum olim. primo. de priui.cap.
ſicut de ſenten.& re iudi. & hęc eſt re
gula iuridica,& cōmunis, atq; paſsim
à iuris conſultorũ reſponſis,& ſcribē-
tium receptis ſententijs,comprobata:
in omnibus caſibus vbi cōfecta & per
dita fuit ſcriptura teſtamenti, inuenta
rij,priuilegij,ſententiæ,vel alterius cu
2 iuslibet qualitatis. ¶Quam lex no-
ſtra confirmauit. vbi pro ſubſtãtia ſcri
ptura requiritur, ſicut in gratia, ſeu
principis licentia,quæ ad eius perfe-
ctionem in ſcriptis conficienda eſt, vt
in gloſſa.2.huius.l.ſcripſimus,quia te-
nor eius, ſi ſemel expedita amittatur,
teſtib⁹ probari poterit, quod antea de
iure communi conſtitutum erat in.d.
cap. cum olim. primo de priuilegijs.
d. cap. ſicut de re iudi.d.l.teſtium de tē
ſtibus & probant Iacob. Butrica.Cin⁹.
Bart.& omnes in.d.l.teſtium.Iaſſ.in.l.
1.num.64.C.de iure.emphit. Aflictus
deciſſ.274.num.5.& per totã Gomez.
in.l.27.Taur.nu.28.vbi Pala.nu.7.&.9.
Caſtellus verbo ſcriptura & alij relati
3 in gloſſ.2.huius l. ¶Quod ex eo iu-
ſtiſsimũ erat,ne perditione inſtrumē-
torũ veritas & actus ſubſtantia, irrita-
retur vt conſulti ingenioſſe dixerũt in
l.cum inſtrumentis ibi,*non tolli ſubſtan-
tiam veritatis placuit.*& in l. emancipa-
tione,ibi *actorum interitu veritas conuelli
non ſolet.* l.inſtrumentis,ibi *ſemel diuiſio
recte facta non haberetur irrita,*& .l.ſi con
ſtiterit.C.de fid.inſtru. nō nulla tamē
ſumme neceſſaria ad verã tenoris ſcri
pturarũ,quæ perditæ ſunt,probationē
non paſsim ab ſcribentibus quos ego
legerim relata ſed forſam à multis in-
cognita pro viribus ab origine exami
nare conabor. ¶Primum enim antea 4
debere probari ſcripturæ omiſsionē
quã ad tenoris probationē ſit deueniē
dum receptiſsimũ eſt,ne fraudulenter
perditio allegetur,ad effectum vt falſi
tas nequeat deprehendi,ex tex.ſingu-
la.in.d.l.teſtium,ibi *cauſam peremptionis
probantibus,*l.illatæ 4. ibi,*ſi ob amiſsorum
inſtrumentorum caſuum probatione.* C. de
fide inſtrumen. ex tex. in.l. ſicut ini-
quum.C.eod. tit. ibi, *non ſtatim caſum
conquærentibus facile credendum eſt.* tex.
etiã in.l.publicati.ibi, *caſu qui probatur.*
C.de teſta.vbi gloſſ. verbo. probatur
plura iura in confirmationē adducit,
tex. etiam in c.cum olim. ibi, vt ſuper
amiſsione teſtes reciperet. & hanc cō
cluſionē vt veram a iuris principijs de
duxerũt Bal.in.d.l.teſtium. nu.3.dicēs
quod qui caſum allegat.caſum probat
id eſt modũ, quia modus caſum oſten
dit,Abb.nu.8.in.d.c.cum olim. Felin.
num.2.in.d.capit.ſicut. nume. 2. Afli-
ctus deciſſ.274.num.4.
¶Quod ex eo confirmatur,quia di- 5
cens inſtrumentum caſu perdidiſſe iã
fuiſſe fatetur ſemel apud ipſum,& con
ſequenter ſuccedit regula dicentium
quod qui ſemel habuit inſtrumen-
tum ſemper id præſumitur habere:
donec caſu perditum fuiſſe conſti-
terit, & ideo ad exibendum præ-
ciſſe teneretur, ex textu. ſingulari.
in.l.



in.l. ſi quis ex argentarijs.§. fin. ibi ſi
inſtrumentũ argentariæ ad eum per-
uenit.per quem eã reſolutionē veriſsi
mã dixerunt.Paul.conſi.301.nu.5.lib.
1.Bald.per tex.ibi in.l.publicati.col.1.
verſi.*item nota.*C.de teſtamen.vbi Ale
xand.col.2. verſi. nota. ex. tex.& ipſe
Alexan.conſ.58.nu.5.ad fi.lib.1.Afli-
ctus deciſſ.330.nu.2.in fi. Socci.conſ.
190.lib.2.col 4. verſi.ſecundo poſito.
Aimon.conſ.112.nu.17.Felin.in cap.
ſicut. nu.8.de re iudica.Iaſſ.in.l. præt.
ait.num.11.ff.de æden.& bene probat.
tex.in.l.10.tit.14.part.3.ibi, *eſto es porq̄
ſoſpecharō los ſabios antiguos que todo ome
que en algun tiempo fue ſeñor de la coſſa que
lo es aun faſta que ſea probado lo contrario.*
vbi,Grego.verbo .*faſta que ſea probado.*
aliqua notabilia in propoſito adducit.
6 ¶Et in ſpecie poſſeſſoris maioratus
apud quē ſemel fuiſſe ipſius inſtitutio
nis ſcripturam conſtiterit quod præ-
ciſſe teneatur eam exibere ad petitio-
nem intereſſe prætendētis, niſi caſum
omiſsionis ſpecifice probaberit dedu
citur ex tex.iuncta gloſſ.fin in.l.inſtru
menta. C. de fide inſtru. & reſoluunt
Grego.in.l.17.tit.2.part.3.gloſſ.verbo
carta. & latius tradit Mieres in tract.
maiora 4.part.q.20.nu. 28. ad fi.atque
ex adductis per Valaſcum de iure em
phiteo.q.8.num.2. euidenter conſtat.
7 ¶Et ſi non exibuerit iurabitur con
tra eum in litem per ipſum qui inſtru-
mentum petit exiberi ex.l. non igno-
rat.C.ad exibendum.l.3.§ præterea.ff.
eod.§.præterea quaſdam inſtituta. de
actio. l.inſtrumentis, de in litem iuran
do. bonus tex, in. l. fin. §. iuſſus. ff. de
appella. & in ſimili probat tex. in. l.
19.titu.2.part.3. & in.l.23.eodem.tit.
atque tradunt Corne. conſi.318. lib.3.
Alberic⁹ Angelus & alij.in.d §.iuſſus.
Aflictus deciſſ. 330.num.3.&.4.
8 ¶Tam ſuper omiſsione vt intelli-
gatur apud ipſum eſſe. quam circa te-
norem ipſius & partis intereſſe vt de
inceps intelligatur ſcripturam maio-
ratus id quod prætenditur continere,
iuxta tex in.l.in actionibus.ff.de in li-
tē iuran.& bene tradunt. Alexand.in.
l. inſtrumentum col.1.verſic. & intel-
ligitur. ff. eod.Plot⁹ de in litem iuran.
ſub repetitione.l. ſi quando. C. vnde
vi.§.31.num.3.&.4.Aluar.Vaez de iu-
re emphit. quæſt.7.num.38.verſi. po-
ſtremo ſequen.vbi aliqua notabilia in
propoſito adducit. ¶Imo in odium 9
non exibentis poterit iudex iuſte iu-
bere quod deinceps tali ſcripturæ fi-
des non adhibeatur,& quod ipſe maio
ratus poſſeſſor amplius ea non vtatur:
ſed pro falſa vbicunq; aparuerit iudi-
cetur,vt per tex.in.l. non alienum eſt.
ff. de interroga.actio. probãt Innocē.
in cap.G.perpetuus col. 1. verſi. quę-
ritur de fide inſtrument.Bart. in.l. 1.§.
ædenda.ff.de æden. Bald. in. l. fi. in fi.
C.eod.tit.Guid.Papa.quæſt.245. ſi ali
quis per totam. Aflictus deciſſ. 330.
nu.3.&.4.Aluar.Vaez de iure emphit
quæſt.8.num.19 ex quibus iam cōſtat.
caſum omiſsionis fore probandum.
¶Quod ſingulariter limitat Bal. in 10
l.1.in prin.C. de fide inſtrumen.quan
do ſcriptura non eſt de ſubſtantia con
tractus ad quem vos mitto quia maio
ra nos expectant. ¶Secundum re- 11
quiſitum eſt, quod caſus amiſsionis
ſcripturarum liquidiſsimis cōſtet pro
bationib⁹, ſicut cuiuſlibet alterius rei
perditio probanda eſt,neque ſolo iura
mento aſſerentis ſcripturam maiora-
tus perdidiſſe ſtabitur.l.1.C. de fide in
ſtrumento. ibi *ſi modo manifeſtis proba-
tionibus.* l. ſi ſolemnibus , ibi *ſi alijs
euidentibus probationibus,* C. eodem ti-
tul. l. emancepatione ibi, *tamen alijs
in dubijs probationibus,* eodem etiam
titu. cap. cum olim.ibi, *ſuper amiſsione*

*priuilegiorum teſtes reciperet*.l.teſtium.C.
de teſtibus,ibi *per teſtes melior*.tex. in.l.
ſi creditor.C. de pignora.actio.ibi, *vel
non probat manifeſtis rationibus ſe perdi-
diſſe*,& regulariter probant Bart.in.l.ſi
quis ex argentarijs.§.an & hæred.nu.2
ff.de æden.Paul.in.l fi.C. de fid.inſtru
men.Corne,bene conſi.318.lib.4.Ale
xand.conſi.38.verſi. vnde ſi dicerem⁹
lib.1. & melius in. l. prætor. §. prætor.
num.12.cum alijs ibi,Iaſſ. nu.11.&.12.
ff.de æden. Aflict.deciſſ.330. nu.3. &
Felin.in.cap.ſicut.nu.9.de re iudi.

11 ¶In tantum quod non ſufficeret ſi
teſtes dicerent ſe credere inſtrumen-
tum fuiſſe perditum, niſi vere de caſu
omiſsionis deponerent.ex Cardi.cõſi.
27.quem refert & ſequitur Felin.in.d.
cap.ſicut nu.9.ad fin.de re iudi.ſi enim
iuramentum ſufficeret ad amiſsionis
ſcripturarum probationẽ neq; reus te
neretur probare eas perdidiſſe, cõtra
iura,& receptas ſcribentium ſentẽtias,
neq; hominum malitijs integre foret
prouiſſum,cum facile poſſent vulgari
cautela vtentes, inſtrumenta de quo-
rum falſitate certi eſſent ex induſtria
occultare,venerãdi iuramenti religio
ne contempta,perdita fuiſſe iurãtes.

Qua ſententia retenta non obſtat
11 vulgaris lex fin. C. de fid. inſtrumen.
per quam plurimi non bene tenuerũt
ad probationẽ amiſsionis inſtrumenti
ſufficere partis iuramentum vt ſentit
gloſſ.in cap.cum olim,1.verſi. ſine re-
prehenſione de priuile. Bart.in.l. emã
cipatione in fi.C.de fid.inſtrumen.Hi
polit. conſtituẽs id regulariter in rub.
de proba.nu.140.quia facile reſponde-
tur eam legem fore intelligendã quã-
do ſemel producta in iuditio ſcriptu-
ra originali fideq; eidem adhibita, &
copia iuridice deducta in actis dimiſſa
producẽti reſtituitur.quia ſi poſtea ad
effectum probandæ falſitatis exiberi
cũ iuramento petatur & à reo perditã
fuiſſe allegetur,cum tũ ex trãſſumpto
in actis demiſſo aperte poſsit falſitas
deprehẽdi,& nõ eſſet in culpa produ-
cens ex quo diligẽter eã non ſeruauit,
merito caſus amiſsionis(vt ab exiben
di obligatione liberetur) leuiori pro-
batione iuramenti probatur,quẽ intel
lectũ clare deducimus ex verbis Iuſti-
niani in.d,l.fi.dũ dicit *cum quidã inſtru-
mentũ protulerit eiq; fidẽ impoſuerit*,& ite-
rum,ibi,*repetita vice hoc proferre*,& me-
lius deducitur ex gloſſ. quæ in contra-
riũ allegatur in.d.c. cũ olim.& aduer-
tunt Paul. Bal. & fere omnes in.d.l.fi.
Alex.in.l.prætor.§.præt. ait in fi. ff. de
æden.& ſic intelligit Math. de Aflict.
deciſſ.330.nu.2. & ſic ſunt intelligẽda
tradita per Paul.in.l,publicati.nu,7.C.
de teſtamẽ.& per Bal.in.l.noſtrã.nu.7
C.eod.tit. & ante ipſos per Ioãn.Fab.
in.d.l.fi.ſic eam intelligentẽ allegãdo
gloſſam in clem.1.de vſuris ſi vero nũ
quã in iuditio exiberetur vel ſi fuerit
exibitũ, ſed in actis copia non dimiſſa
reſtitutum,ea conſtitutio nõ procede
ret:ſed forent neceſſariæ liquidiſsimæ
probationes, neq; iuramẽto dicẽtis ſe
perdidiſſe ſtabitur, ¶Secundo reſpõ
detur ad dictã.l.fi.etiã in caſu. quo lo- 12
quitur non ſufficere amiſsionẽ inſtru
mẽti probari per iuramentũ,niſi liqui
diſsimæ cõiecturæ cũ cauſæ cognitio
ne iuridicè cõprobatę ſimul ſtarẽt:qui
bus ea iuramẽti ꝓbatio munita ad pro
bationẽ amiſsionis inſtrumẽti ſuffice-
ret,ex Innocẽ.in.c.cum olim.1. de pri
uile.vbi Abb.nu.10.Bal.in.d.l.fi.nu.25
Alex.in.l.præt.§.prętor.ait.nu.13.ff.de
æden.Roma.conſi.126. Aflict⁹ deciſſ.
330.nu.2.& per totã.& ſentit. Abb. in
c.Albericus.nu.4.de teſti.nouiſsimeq;
probat Gratia.regu.31.nu.4. ¶Veluti
ſi furtũ, aut violẽtia ꝓbarẽt vel domũ
caſu furtuito fuiſſe cõbuſtã conſtaret,
quia



quia tunc veriſsimũ crederẽ his conie
cturis legitimè probatis & iuramento
ſolẽniter præſtito, probari amiſsionẽ
inſtrumenti:vt probant ſupra relati &
magis in ſpecie Angelus in.l.ſi quis.ex
argentarijs.§.prætor.ff.de æden.Bald.
in.l.fi.in fi.C.eod.tit.Paul.in.l.ſicut.C.
de fid.inſtrumẽ.Alex.in.d. l. ſi quis ex
argentarijs.§.fi.Siluan⁹ conſ. 29. nu.7.
lib.1.Alciat⁹ conſi.28.per totum,Gre-
go.in.l.10.tit.19.part. 3.verbo. *que es per
dida*, Aflictus deciſſ.13.nu. 10. & deciſſ.
330, Valaſcus de iure emphit.q.7.nu.
38.verſi.*porro ſi quæſieris*, alios referen-
do quanuis aduerſus hanc veritatẽ vi
deatur obſtari.tex.in.d.l.teſtium.dum
quando caſu fortuito incendij, naufra
gij,vel alterius inſortunij, inſtrumen-
tum perditum fuiſſe prætenditur con-
ſtituit amiſsionem eius nõ probari iu
ramento, ibi *cauſam peremptionis proban
tibus*, & tex.in.l.ſi quando.C. vnde vi.
ibi *pate facta* iuncta expoſitione Acur-
ſij ibidem dum dicit patefacta ideſt.li-
quido probata quæ iura ſunt intelligẽ
da vt ſit neceſſaria liquidiſsima proba
tio. quando iuramẽtum cum legitimè
probatis coniecturis deficeret.Si vero
14 ea concurrerent abſq; dubio perditio
inſtrumenti probabitur. ¶Etiã ſi ſit
inſtitutionis maioratus ex noſtra lege
quæ tenorem ſcripturarum eius ſi per
ditæ ſint per teſtes eodem modo pro-
bari poſſe conſtituit,quo iure cõmuni
tenor ſcripturæ perditæ probatur, vt
conſtat ex verbis eius ibi, *que depongan
en la forma que el derecho quiere de las di-
chas ſcripturas*, in quo bene eruditi con
ditores etiã probationem amiſsionis,
& tenoris earum,ſecundũ iuris cõmu-
nis receptas ſententias regulari debe-
re præſuponunt & conſequenter iura
mentum coniecturis claris munitũ ſe
cundũ ordinẽ.l. fi. C.de fid. inſtrumẽ.
ad eam probationẽ perditionis ſuffice
re credunt,quod non ita videbatur cõ
ſtitutũ ante eã.l. cum in his quæ modi
ci ſunt pręiuditij ſeu parui momẽti,de
bere intelligi.l. fi. dixerunt poſt. Bart.
Alexan.in.l.huiuſmodi,§.ſi ita col. fin.
verſi. vlti.delega.1.Bal.in.l fin.in fi.C.
de ædẽ.& in.l.diſſolutę. C. de cõdi. ex
l.Feli. in.c.ſicut.nu.9.de re iudi.Hipo.
in Rub.de proba.nu.41.Grego.in.l. 10.
tit.19.part. 3.gloſſ.magn.& conſequẽ-
ter non in cauſis maioratus quæ ſunt
magnæ extimationis ex.l.4.tit.1.lib.3.
nouæ recopil. ibi.*ſaluo ſi el caſo fuere de
grande importancia, aſsi como ſobre bienes
de maiorazgo*, & aduertit Moli.in præ-
factione tract.de maior. nu.9, & ita in
ſpecie in cauſa maiorat⁹ aduertit Mie
res in.4.part.q.20.nu.24. ad medi. di-
cens arbitrio iudicis fore hanc dubita-
tionẽ relinquẽdã, non cõſiderans per
hanc legẽ confirmari formã probatio
nis amiſsionis ſcripturarũ, de iure cõ-
muni ſolitam obſeruari.

¶Quæ quidem omnia ſingula- 15
riter limitabis,intelligẽdo. tex.in.l. fi.
quãdo non conſtiterit apud maiorat⁹
poſſeſſorẽ ipſi⁹ inſtitutionis inſtrumẽ
tũ ſemel fuiſſe,quia ſi tunc poſſeſſor iu
rauerit apud ipſum nõ eſſe iuramento
perditio inſtrumẽti probabitur, neq;
ad exibendũ teneretur ita probat.tex.
in.l.pręt.§.ſed & ſi ſeru⁹.ff.de æden. &
in.l cũ ita.§.ſpecies.delega.2.cũ ſimili.
per Bart.in.l,ſi quis ex argẽtarijs.§. an
vero hæred.ff.de ęden.Corne.cõſ.118
col. 2.verſi.tamẽ his lib 4. vbi notabili
ter loquit̃. ¶Secundo etiã eleganter 16
limitãtur vt iuramẽto probetur perdi
tio inſtrumẽti,quãdo id debito ſoluto
quis redere debitori tenebatur,quia ſi
tunc fateatur ſolutionẽ, ſed ſcripturã
qua debitũ conſtabat amiſsiſſe iuraue
rit,iuramẽto probabitur amiſsio & ſuf
ficeret debitorẽ quitatione liberare vt
per tex.in.d.l.fi. probat Bart. in.l. hu-

iuſmodi.§.ſi ita.num. 1. delega. 1. per
tex ibi & eleganter Paul.nu.6.&.7.per
tex.ibi in.l.inſtrumenta.C de fideicō-
miſſ.& per tex. in. d. §. ſi ita, ad literas
cambij perditas inferēs poſt Bald. in.l.
pecuniȩ.C.de ſolut.& melius addi.ad
Bart.in.d.§.ſi ita, referens conſilia Pau
li Federici & Angeli. ¶Tertio re-
17 quiritur quod tenor ſcripturarū quæ
perditæ ſunt probetur ſecundū iuris
cōmunis formam in ſimilibus tenoris
ſcripturarum probationibus prȩſcrip-
tam.dum.l dicit.*que depongā en la forma*
*que el derecho quiere del tenor de las dichas*
*ſcripturas*, quæ probationis forma eſt.
vt non ſolum de tenore ſed de verita-
te eorum quȩ in ipſis inſtrumentis cō
tinebantur fiat, ex gloſſ. fin.in. l. ſicut
iniquū. C. de fide inſtrumen, ſequuta
à Bart.ibidem.1.&.2. lectura per totā.
& à Bal.in.c.1.§.1.nu.1.quid ſit inueſti
tura, dum ſe remittit ad ea quæ ſcripſe
rat in.d.l.ſicut iniquum.vbi gloſſȩ ſen
tentiam ſequitur, idē probat.Paul.in.l
teſtium num.14 C.de teſti. Lanfran.in
tract.de fid.inſtrumē. nu. 47. & Curti.
conſ.25 Feli in.c.ſicut.nu.2.de re iudi
ca.& melius Deci.conſ.215.nu. 1.id re
gulariter conſtituentes, ex eo quod di
centes ſe legiſſe aut legi audiuiſſe ſcri
pturam in qua debitum continebatur,
ſeu quælibet alia diſpoſitio, ſi de verita
te tenoris non deponerent, nō magis
fidem facerent quam ſi exēplū abſq;
originali, ſeu referens abſp; relato pro
duceretur vt notanter ſcripſit Bart.in
l,1.num.27.ff. ſi cert.peta.Guid.Papa.
deciſſ. 649. & omnes ſupra relati te-
noris, & veritatis contentorū in ſcri-
tura, probationem exigentes.
18 ¶Quod limitarem ſi teſtes forent
inſtrumentales qui de ſubſtantia & ve
ritate deponerent, licet de tenore aut
ſolemnitatibus inſtrumēti perditi nō
recordentur, quia tunc ſufficeret pro-
batio veritatis, quanuis tenoris inte-
grè non fiat.ex Bal.in cap,1.poſt prin.
quid ſit inueſtitura. Abba.in cap. Albe
ricus.col.3.de teſti.& hęc reſolutio de
ducitur ex Bart.in.l.1. nu. 28 ff. ſi cer.
peta, & melius tradit Alexand.in.l. 2.
nu.8. vbi Iaſſ.nu.14.C. de bono.poſſe.
ſecundum tabu.Felin.in.d. c. ſicut nu.
2.de reiudi. ¶Secundo limita & re 19
ſtringe quando teſtes eſſent homines
valde periti, & experti, vt inſignes ad-
uocati, & notabiles tabelliones, vel alij
periti in cognoſcendo ſolemnitatem
ſcripturarum quia tunc ſufficeret ſi de
ponerent de tenore contentorum in
eis, quamuis de veritate nihil dixerint
ita reſoluit Bar.1.&.2.lectura poſt.glo
ſam in.d.l. ſicut.& in.l.1.nu.27.ſi cert.
peta.& in.l,quidam.§ diuis num.4. de
iure fiſci. Abb.in cap. Albericus. nu.4.
de teſtibus & iterum Bart, in authen.
ſi quis in aliquo.num.6. C. de æden. &
melius Angel in.d.l.2.§. diuus de iure
fiſci Areti.in.d. Authen. ſi quis. in ali-
quo in fi, Alexan.conſi.196.nu.9.lib.2.
Purpura.in. l. ad monendi. nu.175.&
177. de iure iuran. & notanter Deci.
conſi.215.num.1. & his non relatis no
uiſsime & in ſpecie legis noſtræ alios
referens probat Mieres in tract. maio
ra.4.part.quæſt.20.num,23.verſic.*ſecū*
*do probatur*, vſque ad finem numeri.
¶Quæ peritiæ qualitas articulanda 20
& probanda eſt, ex Ioann. Andrea in
c.1.de homicid.in.6,Deci.conſ.82,nu.
3.Areti.conſ. 83. *quia multa*, verſi.vlti.
Socci.conſi 136.verſic.præterea lib, 1.
Aimon de Antiqui. 1, part.§ quæritur
etiā in hac materia an producēs nu.38
&.39.Purpura.& alij ſequuti in ſpecie.
à Mieres.4.part.de maio.q.20. nu.27.
Deberētq; deponere hij periti, de om
nib⁹ requiſitis ſubſtātialib⁹, eiuſdē in- 21
ſtrumēti, nēpe de loco mēſe anno, die
& alijs de quib⁹ per Abb.& Siculū in.c.





1.de fid.inſtrumen.& Couarr.in.c.20
practica. cum nō poſsit dici inſtrumē.
ſi deficiant ſubſtantialia eius qua ratio
ne ita fuiſſe iudicatū in conſ. Neapoli
tano teſtatur Aflictus deciſſ. 274. per
totam & ante ipſum in effectu tenue-
runt Bart in.d.l.1.num.28.ſi cert. peta.
Abb.in c.Alberi.nu.4.de teſti. Alciat.
de præſumptionibus regu.3.præſump
tione.31.num.3. & bene probat Alex.
conſ.196.nu.10.vol.2.& nouiſsime ad
uertit nullū ex his referens Mieres. d.
q.20.nu,26.in prin. ¶Quod ex ea ra-
22 tione procedere crederē quia quādo
teſtis in hac ſpecie circa tenorem per-
ditæ ſcripturȩ deponit, nō dicitur actū
quod ipſa met ſcriptura continet pro-
bare, ſed potius ipſum inſtrumentum
perditū ex celebri doctrina Bart. in.l.
1.nu.28.ſi cert.peta.ſequuti a Felin.in
d,c.ſicut nu.2.in prin.& idē colligitur
ex Bal.in.l.teſtium.nu.3.ad fi.C.de te-
ſtibus & ſingulariter deducitur ex Hi-
polito ſingulari.157.vnde de omnibus
requiſitis ſubſtantialibus eiuſdē ſcrip-
turæ quā probant ſpecifice deponere
debent, cū vt prædiximus nō poſsit di
ci inſtrumentū ſi deficiant ſubſtantia-
lia eius. vt argumētatur Aflict⁹ deciſſ,
274.nu.2.& ita nimirū ſi probando te
norē inſtrumenti non ſit neceſſariū te
ſtes deponere de veritate contentorū
in eo, cum probata ſolēnitate pro veri
tate ſit præſumēdū ſicut pro quolibet
publico inſtrumento præſumitur.
¶Tertio principaliter limitarē vt ſuf
23 ficiat probare tenorē abſq; veritate cō
tentorū ad ſemiplene probandū, & vt
ex ea ſemiplena perdenti deferat iura
mentū in litē circa cōtēta in inſtrumē
to, vt probat Acurſ.in.d. l. ſicut iniquū
gloſſ.fi vbi Bart.1.&.2, lectura Bald.in
l.ſi de poſſeſsione. C. de probat.Paul.
in.l,teſtiū.nu.14.C.de teſti.Curti⁹ cōſ.
25.Lanfranc⁹ in tract.de fid inſtrumē.
nu.47.Iaſſ.in.l admonendi. colu.114.
de iure iuran. alios referens Feli.in
cap.ſicut nu.2.ad fi.de reiudi. ¶Niſi 24
quis concremauerit aut ſua culpa per-
diderit inſtrumentum, quia licet tunc
ad huc tenor eius teſtibus vel aliter
probari valeat, non tamen in defectū
probationis ſibi concremanti aut per
denti conceditur ea iuramēti delatio.
vt ſingulariter aduertit Bal.in.l.1.in fi.
C. de fide inſtrumen.Greg, in.l.2, tit.
11. part.3.gloſſ.7.ad medi. ¶Quarto 25
limitarem quando probaretur inſtru-
mentū fuiſſe dolo aduerſarij perditū,
quia tunc non ſolū tenorem abſq; ve-
ritate ſed amiſsionē abſq; tenore ſuffi
ceret probare vt circa cōtēta in eo &
veritatem eorū iuramentū in litē petē
ti inſtrumentū deferatur, vt probat ſin
gula.gloſ.fi.in.d.l,ſicut vbi Bart.1.&.2.
lectura. & Bal.in.l. 1. nu.1. ad fi.C, de
fide inſtrumen.vbi Paul. idē aduertit
ipſe Paul.in.d.l.teſtiū.nu.14. de teſtib⁹
Feli.in.d.c.ſicut.nu,7.de reiudi. Quin
to limitarē in ſpecie ſucceſsionis quan
do ſcripturæ antiquiſsimæ ſunt ex his
quȩ reſoluit Mieres.d.4.part.de maio-
ra. q.20. nu.56.¶Sed an ad probandū 26
tenorem ſcripturarum cū qualitatibus
ſupra relatis, ſint neceſſarij quinq; te-
ſtes vel duo ſufficiāt videam⁹, & quin-
que fore neceſſarios videt̄ ex ſingula.
doctrina Salicet.in.l 2.col.11 C. de iu
re emphi. dicentis quod teſtes qui de
tenore inſtrumēti perditi deponūt vbi
pro ſubſtantia requiritur ſcriptura, de
bent eſſe quinq; & rogati, cuius dictū
fuit Ricardi, & Saliceti patrui ſui, licet
ipſe nullibi legiſſe fateatur & ipſum re
fert Iaſſ.in.l.1.num.65. C. de iure em-
phi. & fundatur ipſe Salicet.in regu.l.
teſtium.vbi debiti ſolutio.quod cōſtat
ex ſcriptura per aliā, vel quinq; teſtes
probatur cōfirmata à.l.32.tit.16.part.
3.ibi, *o por cinço teſtigos*, quorum iurium

ſententiam etiam hodie practicari in
debitis excedentibus libram auri teſta
tur Auenda, in tit. de las exceptiones.
num. 51. per totum declarando ſic le-
27 gem Toleti. ¶ Et ita confesſionem
ſolutionis debiti quod cõſtat ex ſcrip
tura probari debere per aliam aut pręciſſe quinque teſtibus tenet deciſsio
Neapolitana Aflicti. 105. Dueñas regula. 119. fallencia. 6. alegãtes gloſſam
magnam in. fi. in. c. teſtes. 3. q. 9.

28 ¶ Sed contrariam ſententiam veriorem atque receptiorem exiſtimamus,
& ſufficere tres, vel duos teſtes, ad probandum tenorem ſcripturæ perditæ.
conſtanter credimus, tam ex eo quod
ad eius celebrationem ſeu confectionem ſufficiant. ex. l. 54. ibi, *tres omes buenos*, & melius ex. l. 114. tit. 18. parti. 3.
ibi, *de dos teſtigos alomenos*, quam quod
id ſpecifice tenuerint. gloſſa magna in
d. l. ſicut & gloſſ. fin. in. d. l. teſtium. vbi
Bald. num. 3. ad fin. Alexan. in. l. 2. nu.
8. C de bono. poſſe. ſecundum tabulas
vbi Iaſſ. nume. 12. & melius Aflictus
in cap. 1. in princ. nume. 33. qui teſtes
ſint neceſſarij ad probandam inueſtituram & in cap. 1. num. 5. de conſue. recti. feudi. & deciſſ. 166. num. 11. Benedict. in cap. Rainun. verbo teſtamentũ
1. num 91. Hipolit. ſingula. 156. *nemo prudens*, & in Rub. deprobatio. num. 357.
cũ alijs Caſſa. in cõſuet. Burgun. Rub.
7. §. 4. verbo. Parſon. num. 2. Feli. in d.
cap. ſicut de reiudi. & his non relatis.
Mieres. 4. part. de maiora. quæſt. 20.
29 num. 25. ¶ Et in cõtrarium adducta
non obſtant. quia præter quam quod
Salicetum reprobat Iaſſ. in. l. 22. num.
134. C. de iure Emphi. ad. l. teſtum in
qua fundatur reſpondetur debere intelligi, quando ex partium conuentione ſcriptura fuit de ſubſtãtia cõtract⁹,
vt quia conſtat euidẽter non aliter ipſos contractum feciſſe quam ſi fieret
in ſcriptis, vt eum tex. intelligunt Bal.
ibidem num. 2. & ipſe in. l. fi. num. 2. C.
arbitrium tutelę Iaſſ. in. d. l. 2. num. 134
C. de iure emphi. & Neapolitani teſte
Aflicto. deciſſ. 105. in fin. & ſatis erudite Grego. in. l. 32. tit. 16. part. 3. verbo
*carta de eſcriuano*, quia ſicut tunc ab initio fuit de ſubſtantia contractus ſcriptura ex ipſa partium expreſſa conuentione ſic ac ſolutionis debiti probationem, quæ deſtructio ſcripturæ eſt, præciſſe requirit, aut quinq; teſtes ſed cũ
hodie communiter in ſcriptis contrahitur non ex præciſſa partium conuẽtione, neque ad ipſius contractus perfectionem, ſed vt facilius probetur cõuentio, merito debiti ſolutio probabitur duobus aut tribus teſtibus integræ
opinionis. vt eleganter poſt Alberi. in
d. l. teſtium conſiderat Grego. in. d. l.
32. gloſſ. 2. per totam ſic intelligens
l. Toleti, quæ habetur in. l. fin. titul. 8.
lib. 3. ordina. & hodie in. l. 2. tit. 21, lib. 4
nouæ recopila. vt quia vbi communiter fit ſcriptura ad faciliorem probationem cõtractus, ſolutio eius debiti probetur duobus teſtibus reiecta diſtinctione Auendañi ſupra, contra quam
vidi ſemel iudicatum me in cauſa patrocinante, in hac regia Chãcellaria.

¶ Ex quo clare deducitur, quod quã 30
do ad contractus perfectionem ex cõuentione partium præciſſe requiritur
ſcriptura, non poterit ſolutio probari
niſi per aliam, vel quinq; teſtes, & cõſequenter quod is intellectus ad. l. teſtium licet in ſe verus ſit non tamẽ excludat difficultatẽ, cum in noſtra ſpecie ſit de ſubſtantia maioratus licentia
Regia inſtituti, ſcriptura.

¶ Vnde proprius reſpõdetur quod
in. l. teſtium agitur de obligatione pręciſſe contracta inſcriptis extinguenda 31
omnino per ſolutionem, ad cuius deſtructionem neceſſaria omnino fuit





vel alia ſimilis ſcriptura, vel quinq; teſtes integræ opinionis, cum ea legitima probatio in locum publici inſtrumenti ſubrogetur, ex ſingula. doctri.
Cini. in. l. optimam. C. de contrahen.
& cõmiten. ſtipula. Quam poſt Abb.
& Felin. dicit ſingularem & nunquã
obliuioni tradendam Hipolitus ſingula. 157. *Volo. te docere*, nos vero non principaliter loquimur de extinguẽda omnino obligatione, ſeu deſtruendo inſtrumento, ſed deprobando tenore ipſius perditi, quod minori ſolemnitate
indiget, vt ex prędictis conſtat, & hinc
remanet ſatisfactum ad difficultatem
deprobatione confesſionis, quam ſupra ex aduerſo obſtare videbatur maxime cum quælibet confesſio abſente
parte facta ſufficiat, ſi probetur duob⁹
teſtibus, qui loco & tempore cõteſtes
ſint, ex gloſſ. in. l. fin. C. familiæ hærciſ.
Anto. in cap. licet ex quadam de teſtibus Aflictus deciſſ. 364. nu. 4. & alios
referens Burgos de Paz, conſi. 43. nu.
24.

*SVMMARIVM.*

*Conſuetudo vocatur, qua conſtat ſucceſsionem iure primogenituræ deferri. nu.* 1.
*Præſcriptio & non conſuetudo dicitur quando ius priuato adquiritur. num.* 2.

# Ad.l.41.gloſſ.5.

1 IBi, *y anſi miſmo por coſtumbre*, hanc vocauerunt conſuetudinẽ plurimi per
tex. in cap. ſuper quibuſdam. §. præterea de verbo. ſignifica. ibi, *aut conſuetudine antiqua cuius initij*, vnde Mencha.
cap. 83 quæſtio illius. num. 23. inepte
eam vocari pręſcriptionẽ credit quod
Molina in hunc ſenſum admittit, lib. 2.
cap. 6. num. 12. & 13. vt non ſit proprie
conſuetudo. ſed vim conſuetudinis obtineat. ex quo pręſcriptionem eſſe credidiſſe videtur. & clarius tenuit. d. c. 6.
ex num. 16. dum reſpondit ad ea quæ
in confirmationẽ opinionis Mẽcha.
facere videbantur, & Molinæ opinio
iuſtificatur ex eo quod conſuetudinis
proprium ſit acquirere ius omnibus
ciuibus ſeu de vniuerſitate in communi, & non cuiquam ſpecialiter.

¶ Et quia quoties ex conſuetudine 2
antiquiſsima ſeu alia, ius priuato adquiritur non dicitur ea proprie conſuetudo ſed præſcriptio vt aduertit
poſt alios Couarr. in regula poſſeſſor.
2. part. § 3. nume. 2. & in ſpecie noſtræ
legis probat nouiſsime Ioann. Matiẽço in. l. 1. tit. 7. lib. 5. nouæ recopi. gloſſ.
6. per totam ad lõgum examinans an
hæc ſit vere conſuetudo aut præſcriptio non nulla fundamenta in vtramq;
partem adducẽs, quod non altius proſequimur ne ad ea quę vtiliora ſunt tẽpus deficiat.

*SVMMARIVM.*

*Conſuetudo triginta, vel quadraginta annorum an ſufficiat ad inducendam formam ſuccedendi in maioratu. nu.* 1.
*Immemorialis præſcriptio ſeu conſuetudo ſcientiam neq; patientiam eius contra quem cauſatur requirit. num.* 2.
*Immemorialis efficit vt iuridice præſumatur ſcientiam & patientiam eorum contra quem cauſatur præſcriptio & in populi notitiam deueniſſe. num.* 3. & 4.
*Præſcriptio ſeu conſuetudo cẽtenaria an ſufficiat ad inducendam formam ſuccedendi in maioratu. num.* 5.
*Præſcriptio quadraginta annorum cum titulo an ſufficiat ad probandum maioratũ num.* 6.
*Iuriſdictio an probetur ex lapſu tẽporis quadraginta annorum cum tit. num.* 7.

*Maioratus an quibuſcunque legitimis proba
tionum ſpeciebus probari poſsit.nu.8.*

# Ad.l.41.gloſſa.6.

1 IBi *inmemorial*, multi dixerunt ante.l.
hanc ſufficere triginta aut quadra-
ginta annorum tempus, ad inducendã
conſuetudinem ſuccedendi iure ma-
ioratus, ſeu primogenituræ, in quali-
bet agnatione & familia, vt conſtat ex
Iſernia in cap. Imperialem. §. præterea
ducatus. num. 37. ad fi. de prohibi. feu.
aliena. quem ſequuntur Guid. Papa.
conſi. 131. *circa proceſſum reuiſionis*, &
alij per Tiraquel. de primogen. quæſt.
2 30. num. 7. & 8. ¶ Sed quia in quali-
bet pręſcriptione ſciẽtia & patiẽtia
eorum contra quem præſcribitur re-
quirebatur & in ſpecie noſtræ pręſcri
tionis quæ aduerſus naſcituros cauſa-
tur ipſorum ſcientia dari non poterat,
merito neceſſaria fuit ea præſcriptio
quæ ſcientiam earum non requirit ad
inducendum ordinem ſuccedendi iu-
re maioratus in familia: ſcilicet imme-
morialis. quæ ſecundum veriorem &
receptiorem ſententiam neq; patien-
tiam eorum contra quos cauſatur re-
quirit. ex gloſſ. in. l. ex hoc iure. §. du-
ctus aquæ. ff. de aqua quotidiana. &
ſti. Roma. in. l. 1. §. deniq;. ff. de aqua.
plu. arcen. & dicit communem Alex.
conſi. 6. num. 4. lib. 1. & conſi. 16. num.
15. lib. 5. Deci. conſi. 85. Curti. iuni. cõ
ſil. 158. num. 12. Pariſ. conſi. 111. num.
54. lib. 1. Bald. de præſcript. 2. part. 3.
part. princip. quæſt. 6. nume. 22. Tiraq.
de nobilita. cap. 14. num. 14. & alij quã
plurimi per Gabr. titu. de præſcrip. cõ-
3 clu. 1. num. 59. ¶ Et quanuis eam re
quireret efficit vt iuridice præſumatur
ex tanti temporis lapſu præceſsiſſe ex
Salicet. in. l. authoritatem in fin. C. vn-
de vi. Alexand. conſi. 24. verſic. præte-
rea lib. 5. Deci. conſi. 185. & alij per Ga
bri. d. col. 1. num. 60. ¶ Atque in po- 4
puli notitiam deueniſſe eiuſq; tacito
cõſenſu fuiſſe à probatam, ex Molin.
lib. 2. cap. 6. num. 6. tradens per totam
rationem decidendi huius. l. ¶ Ex 5
quo deducitur tenendum, quod cum
l. immemorialẽ præciſſe requirat cũ
qualitatibus in ea ſpecifice enumera-
tis probatam, non ſufficiat centenaria,
quanuis multi eundem effectum habe
re imo & potiorem atque potentiorẽ
eſſe tenuerint. vt conſtat latè ex Mo-
lina. lib. 2. cap. 6. num. 43. vſque ad. nu.
50. Mieres in tract. maioratus. 4. part.
quæſt. 20. num. 43. & 44. & ante ipſos
referens plures tradit Gabri. titu. de
præſcriptione concl. 1. num. 71. & 72.
quorum ſententiam cõfirmamus quia
l. 41. immemorialem requirit formali
ter, vt dicendum erit in gloſſ. verbo.
*con las qualidades*, & probat in ſpecie
Mieres. d. quæſt. 20. num. 43. & conſe-
quenter cętenaria admitti non poteſt
niſi in ea principium deficeret, & cũ
qualitatibus immemorialis probare-
tur quia eo caſu & vim atq; effectum
immemorialis habebit, & maioratus
per eam rectè probabitur, vt intelli-
git Molin. d. lib. 2. c. 6. num. 50. & nos
in gloſſ. 1. huius. l ſummariè diximus.
¶ Si vero præſcriptione quadragin
ta annorum cum tit. in valido, aut ſub 6
repetitione maioratus probaretur ſuf
ficiens probatio foret, tam quod om-
nia tituli vitia ex tanti temporis lapſu
purgantur, quam quod ea præſcriptio
æquiualens ſit immemoriali quæ re-
ſolutio deducitur ex cap. 1. de præſcri
ptioni, in. 6. cap. cum perſonæ. §. quod
ſi tales de priuileg. in. 6. cap cum olim.
de pręſcript. l. ſi. C. de fun. patrimo. lib.
10. quem ad hoc ponderant ibi. Bart.
Platea. Salicet. & Angel. in. l. cõperit.
C. de



præſcript. 30. vel. 40. Alexand.
conſi. 30. num. 11. & 13. vol. 2. Iaſſ in. l.
imperium. num. 20. de iuris. omnium
iudi. & in ſpecie maiora. Molin. lib. 2.
cap. 6. num. 51. vſque ad num. 54. Mie-
res in tract. maiora. 4. part. quæſt. 20.
7 num. 64. ¶ Sicut in præſcriptione iu
riſdictionis videm⁹ vbi requiritur im-
memorialis vel. 40. annorum cum tit.
declarando tex. in. l. 2. tit. 9. lib. 5. ordi.
na. quæ habetur in. l. 1. tit. 10. lib. 5. no-
uæ recop. reſoluunt. Couarr. in regul.
poſſeſſor. 2. part. §. 2. nume. 8. verſic. 3.
ſpecies & §. 3. nu. 3. & lib. 1. varia. cap.
17. nume. 7. Auenda. de exequen. man-
da. 1. part. cap. 1. num. 21. verſic. imo vl-
tra dico quod ſi dubitatur Molin. lib.
8 2. cap. 6. num. 52. ¶ Et non ſolũ ma-
iorat⁹ ſcripturis ſeu immemoriali pro
batur, ſed & alijs quibuſcunq; legiti-
mis probationũ ſpeciebus probari po-
teſt, ex bene tradictis per Aimon cõſ.
276. ex princ. & in ſpecie noſtræ. l. ad-
uertit Mencha. de ſucceſſ. creat. lib. 1.
§. 5. num. 5. & melius referens Beroiũ
& Aluarũ Vaez probat Molin. lib. 2.
cap. 8. num. 3.

*SVMMARIVM.*

*Qualitates immemorialis præſcriptionis ſub
ſtantiales ſunt ad eius probationẽ. nu. 1.*
*Forma vel ſolemnitas a l. ſeu ſtatuto requiſi
ta ſemper cenſetur ſubſtantialis. nu. 1.*

# Ad.l.41.gloſſ.7.

1 IBi *probada con las calidades* infra enu-
merandis in gloſſ. ſequen. a lege pro
forma ſubſtantiali requiſitis ex Baldi
doctrina in. l. comparationes oppoſi-
tione. 3. in fin. C. de fide inſtrumen. di
centis quod forma vel ſolemnitas à le
ge ſeu ſtatuto requiſita ſemper cenſe
tur ſubſtantialis, quem ſequitur Deci.
conſ. 10. num. 2. 1. part. & conſi. 429.
num. 5. Matheſila. ſingula. 130. nu 18.
Alexand. conſi. 165. nu. 4. lib. 6. & cõſ.
7. num. 19. lib. 7. Tiraquel. de retract.
conuentio. §4. gloſſ. 7. num. 15, & no-
uiſsime Caualcanus deciſſ. 13. num. 3.
cũ alijs & in tract. de vſu fructu nu. 89.
& 127, Gratia. regul. 14. num. 3. & in
ſpecie noſtræ legis probant Auenda.
indictio, verbo *coſtumbre*, & melius de
exequen. manda. 1. part. cap. 6. num. 7.
verſic. & omnia ſupradicta Mieres in
tract. maiora. 4. part. quæſt. 20. nu 43.
& Molin. lib. 2. cap. 6. per totum præci
pue. num. 32. & 33. vbi. d. num. 33. ad-
uertit quod omiſsio modicę ſolemni-
tatis immemorialem non vitiat.

*SVMMARIVM.*

*Immemorialis de qua in hac l. plures ſuc-
ceſsionis actus requirit, & in pluribus
ſucceſſoribus neceſſario verificatur. nu. 1.*
*Teſtes de actibus huius conſuetudinis im-
memorialis deponentibus, conteſtes de-
bent eſſe circa ipſorum actuum probatio-
nem. num. 2.*
*Teſtes deponere debent in vim eius conſue-
tudinis immemorialis ſucceſsionem iure
maioratus fuiſſe delatam. num. 3.*
*Vnicus actus an ſufficiat in ea immemoria
li præſcriptione. num. 4.*

# Ad.l.41.gloſſ.8.

IBi, *que concluyan los paſſados auer teni-
do y poſſeydo aquellos bienes por de maio-* 1
*razgo*, ergo hæc immemorialis plu-
res ſucceſsionis actus requirit, & in
pluribus ſucceſſoribus neceſſario eſt
verificanda, neq; ſucceſsio vnius ſuffi
ceret, dum lex dicit, *los paſſados auer te-
nido*, iunctis verbis eiuſdem, ibi *es a ſa-
ber*

*ber que los hijos*, & per totã cum de pluribus filijs maioribus, atque eiuſdẽ maioratus ſucceſſoribus pluries mẽtionẽ facit, quod in ſpecie probauerunt Auẽdañus in dictionario verbo, *coſtumbre*, verſi, *iſta concluſio fallit*, & ante ipſum eleganter. Aimon. de antiquita. §. materia ſingularitatis teſtium. nu. 23. fol. mihi. 202. & in conſi. 134 num. 6. Abb. conſi. 53. num 1. ad fin. 2. part & meliꝰ Alexan. conſi 131. num. 9. lib. 1. Deci. conſi. 222. num. 10. & conſi. 538. nu. 9. Corne. conſi. 89. col. 3. vol. 1. & elegantius in conſi. 179. per totum. lib. 3. quorum aliqui in probatione conſuetudinis immemorialis loquũtur, & omnes plures actus ſucceſsionis requirunt, ad eius conſuetudinis veram probatio-
2 nem. ¶ Et non ſolũ actuum frequẽtia neceſſaria eſt, ſed præciſſe requiritur quod teſtes de actibus conſuetudinis deponentibus circa ipſorum actuũ probationem conteſtes ſint. neq; ſufficeret ſingulares eſſe, ex communi ſententia, quam tenet Cinus in. l. 2. C. quę ſit longa conſuet. ſequuta ab Alexan. conſi. 104. num. 7. volu. 3. & conſi. 131. num. 9. lib. 1. Deci. conſi. 275. num. 11. & conſi 538. num. 10. Aimon. cõſi. 134. nu. 6. Corne. conſi. 89. colum. fin. verſic. *& conſuetudo non probatur*, lib. 1. Grãma. conſi. 82. & his non relatis Auenda. indiction. verbo, *coſtumbre*, verſic. *item aliud probatur*, dicentes non ſufficere ſi teſtes dicerent ita fuiſſe conſuetudine obſeruatum, niſi de actibus ſuccedendi atq; perſonis ſucceſſorum ſpecifice deponerent, vel de cuius libet alterius conſuetudinis actibus meminerint. ¶ Imo foret neceſſarium teſtes
3 deponere in vim eius conſuetudinis eam ſucceſsionem iure maioratꝰ ſemper fuiſſe deriuatam, cum non bene ſequatur iure maioratus ſucceſſerũt præceſſores ergo in vim conſuetudinis quia ex alia cauſa potuit ea ſucceſsio iure primogenituræ deriuari. vt notãter argumentatur Ancharr. conſi. 339 *pro maiori intelligentia*, col. 5. verſi. ad ſecundam rationem Corne. conſi. 125. col. 2. ad fin. lib. 4. Deci. conſi. 275. nu. 11. ad fin. & bene doctiſsimus Aimõ. conſi. 171. num. 14. & 15.

¶ Quod Ludouicus Molin. lib. 2. c. 4
6. num. 26. in ſpecie noſtræ. l. reſtingit quando vnicus tãtum actus ſucceſsionis iuncta continuatione poſſeſsionis per tempus in ea requiſitum cõcurreret, quem ſufficere conſtanter credit ad inducendam eam immemorialem conſuetudinem ex Abb. in cap. fi. nu. 17. de conſuet. cuius reſtrictionem licet veram fateamur non tamen poſſe verificari credimus, cum actus continuationis eius poſſeſsionis, qui memoriam hominũ excedat in tã breui, licet à maritudine plena hominum vita, dari nequeat. quare ingenioſsi conditores huius. l. dixerunt, *los paſſados auer tenido*, & ſtatim, *es aſaber que los hijos*, ſignificantes in ea immemoriali cõſuetudine plures ſucceſsionis actus dari & requiri & de ipſorum actuum frequentia atque perſonis ſucceſſorum debere teſtes deponere, quod ſumme notandum eſt ad huius. l. intellectum.

*SVMMARIVM.*

*Præſcriptio hæc ſeu conſuetudo immemorialis alios fratres vltra primogenitum requirit contra quos cauſari poſsit, nu.* 1. *&* 3.

*Fœminæ non currit præſcriptio, exiſtẽte maſculo cum eidem non pateat locus, nu.* 2.

## Ad.l.41.gloſſa.9.

1 IBi, *caſo que el tenedor del dexaſſe otro hijo o hijos legitimos*, quanuis. l. dicat, *caſo q̃ el tenedor* præciſſe requirit quod primogenitus quem iure maioratus ſucceſsiſſe prætẽditur, alios fratres cõtra quos præſcriptio valuiſſet inchoari legitimos habuiſſet, cum in his iuriũ præſcriptionibus aduerſarius qui ſciat & patiatur neceſſarius ſit, ex vulga. iuris regula. l. Atilicinius. §. 1. ff cõmunia prædiorum. l. quoties. 1. ff. de ſeruit. & ex actibus ſucceſsionum, atque lõgiſsima conſuetudine ſuccedendi, vnicum tantum (alijs fratribus deficientibus) ſequi non poſsit eam ſucceſsionem iure maioratus fuiſſe deriuatam cũ eod. modo & iure in bonis liberis foret ſuccedendum. quæ doctrina vera & communis deducitur ab Andrea de Iſernia in. c. imperialem, §. præterea ducatus, num. 37. ad fi. de prohibi. feud. aliena. per Federi. vbi in ſpecie primogenituræ loquitur & melius ipſum referendo Aflictus ibidem. num. 44. Suarez in. l. quoniam. limitatione. 11. ad. l. fori. poſt allegationem. ibi inſertam. num. 16. & 17. & poſt eos Molin. lib. 2. cap. 6. nu. 22. & 23. Melch. Mieres in tract. maiora. 4. part quæſt. 20. num. 40 ad fin. intelligentes ſic legem noſtrã & idem probat. Tiraquel. in tract. de primogenitura quæſt. 91.

2 ¶ Quorum interpretatio confirmatur, quia cum vt diximus in gloſſ. præcedenti, neceſſarium ſit probari. vnicum tãtum ex eo ſucceſiſſe quo bona maioratus iure deferebãtur, & hoc euidentius nequeat probari quam per fratrum exiſtentiam, aduerſus quos cauſetur præſcriptio, merito per continuationem ſucceſsionis vnius tantũ non bene ſequitur fuiſſe deriuatam iure maioratus eam ſucceſsionem vnde ſingulariter dixit Bald. conſi. 215. nu. 4. lib. 2. quod cum non pateat locus fœminæ exiſtente maſculo interim eidẽ non currit præſcriptio, quod poſt Ancharra. & Corne. dixit etiam Aimon. conſi. 171. num. 14. & nouiſsime tetigit ſequendo Bald. Mieres. d. 4. part. quæſt. 20. num. 4. ad fin. & hoc intelligebat Albericꝰ de Roſatis in Rub. quę ſit longa conſuet in conſuetudine ſpeciali vnius familiæ quæ vt valeat induci, aliorum fratruum ſuper exiſtentia requiritur, ſecus ſi de probanda conſuetudine generali totiꝰ regni ſeu prouintiæ ageretur, quia ſufficeret tunc ſi probetur eſſe generalem conſuetudinem quod primogenitus ſuccedat in hæreditate patris, aut feudis, certa parte fratribus loco alimẽtorum reſeruata, quia ſicut in condendo legem non requiritur contradictio, ita neq; in inducenda cõſuetudine generali. cuius doctrinam dicens notandam ſequitur Aflictus in capit. imperialem. §. præterea ducatus. num. 41. ad fin. & idem in effectu voluit Iſernia, d, num. 37. ad fin. quæ notatu digna ſunt ad interpretationem verborum huius gloſſæ, lectorq; cõſideret caſus in quibus præſcriptio requirit cõtradictorem, quos ego deſiderio magno ceptum laborẽ implendi timidus mortis amaræ non referam.

*SVMMARIVM.*

*Immemorialis huius. l. requirit quod ob ius ſuccedendi iure maioratus nullam æquiualententiã fratribus primogenitus præſtet. num.* 1.

## Ad.l.41.gloſſ.10.

IBi, *ſin darles los que ſuccedian enel dicho mayorazgo alguna coſa o equiualencia por ſucceder enel*, ergo ſi nõ probaretur 1

hæc

hæc qualitas præſumptio foret contra poſſeſſorem cum bona regulariter libera præſumãtur, & ex alia cauſa quã quod iure maioratus ea ſuccesſio deferatur, vnicus tantum ſuccedere poſſit vt ex ceſsione, renunciatione, aut conſenſu cęterorum fratrum, vnde ingenioſsi conditores huius .l. fore neceſſarium probari exiſtimarunt, ob id ius ſuccedendi inſolidum nullam fratribus æquiualentiam à prædeceſſoribus præſtitam fuiſſe, quaſi velint probari debere non ex alia cauſa (quam quod iure maioratus in vim conſuetudinis immemorialis ſucceſſerunt) ad ea bona fuiſſe admiſſos, quod antea ſingulariter deducitur ex Aimon conſi. 171. num. 14. Deci. conſi. 271. num. 11. ad fin. & nos in gloſsis præcedentibus diximus, firmiter tenentes eam eſſe propriam naturam primogenituræ, quod ex neceſsitate nihil prędeceſſores pręter alimẽta cæteris fratribus dediſſent.

*SVMMARIVM.*

*Teſtes ad probandam immemorialem debent eſſe bonæ famæ. num. 1. & per totã gloſſam.*

*Qualitas à lege requiſita bonæ famæ ſeu opinionis vel alia ſimilis neceſſario eſt articulanda & probanda, num. 2.*

## Ad.l.41.gloſſa.11.

1 IBi, *que los teſtigos ſeã de buena fama.* hæc eſt prima qualitas neceſſaria in perſona teſtis, qui producitur ad probandum in factis antiquis memoriam hominum excedentibus à iuris principijs deducta ex cap. licet ex quadam de teſti. ibi niſi forte perſonæ graues extiterint. & ibi ab hominib⁹ bonæ famæ iuncta l. 15. titu. 9. part. 4. ibi, *de buena fama*, cum alijs iuribus paſsim à ſcribentibus relatis, quæ qualitatẽ bonæ famæ in perſona teſtis exigunt.

¶Quæ quidem qualitas à lege requiſita neceſſario eſt articulanda, & probanda, ab eo qui prætendit in vim eius cõſuetudinis iure maioratus eſſe ſuccedendum, quia licet quilibet bonus præſumatur atque bonæ famæ in dubio iudicetur. cap. 1. de ſcrutinio. l. ab ea parte de proba. cum vulga. tamẽ quando à lege ſeu ſtatuto requiritur qualitas bonæ famæ ſeu integræ opinionis neceſſario debet articulari, & probari, eam qualitatem à .l. requiſitam in perſonis teſtium concurrere. ex notãda licet vulgari doctrina Bart. in. l. 1. §. ſi quis neget. num. 12. ff. quemadmodum teſta. ape. vbi Angel. idem aduertit, & notanter Hipolit. ſingula. 187. num. 3. & alij quam plurimi relati & ſequuti in ſpecie noſtræ. l. à Mieres in tract. maiora. 4. part. quæſt. 20. num. 29. cum alijs Molin. lib. 2. cap. 6. num. 29. & 30. quod verisſimum credimus quanuis Caſtellus in præſenti verbo, *buena fama*, contrarium ſentiat quanuis Auenda. in dictionario verbo, *coſtumbre*, prope finem verbo, *item aliud* id reſtrinxerit quando in ſuperlatiuo gradu qualitas bonæ famę à lege requiritur, quia tunc exiſtimat & nõ aliter fore neceſſariam qualitatis probationem, quod ante ipſum referẽs alios tenuit ſummariè Grego. in. l. 15. tit. 9. part. 4. verbo. *buena fama*, ad finem & licet non firmiter intelligendo ſic doctrinam Angeli. Couarr. in capit. relatum. 1. num. 7. de teſta. quorum reſtrictionem veram credimus cum neceſsitas probationis eius qualitatis non cõſiſtat in eo quod in gradu ſuperlatiuo comparatiuo, ſeu poſitiuo, à lege requiratur, ſed in eo quod ab ipſa pro forma ſubſtantiali exprimitur vt ſentiunt Mieres. & Molina ſupra. & Couarr. d. num. 7 ad fin. verſic. 4. vt veram, & ita Auendaños parum ſibi conſtans in. c. 6. de exequen. 1. part. num. 6. verſic. & omnia ſupradicta, fatetur omnia contẽta in. l. noſtra. eſſe copulatiuè de ſubſtantia probationis adeo quod vna qualitate deficiente tota probatio corruit adducẽs gloſſam in. cap. 1. de pręſcriptio. in. 6. & . l. 29. titu. 16. part. 3. ibi. *ſeyendo probado en eſta manera*, de hac veritate dubitamus quanuis in ſupremis tribunalibus non integre ſeruari vidimus, niſi quando lex, canon, vel ſtatutum, ratione eius qualitatis quam exprimit, teſtes qui alioquin de iure nõ admitterentur admittit cũ Couarr. d. num. 7. verſi. *quarto vt veram*, licet ego ſemper allegaui & articulaui.

*SVMMARIVM.*

*Teſtes immemorialis debent deponere de viſu quadraginta annorum. num. 1.*

*Teſtes immemorialis debent eſſe ætatis. 54. annorum cum de viſu quadraginta deponere debeant. nu 2. & intelligitur. nu. 3.*



## Ad.l.41.gloſſ.12.

1 IBi, *y digan que anſi lo vieron ellos paſſar por tiempo de quarenta años.* omiſſa conſuſſa reſolutione ſcribentiũ qui diuerſo modo probari immemorialem exiſtimauerunt alij ſolam famã antiquisſimam ſufficere dicentes. alij viſum per totum vitæ tempus & auditum à maioribus aliaque plurima requiſita neceſſaria fore exiſtimantes, de quibus latisſime per Gabriel, tit. de pręſcript. concl. 1. num. 74. vſque ad num. 80. ea tantum quæ ad eius veram probationem expectant breuiter adducere decreuimus, & primum dum lex dicit, *quarenta años*, aduertendum eſt de iure communi non ita fuiſſe expreſſum tẽpus viſus de quo teſtes deponere ſpecifice erat neceſſarium, ſed ſufficere ſi dicerent ſemper ſe vidiſſe conſuetudine receptum vt conſtat ex gloſſ. in c. 1. de præſcrip. in. 6. dum dicit ſemper viderim & ex latisſime traditis per Gab. d. num. 74. Molina. d. lib. 2. cap. 6. num. 31. ſed quia ſic teſtificando poterant aliqui ex teſtibus de pluribus, alij de paucioribꝰ annis deponere, mediã viam eligendo lex conſtituit tempus viſſus debere eſſe quadraginta annorum ſpacium confirmando in hoc aliquorum opinionem qui clarius gloſſę ſententiam huiuſmodi interpretauerunt, credentes fore neceſſariũ quod teſtes ſpecifice deponerent de tempore viſus. 40. annorũ vt ſentierũt Guid. Papa. cõſi. 150. nu. 4. Bald. de præſcrip. 2. part. 3. part. princip. num. 24. Aimõ. de antiquit. 4. part. §. abſolutis differentijs. num. 3. Grãma. in votis ciuilibus voto. 12. Caſane. in conſuet. Burgun. Rub. 1. §. 2. gloſſa, *e la pruebe.* num. 9. & ita aduertunt Auenda. de exequen. 1. part. cap. 6. num. 6. in princi. Otalora de nobilita. 3. part. cap. 7. num. 12. Mieres in tract. maiora. 4. part. quæſt. 20. nu, 56. in princ. & ſatis ex hac. l. confirmatur. ¶Per quam videtur aprobari alia opinio dicẽtium quod teſtes 2 deponentes ſuper hac immemoriali debent eſſe ætatis. 54. annorum cum de viſu. 40. deponere debeant quam tenuerunt poſt alios Caſane. d. §. 2. gloſſ. *e la pruebe*, nu. 9. Pariſ. conſi. 27. nu. 97. lib. 1. Florianus in. l. ſeruitutes magna. nu. 36. de ſeruit. Bald. de præſcript. 2. part, 3 principalis. quæſt 6. nu. 37. verſic. cuius vero ætatis. Caſane. conſi. 18 num. 9. & conſi. 54. num. 51. Bertrandus conſi 167. num. 4. vol. 3. & ex moderniorib⁹ Auenda. de exequẽ man-

manda.1.part.capit.6.num.6.verſic.ſextum requiritur.

3 ¶Quanuis in hoc verius eſſe crediderint ſufficere ſi teſtes ſint tẽpore depoſitionis eius ætatis quod.40.anni poſt quã effecti ſunt doli capaces transſierint, cũ teſtis quatuordecim annorum deponere poſsit de his quæ vidit in pupillari ætate. dũmodo deponat de tempore quo doli capax erat, & ita ſufficere quod teſtis habeat.50.annos & dimidium ad probationem immemorialis eſſe communiter receptum & praxi obſeruatum in ſpecie noſtrę.l.poſt Couarr.& alios reſoluit Molin.lib.2.cap.6.num.40.& 41.& nouiſsime Matienço in.l.1.tit.7.lib.5.nouæ recopi.gloſſ.9.ad fin.

*SVMMARIVM.*

*Auditus à maioribus qualitas eſt immemorialis,num.1.*

## Ad.l.41.gloſſa.13.

1 IBi, *y aſsi lo oyeron dezir a ſus mayores y ancianos*, ergo non ſolum teſtes deponere debent de viſu quadraginta annorum, ſed ſignanter quod idem à maioribus ſuis audierunt.& hic audit⁹ à maioribus eſt ſecũda qualitas immemorialis probationis præciſſe à teſtibus exprimenda vt etiam de iure cõmuni notat gloſſ.in.d.c.1.de præſcrip.in.6.& aduertunt omnes relati à Gabriel.d.concl,1.de præſcript,num.47.Otalora de nobilit,3.part,cap.7.num.14.Auenda.1.part.de exequen.cap.6.num.6.verſic.ſecundum.Molin.lib.2,cap.6.num.40.

*SVMMARIVM.*

*Viſus & auditus maiorum neceſſarius eſt ad probationem immemorialis nume.1.& per totam gloſſ.*

## Ad.l.41.gloſſ.14.

IBi, *que ellos ſiempre aſsi lo vieron*, ergo non ſolum debẽt teſtes ſpecifice deponere ſe à maioribus audiuiſſe, ſed ſimul maiores dixiſſe id ipſum vidiſſe, per tempus vitæ ſuæ, ita quod de viſu maiorum conſtet ſaltim per confeſsionem eorum à teſtibus auditam, & probatam, & hoc tertium immemorialis probationis requiſitum non reperio fuiſſe neceſſarium de iure communi, ſed tantum auditus à maioribus cũ viſu teſtium, vt clare conſtat ex gloſſ.in.d,capit.1,& ex his quæ refert Gabriel.d.concl.1.num.74.& Molin.d.c.6.num.31. 1

¶De iure tamen partitarum videbatur dicendum requiri dum.l.29.tit,16.part.3.ibi, *que oyo dezir a otros que lo vieron fazer*, probat teſtes debere ſpecifice deponerẽ de confeſsione maiorum dicentium ſe ita factũ vidiſſe per tempus vitę ſuæ. ſed ea.l.partitæ intelligitur quando teſtes de viſu non teſtificantur ſed dicunt ita fuiſſe quia à maioribus audierunt ita vidiſſe, quod in effectu eſt deponere de auditu, vt verbis claris probatur in ea lege, ibi, *e ſi fuere preguntado como lo ſabe e reſpondiere que oyo dezir a otros que lo vieran* vnde etiam conſtat quod neq; de iure partitarum teſtes de confeſsione viſus maiorum deponere debeant ſed de auditu eorum tantum. quod in ſpecie aduertit licet ſummarie id ſentiat.Molin.d.cap.6.num.31.ad fin.& ita tertiũ requiſitum erit, quod teſtes ſpecifice dicant à maiorib⁹ audiuiſſe, ſe id vidiſſe per tempus vitæ ſuæ. 2

*SVMMARIVM.*





*Secundi auditus neceſſarij ſunt in probatione immemorialis.nu.1.& per totã gloſſam.*

## Ad.l.41.gloſſ.15.

1 IBi, *y oyeron* quartum requiſitum erit quod teſtes ſpecifice deponant non ſolum de confeſsione viſus maiorum ſed de confeſsione auditus. & iſti ſecũdi auditus atq; probatio de auditu auditus de iure cõmuni nõ erat neceſſaria.vt conſtat ex latiſsime traditis per Gabr.d.concl,nu.74.& Molin.c.6,nu.31.licet aliquid videbatur obſtare.d.l.29.tit.16.part.3 ibi, *o que oyera dezir a otros que ellos vieran quiẽ lo vido fazer.* cui reſpõdetur vt in gloſſ.præcedẽti. hoc requiſitum nouiter à.l,noſtra fuiſſe inductũ vt & Molin.d.nu.31,aduertit.

*SVMMARIVM.*

*Teſtes ſuper immemoriali non ſolum deponere debẽt de affirmatiua ſed de negatiua num.1.*

## Ad.l.41.gloſſa.16.

1 IBi, *y que nunca vieron ni oyeron dezir lo contrario*, ergo in probatione immemorialis non ſolũ teſtes deponere debent de affirmatiua, dicentes ſe id obſeruatum vidiſſe per tempus vitæ ſuæ, ſed ſimul de negatiua iurantes nunquã vidiſſe, neq; audiuiſſe contrarium, in quo iure communi eſt conformis ex Innoc.in.cap.veniens.nu.2.de verbo.ſigni.Guid.Papa.conſi.154.nu.4.Auẽda.d.cap.6.num.6.verſi.quartum à teſtibus Otalora de nobilita.3.part..ca.7.num.12.Gabr.d.cap.74.Molin.d.c.6.nu.31.& probat.d.l.29.partitæ.ibi, *que no vieron ni oyeron dezir.*

*SVMMARIVM.*

*Teſtes ſuper immemoriali deponere debent de publica voce & fama & communi opinione.nu.1.& per totam gloſſ.*

## Ad.l.41.gloſſa.17.

IBi, *publica boz y fama y comun opinion*, de iure ſecundũ vnam opinionẽ ſufficiebat probatio famæ tantum, vel quod eſſet communis opinio, memoriam in contrarium non extare ad iuridice probãdam immemorialem ex Bald.in authen.quas actiones.nu.15.C,de ſacroſanct.Eccleſijs & in.l.proprietatis verſi.tertio modo operatur, vbi,Angel.& Salicet.C.de probatio.ſingulariter Corneus conſ.222.lib.1.per totũ.& melius ipſe conſi.304.nu.5.verſi.videtur tamẽ lib.3.dicẽs quod aliter nõ poſſet probari Conſtantinũ fuiſſe imperatorem & res Eccleſię donaſſe.niſi ſola fama & communis opinio ſufficeret ad probationẽ.Afflict⁹ deciſſ.324.nu.6.Alex.conſ.135.prope finem Felin.in.c.veniens,col.1.de teſti.Alexã.conſi.4.vol.2.& conſi.90.vol.6.Deci.conſi.426.& in cap.cum.cauſam notab.2.de proba.& in.cap.1.nu.46.de appella.Dueñas Regul.296 limita.7.Tiraq.de primogenit in præfatione nu.103.Goza.conſ.8.nu.74. 1

2 ¶Sed quia ſecundum aliam veram & cõmunẽ opinionẽ non ſufficiebat quod teſtes deponerẽt de publica voce & fama niſi de cõmuni opinione ſimul euidẽter dicerẽt, cũ per cõmunẽ opinionẽ ea fama in notoriũ trãſierit.vt aduertũt Alex.conſi.236.num.18.lib.2.Caſane.in conſuetudini.Burgu.Rub.1.§.2.gloſſa. *y la prueue*, num,9.& alij qui facile adduci poterant. ſumme neceſſarium fuit legem hanc copulatiue requirere publicam vocẽ & famã & cõmunẽ opinionem probari,

ſequendo in hoc Alexan. & aliorum
opinionem quã ſententiam non adeo
ſequimur quod nos fugiat omnia re-
quiſita de quibus in gloſsis præceden
tibus mentionem,fecimus,ſimul cum
publica voce & fama & cõmuni opi-
nione in ea probatione cõcurrere fo-
re neceſſarium vt ſatis probauimus.
3 ¶Neq; eſt omittẽdum ita eſſe ne-
ceſſarium probari publicam vocẽ &
famam & cõmunem opinionẽ quod
non ſufficiat ſi teſtes dicerent publi-
ce audiuiſſe vt ex doctrina. Bart. in.l.
de pupillo.§.plurimum.num.21. ff.de
queſtio. ſufficere dixerunt cum com-
mu. Imola & alij in.l.hæredes palam.
in prin.col.1. de teſtamen.ſed præciſ-
ſe requiratur quod verbis euidenter
de publica voce & fama & communi
opinione deponant vt etiam contra-
Bart.doctrinam tenent Alexan. conſ.
236.num.18.lib.2,Grego.in.l.6.tit.25
part.4.gloſſ.magna.Otalora.de nobi-
litate.3.part.cap.7.num.12. Molin.lib.
2.cap.6.num.36. vſq; ad num 39.

## Sequitur interpretatio,ad.l.42.Tauri, quæ de tempore quo facultas regia ad maioratũ inſtituẽdũ requiritur agit.

*SVMMARIVM.*

*Facultas ad ſubrogandum, & alienandum bona an debeat præcedere.num. 1.*
*Nouus actus & diſpoſitio efficitur per ſubrogationem vel additionem nouæ rei.nu 1.*
*Noua forma requiritur in additione & ſubrogatione nouæ rei.nu. 1. & alijs.*
*Nouum feudũ dicitur quando additur noua forma in feudo antiquo. num. 2.*
*Reſtitutus ad maioratum non tenetur nouam licentiã regiam ad ſuccedendum iure maioratus impetrare.num. 3.*

IBi, *la facultad para hazer mayorazgo,* 1
idem in facultate ad ſubrogandũ in
locũ bonorum de quibꝰ primogeniũ
fuit inſtitutũ vel addẽdum eidẽ maio-
ratui alia bona quia præcedere debet.
cum per ſubrogationẽ vel additionẽ
nouæ rei nouus actus & diſpoſitio effi
ciatur & ab antiqua recedatur, & con
ſequẽter noua forma ſit neceſſaria vt
inquit Bal.in.l. pacta nouiſsima col.fi.
C.de pactis.ſubdens quod qui recedit
à priori forma recedit ab eſſentia prio
ri,& id circo diuerſitas qualitatis ſup
additę reſpicit totã diſpoſitionẽ & illã
ex toto diuerſificat ab antiqua quod
etiã deducitur ex ipſo Bal.in.l.pacta cõ
uenta.ff.de cõtrahen.empt.Alex.cõſ.
151.in prin. vol. 6. dd. moderni præci-
pue in.l.1.§. cũ adijciatur notab. 4. de
verbo.Caſane,in cõſuet.Burg.Rub.4.
§.7.verbo ſupoſſe nu.27.ad fi. vbi plu-
rima iura allegat.quod ſingulariter in
telligit.Afflict.allegando. Iacobũ Bu-
tricariũ in conſti Neapo.lib.1.Rub.71.
nu.12.cũ alijs ¶Et ex eo cõfirmatur. 2
quod quando additur noua forma in
ſucceſsione feud. antiq per hanc ſolã
additionẽ videtur receſum à forma an
tiqua feudi.& de inde nouũ & non an
tiquũ feudũ diceretur, vt probauerũt
prępoſitus in præludijs feudor. nu.43
Iacobus de Ardiconis in forma tituli
quid ſi nouũ feudũ & paternũ in prin.
Bal.cõſ.215.nu.4.vol.2.Brunꝰ conſ.76.
nu.6.Cepola conſ.21.nu.6.Afflictꝰ de
ciſſ.112.nu.5.& in cõſti.Neap.d.Rub.
71.num.12. cum alijs Alexand.in. l. ſi
mihi & Titio.colu.5. vbi. Iaſſ.colum.
penul. de verborum ex quibus cõſtat
fore neceſſarium præcedere principis
facultatem non ſolum ad inſtituendũ
nouum primogeniũ ſed ad addendũ
eidem vel ſubrogandum aliqua bona
cum nouus actus efficiatur, quod ex
his quæ latiſsime refert & ſequitur
Mieres



Mieres in tract.maioratꝰ.1.part.queſt.
11, per totam. & præcipue ex num. 4.
ſatis ſuadetur. ¶Ita tamen nõ eſſet
3 quãdo quis propter delictũ vel aliam
ſimilem cauſam maioratu priuaretur,
& poſtea regis benignitate reſtitutus
fuiſſet,quia non foret tunc neceſſariũ
præcedere regiã licentiã ad primoge-
niũ recuperandũ ſicut ad ipſum à prin
cipio inſtituendũ tam ex eo quod lex
ſolũ actũ inſtitutionis reſpexerit dum
dicit, *la facultad para hazer mayorazgo,*
quam quod per eã reſtitutionem intel
ligatur eã facultatẽ caſu quo foret ne-
ceſſaria, à principe fuiſſe cõceſſam vt
hæc reſolutio deducitur ex gloſſa ſin
gulari in.l.4.§ ſi areę.verbo manet.ff.
de peculio.gloſſ.in.l. quod dicitur. ff.
de impenſis in rebus dotalibus factis
gloſſ.in.c.imperialẽ.§.in ſuper.verbo.
priuetur de prohibi.feu.aliena.per Fe
deri. vbi reſtitutus ad ſuccedendũ ex
conſuet.antiqua ſuccedit.circa quam
dubitationẽ vide quæ ſcripſerũt Tira-
quel.de vtroq; retract §.32.gloſſ.vni-
ca.nu.29.Mieres alios referẽs in tract.
maiora.1.p.q 12.per totã.

*SVMMARIVM.*

*Facultas ſeu licencia ad aliquid faciẽdũ ſemper actum præcedere debet.nu.1. &.2.*
*Intellectus ad legem noſtram. num.3.*
*Expeditio & abſolutio literarũ ſeu licẽtiæ regiæ requiritur & nõ ſufficit cõceſsio nu.4.*
*Licẽtia in dubio an præceſiſſe intelligatur.n.5*
*Licentia an ex temporis diuturnitate præſumatur.num.6.&.7.cum alijs.*
*Mandatũ an præſumatur conceſſũ fuiſſe ex tẽporis diuturnitate.nu.6.&.7.cũ alijs.*
*Verba enũtiatiua quãdo mentionẽ facerẽt de facultate regia ſufficerẽt iũcta tẽporis diuturnitate ad præſumẽdũ interueniſſe.nu.11.*
*Maioratus inſtitutus ſub conditione ſi princeps conceſſerit facultatẽ valet.nu.12.*
*Alienatio,dñi aſenſu reſeruato facta nõ impetit penã cõmiſsi vt quia valuit.nu.13.*

## Ad.l.42.gloſſ.2.

IBi, *preceda al hazer mayorazgo* hoc eſt 1
de natura cuiuslibet licentiæ ſeu fa-
cultatis, vt ſemper actũ pręcedere de
beat vel in ipſo actu præſtari.l. ſi quis
mihi bona,§ iuſſum.ibi, *ſed præcedere debet.*ff.de acqui hæred.l.fi.§. neceſsitate
C.de bo.quę liberis.l. obliga.§. tutor.
ff.de admi.tuto.l.1.& per totum. ff. de
reb.eorũ lege.1.& per totũ.C.de præ-
dijs minorũ.l.ſi vero nõ remunerãdi.§
poſt. ff. mãdati cũ vulga. ¶Maxime 2
ſi licentia pro forma ſubſtantiali actus
requirit vt in ſpecie inſtitutionis maio
ratus qui regia facultate fieri prætẽdi-
tur in præiuditiũ legitimę ceterorũ fi-
liorũ, quia tunc neceſſario ea facultas
ipſius inſtitutionis actũ præcedere de
bet, neq; ex poſt facto conceſſa inſti-
tutionẽ confirmabit vt ex.d.§ iuſſum.
omnes deduxerunt, & de iure cõmu.
paſsim cõprobarunt.Innocen.in.c.cũ
cõſuetudinis de cõſuetudine Anchar.
conſi 123.Alex.conſ. 24. lib.5 & alios
referens.Molin.lib.2.c.7.nu.1. &.2.&
latiꝰ Mieres.in tract.maiora.4.part.q.
2.per totã. ¶Cuius cõſtitutionis ea
poterat eſſe ratio dubitãdi,quia cõſen 3
ſus ſeu licẽtia à lege requiſita quę poſt
actũ interuenit,ipſum cõfirmat.l.fi.C.
ad Macędonianũ.l.1.§.prodeſt.ibi,ſed
poſtea volũtas acceſsit.ff. quorũ lega
torũ.c. cum nos de his quæ fiunt à prę
lato.l.6.tit.1.parti.5.l.58.Taur.quæ iu
ra retenta noſtræ conſtitutionis veri-
tate ſunt intelligẽda quando cõſenſus
à ſola voluntate ratificantis actum,ſeu
concedentis licentiam, pendet,vt la-
te comprobat quidam modernus Ma-
tienço in.l.5.titu.3.lib.5.nouæ recopi.
gloſſ.1.&.2.per totã & nos quãdo licẽ
tia ab alterıꝰ poteſtate ſperatur & pro.
forma ſubſtantiali actus requiritur lo-
quimur, quo caſu præcedere debet vt

 Moli.

Molin.& alij probauerunt & noſtra,l.
4 clare conſtituit. ¶Per quam non ſolũ
requiritur facultatis cõceſsio,ſed etiã
literarũ ipſius conceſsionis vera abſo-
lutio & expeditio,quod perpetuo me
moriæ cõmendãdũ dixit Moli.lib.2.c.
7.nu.61.addens. nu,67.&.68. illud pro
cedere etiã ſi quis tẽpore inſtitutionis
maioratus habens facultatẽ ad ipſum
inſtituẽdũ conceſſam , vere expeditã
vel ſibi conceſſam fuiſſe ignorauerit,
limitans notanter.nu.69.&.70. regulã
huius.l.quãdo ſciens maioratꝰ inſtitu-
tor ſibi conceſſam & expeditã faculta
tẽ nulla facta mentione eius primoge
niũ ſimpliciter inſtituit, quia idẽ ope-
rari exiſtimat ſcientiã expeditionis li-
centiæ ac ſi ſpecifice virtute ipſius ma
ioratũ inſtitueret , & quia ſimpliciter
ipſum inſtituendo videtur ex ea facul
tate quã ſibi conceſſam & expeditam
ſciebat inſtitutionẽ eius maioratus fe-
ciſſe allegans ad hoc.l.3.cũ ſimilibꝰ de
milita.teſta. & alia ſatis cõducibilia in
5 propoſitũ adducens. ¶Si tamẽ nõ cõ
ſtiterit quæ præceſſerit ex his facultas
aut inſtitutio, licẽtiã præceſiſſe creditũ
vt quia ſit neceſſarium præcedere ad
actꝰ validitatẽ,ex ſingu. doct. Bal.in.l.
in teſtamẽ.§.hæc verba de hære.inſtit.
quẽ ſequuntur Alciat.de præſumpt. re
gula.3.præſumptione.42.Iaſſ. in. l. ad
monẽdi,nu.230.ff.de iur. iuran. Peral
ta in.l. ſtatuliberũ.nu. 5.&.6.ff.delega.
2.& alios referẽs.Moli.lib.2,c.7.nu.51
6 ¶Si tamẽ nullomodo cõſtiterit de
licentia inſtitutionis maioratꝰ an præ-
ceſiſſe præſumatur ex aliqua tẽporis
diuturnitate nõ eſt contẽnendæ dubi
tationis & non pręſumi videtur ex no
tanda doct.Bal.in.l.2.nu.2.C.ſi ex fal.
inſtru,dicentis quod excurſu mille an
norũ nõ pręſumitur mandatũ,vbi pro
forma requiritu , præceſiſſe aut inter-
ueniſſe quẽ ſequũtur Alex.in.l. ſciẽdũ
nu.20.de verbo.& conſ.1.nu,19.vol.4
& conſ.191.vol.6.per totũ Afflictus de
ciſſ.345.nu.7.&.568.nu.8.Hipo.ſing.
323.nu.2.Deci.conſ.215.col 2. Balbꝰ
de præſcrip.2.par.3.partis §.*decimo quæ*
*ro*,nu.30 Bertran.cõſ,1.nu.33.lib.1. &
cõſ.3. 8.dubio.lib.3.Gratꝰ reſpõſo.111.
nu.12.vo.1.Catelia.Cota.in memora
bilibus verbo. mandatũ procuratoris.
Aimon.conſ.266.nu.9. vnde ſic vide-
batur dicendũ in licẽcia regia ad inſti-
tuendũ primogeniũ,quæ gratia & mã
datũ eſt. ¶Sed quia veritatẽ amamꝰ 7
contrariã ſententiã libenter ſequimur
& ex lapſu 30.annorũ omnẽ ſolẽnita-
tem extrinſecã conſenſum ſeu licẽtiã
requiſitã in actu præſumi interueniſſe
conſtãter credimus,ex Innocẽ.& alijs
in.c.bonæ.1. de electione & in.c. illud
de pręſump.& in.c.ea gnoſcitur de his
quæ fiũt a Prælato.Bart.Ang.Alex &
Iaſſ.in.d.l.ſciendũ de verbo.per tex.in
l.ſi filiꝰ de peti.hær.& in ſolẽnitate prę
ciſſe requiſita probauerunt in ſpecie-
Alex.cõſ.179.col.3.lib.7.Deci. conſi.
442.col 3.in prin.Aimõ cõſ 317.nu.2.
& plurimos referens.Anto.Gab. lib.1
cõcl.1.de præſump. per totã & ex no-
ſtratibꝰ Greg.in.l.5.tit.5. part.6. gloſſ.
4.Mier.1. part.de maior.q 45.per totã
Molin.lib.2.c.6.nu.73.& magis in ſpe
cie licentiæ quæ præcedere debet ad
actũ cõficiendũ probauerũt notanter
Afflictꝰ in.c.imper.verſ,24.quæro.nu.
17.de prohibitione feu.aliena. per Fe-
deri.Areti.cõſ.36.nu.1.&.2.Alex cõſ.
101.vol.7.nu.5.Boeri.deciſſ.115. ad fi.
Barbatia.conſ,35.lib.2.Deci.conſ.152.
nu.3.Ripa. reſponſo.22. nu 11.lib. 2.
Aimon de antiquitate.3.part.ſectione
2.de ſolemnitate intrinſeca.nu. 27. &
Gab.d.reg.1.de præſump.nu.9. Mier.
d.q.45.per totã quorũ aliqui in ſpecie
regiæ facultatis ad primogeniũ inſti-
tuendũ loquuntur,& omnes in licen-
tia



tia ad actum conficiendũ neceſſaria,li
cet Molin.lib.4.c.10.num.11. aliter id
8 ſentiat. ¶Qua veritate retenta,nõ
obſtat Bald.doct.in.d.l. 2.quia præter
quam quod contra Baldum verius eſt
præſumi mandatũ ex longa tempo-
ris diuturnitate in celebratione actus
interueniſſe aut ipſum actum præce-
ciſſe vt ipſe Bald. parum ſibi conſtans
firmat conſi.337.verſic.vlterius iuxta
præmiſſa.vol,1,& Deci.ſibi etiam cõ-
trarius non ex ignorantia tenet conſi.
199.circa finẽ.& conſ.297.col.2. & fir
miter.conſ.487.col.fi.& conſ.638.col.
2.probaberunt etiã Paul. conſ. 84.nu.
18.lib.1.Marcus Anto.conſ.341.nu.2.
vol.2. Tiraq. de præſcript.§.1.gloſſ.4.
verſic.31. Aimon conſtanter in conſ.
317.nume.1. & alij quam plurimi per
Gab.lib.2.tit.de procurat.concl.1.nu.
1.ad medi.& Mieres.d. q.45.
9 ¶A fortiori nõ procederet eius opi
nio quando ad actũ veriſimiliter quis
non accederet. ſine mandato, vt quia
multis annis ſoluiſſet penſionem no-
mine alterius, vel aliquẽ actũ feciſſet
qui neceſſario mandatũ requireret,ex
deciſſ.Rotæ.23,in antiquis. Salic.in.l.
nemo.C.de reb.alie.Alex. cõſ.91.col.
2.lib,6.& cõſ.35.col.1.lib.7.Deci.cõſ.
37.col.4.Cagnolꝰ in.l. velle.nu.19. de
reg.iuris Beroius.q.39.Aimon de an-
tiquit.2.part.nu.36,Deci.in.l.1.lectura
1.C.qui admitti Feli.in. c. ſicut limita
5.de re iudi. & ſic in noſtra ſpecie vbi
actus inſtitutionis maioratꝰ eius natu-
ræ eſt vt iuridice præſumatur neminẽ
ad eum abſq; regia facultate acceſiſſe.
10 ¶Quod magis ſine dubio procede-
ret,ſi cum tẽporis antiquitate aliæ cõ-
currerent coniecturę quãuis non mul
tũ vrgentes,vt aduertunt.Deci.cõſ 36
&.42.Gozadi.cõſi.11.Curtiꝰ ſeni. cõſi.
77.col,pen.verſic.3.principalis concl.
Aimon.in.d.tract.2.part.ad fin.nu.69.
Maria.iuni.conſi.56,vol.1.Rui.conſi.
107.vol.3.Tiraq.de pręſcript.§.1.gloſſ.
4.pagi.59. ¶Vt ſi forſam verba enũ 11
tiatiua inſtitutionis maioratꝰ, ſeu alte-
rius ſcripturæ de facultate regia , aut
mandato, mentionẽ facerẽt:quia ſuffi
ceret tunc hæc verborũ enũtiatiuorũ
mentio iuncta tẽporis diuturnitate ad
efficaciter probãdũ mãdatũ, ſeu regiã
licentiã præceciſſe:vt limitando legẽ.
primã.C.de manda.prin.c. cũ in iure
de offi.delega.probauerũt Alex.cõſi
75.col.3.lib.5.Deci.cõſ.33.col.4.verſ.
nõn obſtat Boeri.deciſſ.181. nu.17.ad
medi.Aimõ notãter cõſ.17.nu.2.verſ.
2.reſpõdet.Cagnolꝰ in.l.velle.nu. 20.
de regu iur.& hoc fuit de mente. Bal.
cõſ 337.vol.1.Curti.ſeni.conſ.77.verſ.
præmiſsis nõ obſtat,Purpur.in authẽ.ſi
quis in aliquo in fin.C. de æden. cuius
opinionis plurimas extenſiones & re-
ſtrictiones facile deducere poteris. ex
Anto.Gab.d.regu. 1, de procuratore.
& regu.1.de præſumptio, & per addi-
tiona.ad Bernard.Diaz regu.451.mã-
dati ſolẽnitas, & nouiſsime per alium
Gratianũ regul.144.per totã. ¶Hæc 12
tamẽ lex limitatur quãdo maioratꝰ in-
ſtituitur ſub cõditione ſi princeps fa-
cultatẽ ad ipſum inſtituẽdũ cõceſſerit,
ex doct.Deci.in.c.venerabil. nu. 2. de
confir.vtili:dicentis licitã eſſe conuen
tionẽ in caſu prohibito ſub ea cõditio
ne facta.ſi Papa.confirmaberit ſeu di-
ſpenſauerit. quod ante ipſum tenuit.
Abb.cũ alijs in.c.ſuper eo.de condi.a-
poſi.Socci.cõſ.120.nu.16.vol.4.Alex.
conſ.30.nn,3.vol.5. ¶Et ita alienatio 13
rei prohibitæ dñi iure aſenſuq; reſer-
uato,facta:non impedit penã cõmiſsi
quaſi recte fieret ex notãter traditis ab
Alberi.in.l.fi.nu.10.C de iure. emphi.
Aluarotꝰ in.c.1.in prin.de prohib.feu.
aliena.Bal.in.c.1 §.fi.quę ſit prima cau
ſa beneficij amittẽdi.Curt.cõſ 8.Socc.

conſ.251.col.5.vol.2.Ripa. reſponſo.
1.nu.3.lib.3. qui procedere exiſtimat
quãuis traditio rei ſequatur. & ita te-
nent Cardina. & Abba. in c.fi.de feu.
Ripa.in.c.cum. m. num.80.de conſti.
Grego.in.l.fin,titu.6.part.5.verbo.la-
uẽda verſi.quid ſi veniat.

*SVMMARIVM.*

*Confirmatio ſpecialis neceſſaria eſt eius maio ratus qui abſq; facultate regia inſtituitur.num,1.per totum.*

*Confirmatio in forma cõmuni actum nullũ validum non efficit ſed tantum actui valido robur præſtat,num.1. ad fin.*

*Confirmatio in forma ſpeciali non minus validat actum. quam ſi regia licentia præcedente ſolemniter fieret.num.2.*

*Confirmatio in forma ſpeciali quibus modis dicatur.num.3.vſq; ad num. 8.*

*Cõfirmatio geminata diceretur ex certa ſciẽtia atq; in forma ſpeciali. num.8.*

*Confirmatio in forma communi cum quadraginta annorum præſcriptione an habeat vim ſpecialis confirmationis.num. 9.*

*Confirmatio poſt mortem maioratus inſtitutoris conceſſa an confirmet primogenium antea inſtitutum.num.10.vſq; ad fin.*

## Ad.l.42.gloſſa.3.

1 IBi,*expreſſamente dixeſſe que aprobaua el
mayorazgo*,ergo non aliter ex ſequẽ
ti facultate,ad maioratum inſtituendũ
antea inſtitutus confirmaretur, quam
ſi ſpecifice regia facultas ipſum com-
probauerit in quo lex iſta à iure cõmu
ni ita exorbitãs viſſa fuit viro doctiſsi-
mo atq; famoſo patrono huius Regię
Chãcellariæ. Gordojuela y Barguen
noſtræ tempeſtatis merito iuris lucer
na nuncupatus quod iuſte futuris tem
poribus eam fore abrogãdam ſperaſſe
dixerit,dũ cauſam Petri à Ribera me
in contrarium ſicut formica cõtra leo
nem,patrocinante defenderet dicens
ipſum ignoraſſe cur ſi præcedente fa-
cultate maiorat⁹ poteſt inſtitui ſequu-
ta & permanente voluntate non apro
betur,cum iure cõmuni id receptũ vi-
deatur per tex.in.l. obſeruare.§.fin.ff.
de offi. proconſu.& lega.l ſiue eman
cipatis.C. de dona.l.cum vir. ff. de vſu
capio.& iterum id ex eo confirmans,
quia cum maioratus ab initio valuit,
ſaltim in parte quæ filiorum legitimã
non tangit,in ea valuiſſe ſufficere cre
didit, vt accedente in totum facultate
in totum ipſe cõfirmaretur.ex l. quod
in rerum.§.ſi quis poſt de lega.1.& ma
xime quia in fideiscõmiſsis & legatis
quæ ab initio ex defectu poteſtatis ir-
rita ſunt,ea ſuper veniẽte validari exi-
ſtimauit.per legẽ ex parte. ff. de addi-
men.lega. & melius diſtinguit Vlpia.
in.l.1. §. 1. de lega.3. quod non ſolum
reſpectu diſponentis ſed & conceden
tis facultatem verum intellexit, Alexã
dri authoritate conſi.146.lib.5.& Iaſſ.
in.l.quo minus.num.127.de Flumi. Hi
poli.in Rub.de fideiuſo.num. 82. cui⁹
ſententiam eiſdem fere fundamentis
munitam mortuo ipſo, legi tenuiſſe
aduerſus diſpoſitionẽ huius legis me
ritiſsimus Sarmiento.lib.ſexto ſelecta
rum. cap. 13. per totum dicens ſi Re-
gis conſiliarijs placeret hanc legem
debere iuſte abrogari, quorum opi-
nionis veritas atq; ratio decidendi hu
ius legis diligenter penſitata,libenter
ad noſtram conſtitutionem accedim⁹
ex eo quod cum maioratus inſtitutio
ex legitima cæterorum filiorum non
præcedente Regia facultate facta,nul
lius ſit momenti,vt quia præcedere eſt
de forma ſubſtantiali vt latius diximus
in gloſsis præcedentibus,merito con-
firmatio eius in forma communi con-
ceſſa no ſufficeret, cum actũ nullum
validum non efficiat, ſed actui valido
tantũ



tantũ robur præſtet, ex doctrina Bar.
in tract. ad reprimendũ, verbo prout.
nu.2.& aduertit Boſi⁹ in tract.de prin
cipe.nu.348.& poſt ſpecula & alios in
ſpecie aduertit Molin.lib.2.c.7. nu.7.
2 ¶Sed præciſſe requiritur in forma
ſpeciali eam licentiã fuiſſe conceſſam
& maiorat⁹ inſtitutionẽ antea factam
ſpecifice aprobatam, vt actus ipſius in
ſtitutionis nullus ſequenti ſpeciali cõ-
firmatione aprobaretur,quod iure cõ
muni nequaquã aduerſatur,imo omni
no cõueniens eſt, cũ actus null⁹ egeat
ſpeciali cõfirmatione qua ſequuta, nõ
minus validatur quam ſi licentia regia
præcedente à principio ſolẽniter fie-
ret,vt ex.c.1.de pact.&.c.1.de tranſa-
ction. probauerũt oẽs & per gloſſam
in regula ratum.& in regula ratihabi-
tio & in regula non firmatur. de reg.
iur.in.6.& gloſſ.in.c.quãquam de vſu.
in.6.ſingulariter reſoluunt Deci.cõſi.
516.nu.12.& melius conſ.341.num.3.
Socci.conſ.15.vol.1.Capella Toloſa.
ſtamenta efficerẽtur irreuocabilia ex
l.cum duobus.§.idẽ reſpondit.ff.pro
ſocio ibi, *neq; libertatem de ſupremis iudi-
tijs reſtringere quis poterit*, & Bart. cõmu
niter receptus in.l.ſi quis in prin. teſta
menti nu.11.cum ſequentib. delegat.
3.Decius conſi.293.nu.1.Boerius de-
ciſſ.204.nu.18.& clarius probatur in
l.25.tit.1.part.6.ibi, *por ende ningũ ome
no puede fazer teſtamento tan firme que lo
non pueda deſpues mudar quando quiſiere fa
ſta el dia que muera.* Conditores huius.l.
decreuerunt nullam limitationem ei-
dem regulæ adijcere, ſed potius eam
ſingularem ampliationem conſtitue
re, quæ de iure communi dubitabilis
erat,ſcilicet quod ſi maioratus in con
tractu foret inſtitutus ad libitum inſti-
tuentis valeret vſq; ad mortem reuo-
cari, dando in hoc contractui quan-
tum ad reuocationem naturam vlti-
mæ voluntatis ex rationibus ſupradi-



ctis in gloſſa verbo, *ora en contracto*, cõ-
ſtituendo de inceps generalem regu-
lam reſpectu reuocationis maioratus
tam in teſtamento quam in contractu
inſtituti vt clare cõſtat, ibi. *hora por via
de contracto, hora en otra qualquiera vltima
voluntad*, ſed quia reſpectu contractus
non poterat ea conſtitutio generali-
ter obſeruari,imo fieret deſtruere re-
gulas contractus iuridice inductas, in
genioſe ampliationi quam fecerat de
facultate reuocandi teſtamentum ad
contractum tribuit ſequentes limita-
tiones, reſtringens regulam reſpectu
contractus quando ſequeretur, tradi-
tio vel aliud loco traditionis quia tũc
non poſſet ea diſpoſitio vltima volun
tas nuncupari tãquam veſtita vera na
tura contractus irreuocabilis, quaſi fo
re vel non eam maioratus inſtitutio-
nem vere vltimam voluntatẽ ſeu ecõ-
uerſo verum contractum, à traditio-
nis effectu pendeat & hæc eſt vera ex
plicatio verborum, ibi. *ſaluo ſi el que hi-
ziere por contracto entre viuos*, vt reſpe-
ctu ipſius contractus, maioratus ſe-
quuta traditione efficiatur irreuoca-
bilis & non reſpectu teſtamenti quod
etiã per traditionẽ nõ efficitur irreuo
cabile vnde eam receptam ſententiã
licet non ita clare deductã ex noſtra l.
probauerunt Antonius Gomez, in.l.
17.Tauri.nu.24.Gregor.in.l.2.tit.15.
part.2.gloſſ.1 colum fin.verſi.& nota
quod ſi quis fecit Burg.de Paz,conſ,2
num.15.& quidam modernus Gutier-
rez de iuramento confirmatorio.1.p.
cap.12.nu.13.& alter Matienço in.l.
1.tit.6.lib.5.nouæ recopi.gloſſ.4.ex
num.25.& nu.26.licet contrarium te-
nuerũt Tellus Fernandez.in.l.17.nu.
83.vſque ad num.86.Peralta in fortio
ribus terminis in.l.Lucius Titius nu.
20.delegat.2.& latius licet confuſſe
Mieres.1.part.quæſt.31.per totam.

¶Quos deſiderans conciliare intel 2
lexit noſter Molina quãdo poſt maio
ratum in teſtamento inſtitutum nulla
facta eius cõmemoratione ſed ſimpli-
citer rerum relictarũ fit traditio, quia
tunc per eam traditionem tranſire di-
ſpoſitionẽ teſtamenti in contractũ, cẽ
ſeriq; factum ex eiſdẽ.bonis nouũ pri-
mogeniũ irreuocabile credit in lib.4.
de Hiſpano.primogeñijs.c.2.nu.19.in
telligens ſic.l.nrãm &.l.17.in prædi-
ctis verbis, quẽ referens ad intellectũ
earũ legũ,ſequitur Sarmiẽto in.l.Lu-
ci⁹ nu.8.de legat.2.& dñs Moli.fundat
ad iuſtificandã eam diſtinctionẽ in cõ
muni,ac recepta ſententia,dicentium,
quod quando traditio rei legate in te-
ſtamento fit ſimpliciter nulla facta te-
ſtamẽti cõmemoratione, iã tunc lega
tũ transfunditur in verã donationẽ in
ter viuos,& diſpoſitio teſtamẽtaria in
contractum. & cõſequẽter ea donatio
reducta ex legato ad verũ contractũ,
ſequuta traditione efficeretur irreuo-
cabilis,ad cuius opinionis cõprobatio
nẽ plurimos refert ipſe Molina & vltra
eos eam tenuerunt ex moderniorib⁹
noſter Greg.in.l.1.tit.9.part.6.verbo.
*de donacion*, Anto.Gomez in.l.17.Tauri
nu.24 &.1.Thom.variarũ tit.delegat.
nu.4.Baeça de non meliorandis.c.20.
nu.13.& 16,& quidã Ioã.Gutierr.in.l.
nemo poteſt.nu.257.delegat.1,& de
iuramẽ.confirmatorio.1.part.c.12.nu.
15.& alter.Ioann.Matien.in.l.1.tit.6.
lib.5.nouæ recopil.gl.4.nu.27.vbi ex
nu.24.cũ alijs id explicuit. ¶Sed ea
Ludouici & aliorũ elegans & recepta 3
diſtinctio, quæ mediã quãdam viã ele
git nunquã mihi ſatisfecit & ab ijs ſe-
cure impugnatur qui priorẽ ſententiã
tenuerunt, dũ quãdo traditio ſimplici
ter abq; vlla teſtamenti cõmemoratio
ne facta fuit, negant ex ea donationẽ
induci & transfundi legatũ in verũ cõ

tractũ & vltra eos quadam fortiſsima
ratione reijcitur, ſcilicet quia quando
traditio ſimpliciter fit nulla teſtamen
ti commemoratione facta, aut conce-
dimus indubio ad cauſam præceden-
tem eſſe referendam, vt verior & re-
ceptior ſententia eſt ex.l.triticum vbi
notat gloſſ.verb.cogitauerit.ff. de ver
bo.l quędam mulier vbi gloſſ.ff.de rei
uendicat. notat Bart. in. n. 2.Iaſſ. 6.in
d.l.triticum.& Alex.in.l. a Titio.nu.
2 6.ff.de verborum. ¶Aut volumus
ad cauſam præcedentẽ non referri, ſed
transfundi eam traditionem in nouũ
contractũ inter viuos, & ea translatio
impoſsibilis erit, quia ſola ſimplex tra
ditio non inducit donationẽ.cum nun
quam in dubio præſumatur. l. cum de
indebito.de probatio.l. Campanus de
operis libert. & ex communi omniũ
reſolutione aduertit Alcia.in. d.l.à Ti-
3 tio.num.5.de verbo. ¶Neque ali-
quem effectum ſortiatur nulla præce-
dente iuſta cauſa ob quam fieret.l.nun
quam nuda de acquiren. rerũ domin.
l. 2.§. cura. de doli except. per quem
tex.hoc ibidem tenet gloſſ. Alexan.in
l.à Titio de verb.& in conſi.13.&. 19.
vol.4.Iaſſ.in.l. iuris gentium.§. ſed cũ
nulla.num.28.&.34. ff. de pact. Felin.
in cap.ſi cautio col.7.de fide inſtrum.
ſed vt aliquid operaretur ea traditio
aut ſimplicis cuſtodiæ facta cẽſeretur
vt ſingulariter probat gloſſ. verb. rati
habitione in.l.fin.C.de pact.conuent.
quam dicunt ſingularem.Decius. cõſ.
446.Alciat.de præſumpt.regu.1.præ-
ſump.33.Boeri.deciſſ.287. num.7. &
poſt Alexand. & alios aduertit Greg.
in.l.8.tit.36.part.3.gloſſ.1.
4 ¶Vel ſecũdum fauorabiliorem ali-
quorum interpretationem transfun-
deretur ea ſimplex traditio in veram
donationem cauſa mortis vt reſoluũt
Bald.in l.2.num.5. C. de iure dotium
& in.l.1.num.8.C.ſi quis omiſ.cauſ.te
ſtam.& in capit.2.num. 7. de conſuet.
quem ibi ſequitur Barba.num. 19. idẽ
tenet Soccin.nepos in rub. delegat.1.
num.51.&.52.vbi Crotus.nu.13. Gui-
llelm.in cap.Raynuntius. verbo teſta-
mẽtum.2.num.5.Ripa,in.l,1. num. 13.
quorum legatorum. Bertrand. conſi.
58.num.10.vol.2. & conſequẽter etiã
facta ſimpliciter, nulla mentione facta
teſtamenti neque conſideratione ha-
bita ad ipſum, non efficeret primoge-
nium in eo teſtamento inſtitutum ir-
reuocabile, neq; diſpoſitionem teſta-
mentariam transfunderet in contra-
ctum, ſed indubio ea traditio ad præ-
cedentem diſpoſitionem poſtremi iu
dicij referenda erit. ¶Quod in ſpe 5
cie maioratus longe maiori ratione
procedit: cum ex ſimplici traditione
eius rei de qua in teſtamento primo-
genium fuit inſtitutum nõ inducatur
nouus maioratus per contractum in-
ter viuos, qui nunquam inducitur niſi
in caſibus à iure expreſsis adductis ſu-
pra in. l.41. vnde omnes ſupra relati
qui eam diſtinctionem admiſſerunt in
maioratu non loquuntur, niſi Mieres
qui ſatis confuſſe procedit, & doctiſsi
mus Molina qui ſentiens fortem diffi-
cultatem ſupra in num. 20. ad finem
contrarium in maioratu amplectitur.
¶Quod ego reſtringerem verificã 6
do diſtinctionem ſupra relatam quan-
do ex ſola traditione induceretur ma
ioratus, vt quia ducatum, marchiona-
tum, villas, oppida ſeu alia bona, digni
tates & iuriſdictionem habentia à re-
ge traduntur de quo dicimus in. l. 40.
&.41. Quia tunc ſi in teſtamento a re
ge alicui forent relicta.& poſtea ex in
teruallo ſimpliciter ab ipſo eorum tra
ditio facta, ea traditio donationem in-
duceret & donatio maioratum irreuo
cabilem quaſi breui manu & occulte
id ope-



id operetur vt in.l.licet.§ quoties de iu
re dot.& in.l. ſingularia. ff. ſi cert. pe-
tatur, quod notatu dignum eſt, & quã-
tum ad meliorationem facile poſſet li
mitari, ſi non foret procedere in infi-
nitum, & nos de hijs quæ ad veram in
telligentiam noſtrarum legum tantũ
expectãt ageremus, vos mitto ad tra-
dita per nouiores ſupra relatos.

*SVMMARIVM.*

*Maioratus efficitur irreuocabilis etiam in-
ſtitutus in fauorem filij in poteſtate, ſi tra
ditio in vita præcedat. num. 1. & per to-
tam gloſſam.*
*Donatio inter patrem & filium, maritũ &
vxorem morte confirmatur ſi in vita præ
cederet traditio, num. 1. 2. & 3. & per
totam gloſſ.*
*Intellectus ad Vlpiani Reſponſum. in. l. cũ
hic ſtatus de donationib. inter virum. nu.
4. cum alijs.*
*Singularis intellectus. ad. l. Papinianus de
donat. inter virum. num. 4. & per totam
gloſſam.*
*Intellectus ad l. ſi ſtipulata. num. 15.*
*Traditione vera vel ficta vt conſtituto &
præcario efficitur maioratus ſeu meliora
tio irreuocabilis. num 16.*
*Acceptatio maioratus ſeu meliorationis an
ſit neceſſaria ad inducendam irreuocabi-
litatem. num. 18 & 17.*
*Intellectus ad. l. 2. tit. 16. lib. 5. nouæ recopil.
quæ agit quando donatio abſenti quæra-
tur intelligitur. num 18.*

Gloſſ. 9. l. 44.

1 IBi, *huuiere entregado*, ergo ex traditio-
ne in vita efficitur maioratus irreuo
cabilis etiam inſtitutus in fauorem fi-
lij in poteſtate, quod de iure commu-
ni non ita erat conſtitutum imo tradi-
tio ſolum operabatur quod donatio
inter patrem & filium, quę nullius mo
menti erat.l.2.C.de in officijs donati.
morte donantis confirmaretur, intelli
gendo iura quæ morte eam confirma
bant nempe. l. donationes quas paren
tes.C.de donatio. inter virum.l.3. tit.
4. part.5.l.4.tit.5.part.6.dum modo in
vita pręcederet traditio ex ſingulari.
l.Papinianus.ff. de donat.inter virum.
per quam omnes crediderunt eſſe in
vita neceſſariam traditionem rei do-
natæ vt inter maritum & vxorẽ mor-
te donantis confirmaretur donatio.
quod probat gloſſ.in. l, 2. verbo peti
poteſt.C.de dot.caut.& ita communi
ter intelligitur.d.l. Papinian[9] per Iaſſ.
in.l. frater à fratre, in lectura col.ante-
penul. & in repetitione nume. 45. vbi
Crotus.num.89. de condict. indebiti.
& idem in authen. ex teſtamento C.
de collatio.Segura in.l.vnum ex fami-
lia.§.ſed ſi fundum num.124.de legat.
2.Cœpol.conſi.8. ciuili.num.3. & ele
ganter reſoluit Conan.lib.8.commẽ-
tar.cap.11.num.8.Grego in.d.l. 4. ver
bo. *en ſu vida*, Palac.Rub in rub.dona-
tion. inter virum.§.76. num. 1. Tiraq.
de conſtit. 1.part.num.47.
¶Et ita in donatione inter patrem
& filium argumẽt. l. donationes quas 2
parentes.C.de donat. inter virum, cla
re deducitur & in ſpecie reſoluunt
Bart.in.d.l.Papinianus.gloſſ. ſingula-
ris in.l. cum de in rem verſo. verbo. à
te.ff.de vſuris.Bartolus. in l. ſi eman-
cipati. ff. ſi quis alteri vel ſibi Angel.
in.l.2.ff.pro donat.Bald.per tex.ibi in.
l.2.C.de in officioſ. donat.& in authẽ.
vnde ſi parens in principi. C. de inoſ-
ficio. teſtament. & eſt communis per
Alexan in. l. tempus num.15. ff.de re
iudi.Gomez in.l.17.num.4.& poſt om
nes his non relatis Molin.lib.1.cap.12
num.19. ¶Et ratio huius cõcluſsio-
nis quam à.l.Papinianus omnes dedu

 xerunt

xerunt,eſt quoniã vbi ſubſequitur tra
ditio rei donatæ, licet ſit nulla.l. 3 §.
ſciendum.ff. de donatio. inter virum,
erat tamen quatenus de facto proce-
dit reuocanda, & res a donatario in vi
ta vindicanda, quod ſi non fiat, vide-
tur donans tacite per mortem dona-
tionem cõfirmare voluiſſe,& rem pe-
nes donatariũ dimittere,at in ſola pro
miſsione donandi per ſtipulationem
quæ nullius momenti fuit ipſo iure.d.
§. ſciendum nulla reuocatione in vita
eius opus erat argu.l. nam & ſi ſub cõ
ditione.ff. de in iuſto rupto. ideo ceſ-
ſat præſumptio quod donans voluerit
promiſsionem morte confirmare. ex
quibus iam conſtat. l. hanc correcto-
riam eſſe iuris communis dum tradi-
tio quæ antea neceſſaria erat ad hoc
vt morte donatio confirmaretur per
eam ſufficit vt irreuocabilis in vita ef-
4 ficiatur. ¶ Sed aduerſus ſupradi-
ctam ſententiam qua traditio in vita
requirebatur, vt morte donatio inter
coniuges ſeu patrem & filium confir-
maretur obſtabit fortiſsimum Vlpiani
Reſpõſum in.l. cum hic ſtatus in prin-
cipio ibi, *obligatio ſit ciuilis*. ff. de donat.
inter virum. cuius verba non aliter vi-
dentur poſſe accipi quam de ſola pro-
miſsione per ſtipulationẽ animo do-
nãdi facta, quia ex vera & propria tra
ditione, re ſequuta nulla obligatio ci-
uilis naſcitur. imo ſi qua erat antea per
traditionem diſſoluitur argumẽ, tex.
in princip. quibus modis tollitur obli-
gat. facit. l. nõ omnis verſi. non aliter.
ff. ſi certum petatur. l. Ariſto. in princ.
ff. de donatio. ¶ Quę difficultas ita
5 fortis viſa fuit Azoni antiquo & ſum-
mæ authoritatis doctori, quod conſtã
ter exiſtimauerit in rub. de donat. in-
ter virum nu. 30. orationem. D. Seue-
ri de qua in.l. Papinianus corrigi à po-
ſteriore oratione Antonij filij ſui de
qua in.l. cum hic ſtatus, ſentiens non
eſſe traditionem in vita neceſſariam
vt morte donatio cõfirmaretur. cuius
Azonis ſententiam ſequuntur Accur
ſius in.d.l. Papinianus verbo mariti &
defendit Duarenus in rubr. ſoluto ma
trimonio atque neminem referẽs pro
bat Baldui. in inſtitu. libr. 3. pag. 350.
qui mouentur authoritate tex. in.d.l.
cum hic ſtatus. ¶ Quę impugnatio 6
ad l. Papinianus & communem aſſer-
tionem inde deductam nouiter con-
firmatur ex inſcriptione vtriuſq; legis.
vt quia, d.l. Papinianus. lib. 6. ad Sabi-
nũ ſedem habet &. d. l. cum hic ſtatus
lib. 33. ad ædictum vnde vt poſterior
& magis ampla & veluti corrigẽs ius
antiquum, oratio imperatoris Antoni
ni de qua in.l. cum hic ſtatus præuale-
re debet, idq; ex verbo, *laxaret*, de quo
in.d.l. cum hic ſtatus ſuadetur, neque
aliter imperator Antoninus appella-
ri poſſet ab Vlpiano author eius ora-
tionis confirmantis donationẽ inter
coniuges morte & ſilentio donatoris,
niſi aliquid adderet donationi patris
ſui & addendo conſequenter corrige
ret ſententiã, l. Papinianus & pro hac
opinione non male expendi poſſet ge
neralitas tex. in. l. 4. tit. 15. part. 4 in di-
ſtincte loquentis licet à Lupo ibidem
reſtringatur quæ impugnationes in-
ženioſæ & fortiſsimæ ſunt contra. l.
Papinianus. ¶ Item etiam contra 7
eam d. l. Papinian⁹ & communem ex
ea deductam magis vrget tex. in. l. ſi
ſtipulata. 34. ff. de donation. inter virũ
in princ. & in verſi. vltimo vbi Rurſus
Vlpianus conſtituit abq; vlla traditio-
ne in vita eam donationem morte cõ-
firmari. ¶ Quibus fortiſsimis obie 8
ctionibus non ſatisfaciunt violẽtæ &
diuinatorię reſolutiones gloſſ. & Bar.
ibidem nec alia noua cõſideratio Cor
raſsij cõtra cõmunem. lib. 5. Miſcelan.
cap.



capit. 1. quæ tacito authore reijcitur à
Duareno in rub. ſolut. matrim. & . C.
de donat. inter virum. poſt medium &
apertius à Caſtellione. in. d. l. Papinia-
8 nus. ¶ Sed ad huc tenendo commu
nem ſententiam ex. d. l. Papinianus de
ductam ad verum intellectum dict. l.
cum hic ſtatus aduertendum eſt quòd
licet Vlpianus in. d. l. Papinianus ſolũ
faciat mentionẽ de oratione D. Seue-
ri, loquitur etiam & intelligendus eſt
de oratione D. Antonini, de qua ipſe
Vlpianus egit in. d. l. cum hic ſtatus. vt
conſtat ex eadem. l. §. *oratio non ſolum*,
in verſi. & *ita Papinianus*, ita quod vni
ca fuit oratio Antonini & Diui Seueri
de qua in vtraq;. l. fit mentio. quod ab
origine comprobando aduertendum
nouiter eſt de confirmandis per mor-
tem donationibus inter virum & vxo
rem, nõ duas orationes in ſenatu fuiſ-
ſe habitas Antonini ſcilicet & Diui Se
ueri, vt Duaren. Balduin. & alij male
crediderunt, ex quo inter eos tota dif-
ficultas orta fuit, ſed vnica tantum ora
tio ſcilicet Antonini filij Seueri, quæ
refertur in. l. cum hic ſtatus, quæqui-
dem oratio etiam tribuitur Seuero in
dictis legibus duplici ratione vel quia
ipſe Antoninus Seuerus ſicut pater
vocatus erat vt eſt author Erodianus
in lib. 3. poſt medium, vel quia oratio
filij non minus patri tribuebatur, qua-
ſi cum eo ſimul imperaſſet vt conſtat
ex. l. quod autem ff. de donation. inter
virum, ibi, *idq; imperator noſter cum pa-
tre reſcripſit*, & in §. ſi maritus eiuſdem.
l. ibi; *imperator noſter cum diuo patre ſuo*. &
dict. l. cum hic ſtatus. §. oratio non ſo
lum. verſi. ſi ſocer nurui. ibi. *ſecundum
reſcriptum imperatoris noſtri cũ patre eius
comprobatum eſt*. & in. l. licet imperator
delegat. 1 ibi, *licet imperator noſter cum
patre reſcrip*. l. qui liberos de ritu nup-
tiarum. ibi, *ex conſtitutione diuorum Seue-
ri & Antonini*. l. 3. C. de donat inter vi-
rum. ibi, *ex mea & diui Seueri patris mei
conſtitutione*. & aduertunt Corraſſ. in
d. l. qui liberos. 2. part. nu. 68. Aima-
rius Riual. libr. 3. Hiſtoriæ iuris ciui
lis in vita eiuſdem imperatoris.
¶ Quo ſic præſuppoſito atque eui- 9
denter probato ceſſat iam tota diffi-
cultas & inanis contentio Azonis &
Accurſij dicentium duas orationes in
ſenatu fuiſſe habitas Seueri ſcilicet &
Antonini & Seueri orationẽ de qua
in. l. Papinianus, correctam fuiſſe per
aliam Antonini de qua in d. l. cum hic
ſtatus, deducitur etiam lapſum fuiſſe
Duarenum exiſtimantem, Papinianũ
forte non vidiſſe orationem Antoni-
ni, debuerat enim ipſe & Balduin⁹ ad
uertere Papinianum & Vlpianum in
d. l. Papinianus loqui de oratione An-
tonini, intelligentes eam pertinere ad
rerum traditionem & non ad promiſ-
ſionem tantum. vt colligitur ex. d. l. cũ
hic ſtatus in principio in verſicu. ait
oratio & fere per totam. & ex. l. ſi ſer-
uus eod. tit. & ex. l. 1. C. de donationi-
bus inter virum in verbo reuocare.
quod omnino pertinet ad traditionẽ.
¶ Neq; iterũ obſtabit quod de cor- 10
rection. l. Papinianus ex aduerſo no-
tatur. Quia reſpondetur quod in ſcrip
tio. l. Papinianus dum dicit lib. 6. ad Sa
binum emmẽdãda neceſſario eſt vt di
cat lib. 36. vt ſic tanquam loquens de
confirmandis donationibus inter cõ-
iuges, omnino coniungi debeat cum.
l. ſi ſtipulata. eodem tit. eiuſdem mate
riæ atque inſcriptionis vt elegãter &
cum iuditio nouiter aduertit Petrus
Faber. ad. l. Diuus Pius in prin. de re-
gulis iuris & patet dum Vlpianus in li
bris ad Sabinum lib. 1. vſq; ad. 12. nihil
tractat. de donationib. inter virum &
vxorem ſed de inceps in cæteris libris
vt conſtat ex. l. 1. & ſequentibus. & ita
aduer

aduertit Fulgoſſ.in.d l.cum hic ſtatus
& ſentit Gomezius in.l.50. Tauri.nu.
65. ¶ Quibus ſic ad intellectum.l.
11 cum hic ſtatus adductis non obſtat ea
conſtitutio ibi, *obligatio ſit ciuilis*, quæ li
cet videatur non aliter poſſe accipi
quam de ſola promiſsione per ſtipula
tionem, neceſſario ea verba ſunt acci
pienda, vt traditionem ſaltem fictam
ſignificent, quæ licet in vita facta ſuffi
ciat ad hoc vt donatio morte confir-
metur, non tamẽ extinguit obligatio-
nem ciuilem, imo ciuilis obligatio ma
net donec res donata vere tradita ſit,
quaſi Vlpianus ibi. *res fiant eius cui dona-
tæ ſunt*. loquatur de vera traditione &
in ſequentibus verbis ibi, *& obligatio
ſit ciuilis*. de ficta. quem intellectũ ſen
tit ibi Accurſſ. verb. ciuili. & in.l.Pa-
pinianus verbo mariti & vltra ipſum
probatur à.l.2.C de dote cauta. & à.l.
ſi quis vxori.ff. de donationibus inter
virum. ¶ Vel aliter poterit dici quod
12 ea verba. & obligatio ſit ciuilis referã-
tur ad ſtipulationem donationis cauſa
ex qua traditio fuit ſequuta quaſi vel-
lit Vlpianus, per mortem donantis nõ
ſolum cõfirmari traditionem, ſed etiã
ſtipulationem præcedentẽ antea nul-
lam effici tunc ciuilem & legitimã.
¶ Tandem non obſtat tex.in.d.l.ſi
13 ſtipulata. ad cuius intellectum aduer-
te annuum de quo ibi agit Vlpianus
appellari illud quod vir vxori ſingulis
annis conſtituit loco alimentorũ, que
vir ex fructibus dotis vxori præſtare
debet vt conſta ex tex.in.l.quidã fun
dum verſi.placuit, ff.de pactis dotal.l.
ſi id quod.§.illud cõſtat.l.ex annuo.ff.
de donation.inter virum.l.ſicut.C.de
donation.& declarat Conanus.lib.8.
commẽtariorum.cap.11.in hac ergo
annui promiſsione, de qua cũ myſte-
rio loquitur Vlpianus aliquid ſpeciale
videtur ineſſe contra regulam.l.Papi
nianus, vt ſcilicet donatio cõfirmetur
morte mariti, quod ſpeciale explicat
Coſta.in.d.l.Papianus, & ideo Vlpia-
nus veluti dubitando reſpondet, *puto
poſſe dico*. ¶ Vel aliter & ſecũdo po-
teſt intelligi.l.illa ſecundum regulam 14
l.Papinian⁹ ſcilicet quod in ea ſpecie
interuenerit traditio annui vt ſubtili-
ter ibi aduertit & colligit Fulgoſsius
verſi.2.ibi, *verſa vice præſtitit*, & tunc
eſſet ratio dubitandi ex dicta.l.ſicut.
C.eodem tit.vbi annuum promiſſum
traditione confirmatur, neque reuoca
tur tanquam vlterius donatio dici nõ
debeat ideoque non eſt opus morte
confirmari. ¶ Tertio poteſt etiam 15
intelligi vt traditio pro primo anno fa
cta fuerit, quæ ſufficiens fuit vt proſe-
quentibus annis vſque ad mortem ma
riti donatio confirmetur, quaſi ſtipu-
latio annua vnica ſit.l.Senatus.§.fin.ff.
de donatio.cauſa mortis & ita ceſſant
fundamenta annua contra communẽ
ſecũdum quam accipies & reſtringes
generalitatẽ.l.4.tit.11.partita.4. prop
ter authoritatẽ Gregorij, ibi, Gomez,
& Couarr.ſupra. vnde iã liberati ſu-
mus ab impugnationibus communis,
qua traditio in vita requirebatur vt do
natio morte cõfirmaret donationẽ,
vel traditione in vita ſequuta ſtatim
effici irreuocabilem ex conſtitutione
noſtræ legis. ¶ Quæ de traditione ve 16
ra vel ficta neceſſario accipiẽda eſt vt
omnes in hac lege in maioratu & in.l.
17.in melioratione probauerunt. quia
vtroq; caſu trãsfertur poſſeſsio & cõ-
ſequenter maioratus ſeu donatio irre
uocabilis efficitur, ita in.l.17.Cifuen-
tes col.2.in fi.Lupus num.5.Caſtellus
verbo. *la poſſeſsion*, Gomez Arias verb.
*ſaluo*, num.14.&.15.Antonius Gomez
num.11.&.12.Tellus.num.17.Molin.
lib 4.cap.2.ex num.3.cum alijs, ex qua
receptiſsima ſententia ad conſtitutũ,
reſer



reſeruationem, ſeu remiſsionem vſus
fructus donationem rerum incorpo-
raliũ & alia in quibus transfertur poſ-
ſeſsio, paſsim ibi noſtrates inferunt. vt
conſtat ex Molina & alijs ſupra & Ma
tienço in.l.1.tit.6, lib.5.nouæ recopi.
gloſſ.4. per totam Mieres de maiora.
1.parte.quæſt.67. per totam quæ nos
ex induſtria ommitimus, ne volumina
ex voluminibus in infinitum extenda
mus, videnda tamen erunt quæ notat
Mieres.1.part.quæſt.29.vbi quid ſi pa
ter dedit filio licentiam ingrediendi
poſſeſsionem explicuit & quæſt.33.
per totam, vbi quando inſtituens con
ſenſit ab inſtituto accipi poſſeſsionem
loquitur, & in dicta.quæſt.33.num.5.
cum alijs, vbi an procedat lex noſtra
quando in filio qui bonorũ poſſeſsio-
nem ex quibus primogenium fuit in-
ſtitutũ, habebat, pater ipſum inſtituit.
17 ¶ Sed an ſimul cum traditione ſit
neceſſaria eius acceptatio ad efficien
dum primogeniũ irreuocabile videa-
m⁹ & ſi vera & actualis traditio ſequa
tur, ſatis ex parte donatarij accipiẽtis
bona maioratus, videretur ipſum fuiſ-
ſe acceptatum. cum & tacita cuiuſli-
bet donationis acceptatio ſufficiens
ſit ad efficiendam irreuocabilem eã,
vbi ad eius perfectionem & irreuoca-
bilitatem requiritur. vt bene probaue
runt Decius conſi.586.col.fin. Gratus
conſi.12, Gozadin conſi.42. quorum
ſententiam plenius confirmat Tiraq.
de priuilegijs piæ cauſę, priuilegio.115.
num.11.folio.152.& quæ bene tradit
Mieres.1.part.quæſt.36.per totam, &
in ſpecie num.5. ¶ Si vero ficta vt
18 per conſtitutum, precarium vel ſimili
modo traditio ſequatur, neceſſaria
omnino erit expreſſa inſtituti ſeu do-
natarij acceptatio ad efficiendam eã
donationem ſeu maioratum irreuoca
bilem etiam ſtante.l.3.tit.8.lib.3.ordi
namenti, quæ habetur in.l.2.tit.16.lib.
5.nouæ recopilationis. qua conſtitui-
tur poſſe quem obligari abſenti, quæ
ad donationem ſeu maioratum nõ ex
tenditur vt in ſimili ſtatuto reſoluit
Curtius Iunior.conſi.120.colu.1.&.2.
Pariſius conſi.77.num.32.lib.1.Paul.
conſi.171.lib.2.nu.2.& ex noſtratib⁹
in ſpecie Grego.in.l.4.verbo, *no la pue-
da fazer*. col.1.&.2.tit.4 part.5.Burgos
de Paz.conſi.14.in præſenti nu.20.in
fine, & conſi.33.num 12.lib.1.& be-
ne Mieres in tractatu maiorat.1.part.
quæſt.36.per totam & nouiſsime, Bur
gos de Paz Iunior.quæſt.10.per totam
vbi plurimas limitationes & amplia-
tiones adduxit, & melius omnibus Lu
douicus Molin.lib.4.cap.2.nu.60.vbi
ex nume.58.ſatis eleganter explicat
hanc quæſtionem & num.59.refert te
nentes contrarium, & ex num.60.plu
rima notatu digna in propoſitum ad-
ducit.

*SVMMARIVM.*

*Irreuocabilitas maioratus ſeu meliorationis in ſola translatione poſſeſsionis conſiſtit num.1.& per totam gloſſam.*

*Poſſeſsio an translatione dominij transferatur.num.1.ad finem vel econtra.num.1. ad finem & 20.*

*Dominium quando probetur ex poſſeſsione. num.2.*

*Maioratus ſeu melioratio an efficiatur irreuocabilis ex ſola translatione dominij. num.3.*

*Maioratus ſeu melioratio an efficiatur irreuocabilis ex ſola translatione detentationis. num.3.*

*Ceſsio habetur loco traditionis num.3.ad finem.*

¶ Gloſſa, 10.l.44.

IBi, *la poſſeſsion*. ergo irreuocabilitas
maioratus ſeu meliorationis in ſola
transla-

translatione poſſeſsionis conſiſtit vt ex verbis noſtrę legis clare deducitur quod ex eo procedere exiſtimauit Tellus. Quia per traditionem rerum donatarum transfertur dominium, & conſequenter poſſeſsio, inferens ſatis ingenioſe num.90.ad omnes caſus in quibus dominium abſque traditione transfertur: vt in eis abſque translatione poſſeſsionis irreuocabilis efficiatur donatio ſeu maioratus, credēs hāc eſſe veram rationem decidendi huius legis. & poſſeſsionis translationem à dominij translatione regulari, cuius interpretario nequaquam procedit, cum ex translatione dominij neceſſario non ſequatur poſſeſsionis translatio. imo etiam vbi dominium abſque actu apprehenſionis transfertur poſſeſsio veram traditionem requirit neque in conſequentiam dominij cenſeretur translata. gloſſa ſingularis in. l. qui prædium. C. de diſtractione pignorum. & in. l. cum duobus. §. idem reſpōdit verbo dominiū. ff pro ſocio. Bart. in. l. commiſſa. ff. de publiciana Angelus Bald. & Roma. in. l. ſi quis in tantā C. vnde vi. Iaſſ. conſi. 148. lib. 4. Math. de afflictis deciſſ. 361. num. 41. & bene in hoc Melchi. Mieres in tractatu maioratus. 1. part. quæſt. 5. ex nu. 1. & 3. part. quæſt. 19. per totam vbi aliqua notabilia in propoſito adducit poſt Gomez. in. l. 45. Tauri. nu. 111.

2 ¶ Et econuerſo multoties rē poſsidemus cuius dominium habere non poſſumus vt in cap. dilectiſsimi. 12. q. 1. & poſt Iſerniam aduertit Grego. in l. 7. tit. 19. part. 3. gloſſ. 1. col 2. prope finem. & poſſeſsionem dominium non probare aduertir Afflictus deciſſ. 40. num. 3. & Grego. in. l. 10. tit. 14. part. 3. gloſſ. 1. & paſsim videmus qua ratione eam decidendi quam Tellus exaltat. dicto num. 89. dicit falſam Molin. lib. 4 cap, 2. num, 29. & hæc ratio Molinę confirmatur ex Couarr. lib. 3. variarum. cap. 16. nu. 12. prope finem vbi tenet non ſequi irreuocabilitatem ex translatione poſſeſsionis, ex noſtra lege idem confirmans ipſe Molina dum ex cauſa matrimonij ſeu traditionis ſcripturæ quibus non transfertur dominium maioratum efficit irreuocabilem credēs interminis noſtræ legis non conſiderari dominij translationē ad maioratus irreuocabilitatem, ſed tantum animum non reuocandi qui clare ex poſſeſsionis traditione compræhenditur, quæ impugnatio aduerſus Tellum aperte conſtat dum lex dicit. *puedalo reuocar a ſu voluntad*, quæ à ſola voluntate inſtituentis reuocationē pendere probat. & clarius dū dicit *o que al tiēpo que lo hizo el que lo inſtituyo reſeruaſſe*, vbi in fortiori caſu tradita ſcilicet poſſeſsione quando & dominiū transferebatur & donatio ſeu maioratus efficiebatur irreuocabilis, dat facultatem reuocandi ad libitum inſtituentis & conſequenter clariſsime cōſtat quod non ex dominij translatione ſed ex ſola teſtantis voluntate volētis vel non maioratum reuocare efficit eum lex irreuocabilem ad inſtar ſupremæ diſpoſitionis quātum ad reuocabilitatem hanc maioratus vere deducens. vnde ratio decidendi nō erit quā Tellus dicit ſingularē. ſed ex eo principaliter maioratus efficitur irreuocabilis per traditionem poſſeſsionis veram vel fictam quia per actum traditionis euidenter conſtat inſtitutorem habuiſſe animum non reuocādi vt bene ſentit noſter Molina in dicto num. 29.

3 ¶ Quo ſatis vtiliter conſiderato etiam procederet lex noſtra quando pater filio tradidit detentationem rei quam habebat iuſto titulo quæſitam licet ipſum non efficiat eius



eius rei verum poſſeſſorem vt contra Peraltam. in. l. vnum ex familia in principio nu. 22. delegat. 2. probat Melchi. Mieres de maioratu. 1. part. quæſt. 35. per totam, quem intelligo vt melioratio ſeu maioratus valeat reſpectu iuris quod ex de tentatione ad inſtituentē pertinet, quanuis veram poſſeſsionē tradere non poſsit. ex quo deducitur quod ſi quis habens dominium alicuiꝰ rei vt quia vtranq; poſſeſsionem perdidit, & ſolū dominium non dū præſcriptum retinuit, poterit ex eo facere meliorationem ſeu maioratum donādo ſeu relinquendo ius quod habet, quod ipſi liceret vt per Baldum in rubrica. C. de contrahēda emptione col. 2. quæſt. 6. & tradidit Gomez. de contract. cap. 4. de donatio. nu. 4. &. 5. & ſi eius iuris ceſsionem fecerit quæ loco traditionis habetur ex Angeli doctrina in. l. 1. in fine. num. 4. de actionibus & obligationibus per tex. in. l. fin C. quando fiſcus vel priuatus. & eorum quę tradit Mieres de maioratu. 1. part. quæſt. 40. per totam. irreuocabilis diceretur maioratꝰ ſeu melioratio, ſicut ſi eiuſdē rei vera poſſeſsio traderetur ita in ſpeccie meliorationis probat Tellus in. l. 17. Tauri. num. 49. &. 50. vbi ex num. 51. cum alijs ingenioſe licet extra propoſitū illius legis id examinat. & ſummarie Molin. lib. 4. cap. 2 num. 14. in principio vbi num 15. cum alijs & Mieres dicta. quæſt, 40. referendo Tiraquelum Tellum & alios, idem exiſtimant fore iudicandum in traditione quaſi poſſeſsionis iurium incorporalium ſequūta ceſsione vt quando ex iuribus ſeu nominibus fit maioratus.

*SVMMARIVM.*

*Traditio vnius rei an efficiat maioratum irreuocabilem vel omnium rerum neceſſaria ſit num. 1. & per totam gloſſam diſcutitur.*

*Incertitudo impedit translationem poſſeſsionis, num. 6.*

*Intellectus ad. l. 17. Tauri circa translationem poſſeſsionis bonorum futurorum. nu. 7. cum alijs.*

*Poſſeſsio bonorum futurorum quando ex ſola traditione vnius rei transferatur. nu. 8. cum alijs.*

*Diſpoſitio ad ſimilem caſum extenditur. num. 9.*

*Tellus Ferdinandez intelligitur. num. 11.*

*Conſtitutum an ad futura extendatur. numero. 11.*

*Conſtitutarius an poſsit interuertere conſtitutum. num. 12.*

*Poſſeſsio donationis quotæ bonorum an transferatur ex conſtituto num. 13. vſq; ad finem.*

*Certitudo generalis an ſufficiat ad tranferēdam poſſeſsionem. num. 15.*

¶ Gloſſa. 11. l. 44.

IBi, *de las coſas, o coſa contenidas en el dicho mayoradgo*, ergo quando maioratus ex regia licentia & certis rebus inſtituitur, nō ſufficeret traditio poſſeſſionis vnius rei ad efficiēdum quo ad omnia ipſum irreuocabilem, ſed omnium rerum neceſſaria eſt, quod ex eo procedere credimus quia cum irreuocabilitas maioratus ex translatione poſſeſsionis reſultet & translatio ex rerum traditione, merito ad efficiendum maioratum irreuocabilem, ſimul omnium rerum traditio requiritur in quo lex ius commune confirmat quo receptum habemus quot res, tot poſſeſsiones eſſe neceſſarias. l. 1. §. veteres cum gloſſ. verbo. per vnum. ff. de acquirenda poſſeſsione. lex prædia. eodem tit. gloſſ. in. l. 3. verbo, quamlibet. ff. eodem. titu. & probat Dinus in cap.

cap. 1. quæſt. 4. de regulis iuris in. 6. &
plurimi per Tiraquelum de retractu
linagier §. 36. gloſſ. 3. nu. 2. Gomez in
l. 45. num. 38. in legibus Tauri.
2 ¶ Etiam ſi ſub alicuius iuris vniuer
ſitate contineantur veluti ſub nomi-
ne maioratus feudi aut hæreditatis ex
Innocentio in cap. in præſentia col. 1.
de probationib. Bart in l. 3. in princip.
col. 2. verſi. quid in rebus vbi Iaſſō. &
Soccin. de acquiren. hæreditate Alex.
num. 21. & alij per Tiraquel. & Gome
ziū ſupra. & in ſpecie maiorat⁹ probat
3 Mieres. in tractatu maiorat⁹. 1. part q.
34. per totam. ¶ Aduerſus quam re
ceptam ſententiam & diſpoſitionem
noſtræ legis dominus Molin. lib. 4. c. 2
num. 21. vſque ad numerū. 29, conſtan
ter credit ſufficere traditionem vnius
rei vt maioratus reſpectu aliarum irre
uocabilis efficiatur, dicens ibi num. 25
ad finem id ex ea ratione procedere
quia lex noſtra non agit principaliter
de tranſlatione poſſeſsionis, ſed de
irreuocabilitate maioratus quam tra-
ditio ipſa operatur, quæ irreuocabili-
tas cum pendeat à voluntate inſtituē
tis, & nequeat euidētius deduci ea vo-
luntas quam per actū traditionis poſ-
ſeſsionis, quāuis vnius rei tantum tra-
ditio fiat merito ex ea maioratus effi-
citur quoad alia bona irreuocabilis
quæ ingenioſa conſideratio libenter
foret admittenda ſi verbis legis non
aduerſaretur. Sed quia legis verba
pugnant aduerſus ipſum bene retor-
quetur: cum ſi lex vt ipſa fatetur reſpi-
cit ſolam irreuocabilitatem. & nihilo
minus earum rerum ex quibus ſit ma-
ioratus requirit præciſſam & veram
traditionē, dici non poſsit contra ver
ba legis ſufficere vnius rei tantum fie
ri, ſed omnium rerum præciſſe requiri
vt contra Molinam bene probauimus
& clarius ex noſtra lege deducitur dū
dicit, *de las coſas o coſa contenidas en el di-* 4
*cho mayoradgo.* ¶ Quam ſententiam
limitabimus quando bona ex quibus
maioratus fuit inſtitutus ita ſunt indi-
uidua & coniuncta, vt vnum & nō plu
ra corpora efficiant, quia tunc ſuffice-
ret apprehēdere poſſeſsionem vnius
partis vt reſpectu totius ea traditio trā
ſlationem poſſeſsionis & conſequen-
ter irreuocabilitatem operetur ex. l.
13. in principio. l. ſtillicidij. §. finali cū
l. ſequenti, ff. quemad. ſeruitutes amit
tantur & probant Gomez. in. l 45. nu.
38. Melchi. Mieres in tract. maioratus
1. part. quæſt. 34. num. 3. & in hac ſpe-
cie bene procedit opinio Molin. dict.
num. 21. vſque ad num. 29. 5
¶ Secundo etiam limita quando ex
iuribus incorporalibus, annuis cenſi-
bus ſeu alijs redditibus maioratus fuit
inſtitutus, quia ſufficeret tunc ſi poſ-
ſeſsio vnius rei tantum traderetur: cū
in iuribus incorporalibus etiam cor-
pora continentibus vſus vnius rei ſuf-
ficiat ad transferendam omnium poſ-
ſeſsionem ex Soccin in. l. 3. in princi.
num. 4. de acquirenda poſſeſsione &
magis in ſpecie probauerunt Bald. in
l. traditionib⁹ paulo ante finem. C. de
pactis & alij per Tiraquelum de iure
conſtituti. 2. part. ampliatione. 31. nu.
23. Alexand. conſi. 184. lib. 6. & quæ
bene aduertit Ripa. in cap. cum eccle-
ſia ſutrina num. 52. de cauſa poſſeſsio.
& propri. Bald. conſi. 251. lib. 5. & cōſ.
150. 3. parte, Roman. conſi. 311. Anto
nius Gomez in. l. 45. Tauri. num. 37. 6
&. 42. ad medium. ¶ Quæ quidem
omnia etiam procederent in maiora
tu ex tertio & quinto inſtituto reſpe-
ctu bonorum in quibus aſsignatur: vt
cum diſtinctione ſupradicta efficiatur
irreuocabilis cum nulla poſsit aſsigna
ri differentiæ ratio reſpectu tranſlatio
nis poſſeſsionis inter eum & inſtitutū
regia



regia licentia neq; inter ipſum & me
liorationem tertij & quinti quæ per le
gem. 17. efficitur irreuocabilis vt in-
fra latius erit dicendum: reſpectu ve
ro bonorum futurorum eſt vtiliſsimę
dubitationis an ex traditione poſſeſ-
ſionis vnius rei quoad omnes etiam
futuras irreuocabilis efficiatur is ma-
ioratus qui ex tertio & quinto bono-
rum fuit inſtitutus & nō effici irreuo
cabilem ex eo videtur probari. Quia
cum poſſeſsio ſine animo certo tranſ-
ferri nequeat: imo rerū incertitudo ſē
per trāſlationē poſſoſsionis impediat
l. poſſideri. iuncto, §. incertam de
acqui. poſſeſsione cum ad acquiren-
dam poſſeſsionem lex principaliter
conſideret animum certum acquiren
tis. qui ſi neſcit quid vel quantum ac-
quirere debeat vel incertus ſit ad quē
locum animum dirigat dari non po-
teſt in eo acquirendi voluntas neque
conſequenter poſſeſsionis translatio
ex. l. licet. C. de acquirēd. poſſeſsione,
l. quemadmodum eod. tit. l. 1. §. adipiſ-
cimur, l. 3. in principio de acquirend.
poſſeſsion. l. locus verſic. 1. eodem. tit,
& in hoc maioratu detur ea loci, ani-
mi & rei incertitudo cum ex. l. 19. &
23. Taur. diffinitum ſit tempus mortis
fore expectandum, & interim poſsint
bona diminui vel econuerſo multum
augeri, merito ex ea incertitudine tra
ditio vnius rei operari non poterat al
terius futuræ & incertę irreuocabilita
tem. quod vrgēter confirmatur dum.
l. noſtra loquitur in maioratu ex re-
gia facultate & bonis certis condito,
quæ ad inſtitutum ex tertio & quinto
vbi nulla bonorum eſt certitudo ex-
tendi non debet cum longe ſit diuer
ſa ratio quæ in vno quam quæ in alio
caſu verſatur.
7 ¶ Quæ difficultas ita in expugna-
bilis viſa fuit Tello Ferdinandez vt in
ſimili caſu meliorationis tertij & quin
ti tacite fateatur in. l. 17. numer. 15. ve-
rum eius intellectum ignorare, di-
cens quod ſi legem illam intelligam⁹
quando melioratio in re certa aſsigna
tur vt tunc rei aſsignatæ poſſeſsio ſit
tradenda, eſſet defectuoſa & fere nul-
lius momenti & multum eam reſtrin
geremus. Sin vero quando ex tertio
& quinto abſque aſsignatione rei cer-
tæ melioratio fit, loquatur, credit ne-
quaquam poſſe procedere cum in ea
melioratione conſideranda ſit quan-
titas bonorum quæ donator reliquit
tempore mortis & ſic reſpectu futu-
rorum detur in certitudo vt ſupra di-
ximus. ¶ Qua ratione eam Tel- 8
lus intellexit in traditione quæ ex
ſua natura præſentia & futura bo-
na comprehendit vt in ea quę ex con
ſtituto, reſeruatione vſus fructus vel
aliter à iure reſultat. in qua exiſti-
mat futurorum etiam poſſeſsionem
tranſire cuius intellectus ad illam. l.
videtur confirmari ex quadam com-
muni ſententia dicentium conſtituen
tem ſe poſsidere nomine donatarij,
emptoris vel creditoris etiam futuro-
rum bonorum licet ea non expriman
tur, tranſire in conſtitutarium poſſeſ-
ſionem. quam probauerunt Iacobus
Butricarius in authentica hoc ſi de-
bitor. C. de pignoribus ſequutus à
Iaſſon. in. l. 3. §. incertam num 16.
vbi dicit communem & Alciatus nu-
mero. 119. ff de acquirend. poſſeſsio
ne Pariſius conſilio. 59. numero, 10.
&. 11. libr. 1. Decius conſi. 179. num. 3.
Afflictis deciſsione. 139. numer. 8 &. 9.
& Tiraquel. de iure conſtituti. 2, part.
ampliatione. 31. & alij plurimi per Tel
lum in dict. l. 17. numero. 20. & ita li-
cet abſque comprobatione tenet qui-
dam modernus Angul. in. l. 1. gloſſ. 8.
num. 1. & 2. & reprobando Molin. ex

quibus videtur poſſe defendi legẽ hãc non eſſe admittendam in maioratu ex tertio & quinto inſtituto, neq; per traditionem effici irreuocabilem quoad bona futura niſi ex cauſa conſtituti ſicut melioratio.ex.l.17. Tauri.

10 ¶Sed his omnibus quæ fortiter obſtant reiectis contrariam ſententiam libenter admittimus & maioratum ex tertio & quinto ſicut meliorationem effici ex traditione bonorum præſentium irreuocabilem quoad futura, vnico tantum fundamẽto defendimus ipſum confirmantes ex hijs quæ reſpondendo aductis in contrarium dicenda erunt. Si enim per tex.in.l.17.Taur.traditione melioratio irreuocabilis fit, cõcurrente animi, loci, & bonorũ incertitudine, cur non & in maioratu ex tertio & quinto inſtituto ea conſtitutio procederet, cum nulla poſsit differentiæ ratio inter ea prælegata aſsignari maxime reſpectu irreuocabilitatis quæ vtroq; caſu pendet à teſtatoris voluntate & nominis tantum differentia ſubſtantiam actus nõ mutet fateor ignorare cur non, & credo legis diſpoſitionem demelioratione ad maioratũ ex rationis idemtitate non ſolum eſſe extendendam, ſed eum caſum qui ſimilis eſt ſicut eum meliorationis quẽ expræſsit comprehendere per tex. in l.his ſolis ibi. *ſatis tacite cautum putamus.* C. de reuocand.donation. gloſſa celebris.in capit.ſi poſt quam.§.fina.verbo prouiſione de electione.in.6. etiam in correctorijs & ex gloſſ.in.l. ſi quis ſeruo perſuaſerit.C.de furtis.Iaſſ.in authentica quas actiones numero. 9. C. de Sacroſanct. Eccleſijs & in.l. Marcellus numer.27.ad Trebellian. Alexand.conſi.111 num.14. lib.6.Bartho. Soccinus conſilio.36.numer.7.libr.4. Couarrub. late in cap. Raynaldus. §. 3.numer.6. de teſtamentis.

¶Quod enim in melioratione tertij & quinti ex qua ad maioratum argumentamur ſequuta traditione rerũ præſentiũ reſpectu futurarum fiat irreuocabilis præter quã ꝙ expreſſe deciditur in dicta.l.17. euidenti atque iuridica ratione ſuadetur ſcilicet quia cum lex illa certiſsimum habuiſſet traditionem futurorum fieri non poſſe, ea traditione contenta fuit ad transferendam bonorum præſentium & futurorum poſſeſsionem, quæ meliorationis tempore potuit interuenire, vt in melioratione & maioratu cõſiderauit Molina lib.4.cap.2.numer.25.& quia per traditionem rerum corporalium in melioratione contentarum ius vniuerſale tertiæ & quintę partis bonorũ teſtantis in donatarium transfertur: quæ translatio ſufficiens iudicatur ad efficiendam meliorationẽ quoad bona futura irreuocabilẽ vt ipſe Molina aduertit dicto.capit.2.nume,25.ad finem, cum alias nunquam poſſet dici eſſe apræheſam poſſeſsionem alicuius iuris vniuerſalis contra.l. qui vniuerſas. ff. de adquirend. poſſeſsione. 11

¶Neque obſtabit intellectus Telli ad dictam. l. 17. Tauri reſtringentis eam ad tranſlationem poſſeſsionis ex cauſa ficta. quia is intellectus omnino reijciendus eſt tam ex eo quod admittens caſus fictos tranſlationis poſſeſsionis verum excludit, plus roboris fictioni quam veritati tribuens cõtra.l.filio quem pater cum vulgatis de liberis & poſthum.quam quod ſi ratio ſupradicta deficeret etiã poſſeſsio ex cõſtituto ad bona futura non ita extẽderetur, quod non poſſet conſtituens id libere interuertere & conſequẽter meliorationẽ ſeu maioratũ reſpectu futurorum ad libitum reuocare.quod patet euidenter quia licet communis ſenten- 12



ſententia ſit conſtitutum extendi ad futura vt probauerunt plures de quibus per Tiraquelum de conſtituto. 2. parte ampliatione.31. Tellus in.l. 17. Tauri numero. 20. hoc tamen intelligunt omnes non ex die conſtituti ſed ex momento acquiſitionis ſecundum Alexand. columna penultima Aretinum final.verſic.ſed melius in.l. 3.§.incertam de acquirenda poſſeſsione vbi Soccin. numero. 6. dicit communem & bene Roland. conſilio. 79. num.46.vbi ex nume.41. declarat eleganter dictum § incertam. & alij per Tellum in dicta.l. 17.num.21.

¶ Ex qua ſententia iuncta alia ſatis recepta qua conſtituitur poſſe conſtitutarium interuertere conſtitutum
12 & nolle acquirere poſſeſsionem illi in cuius fauorem conſtituit ſe bona futura poſsidere de qua per Tiraquelum dicta ampliatione. 32.numer. 13. & per Tellum in.l. 17. numero.23.clare deducitur poſſe conſtituentem reſpectu bonorum futurorum quorum nondum poſſeſsio tranſlata erat conſtitutum interuertere & conſequenter maioratum qui ex vi conſtituti irreuocabilem effici prætenditur reuocare.

¶ Vnde in ſpecie donationis quotæ non transferri ex conſtituto poſſeſsionem tenent Calcaneus conſilio
13 29. numero. 6. Decius conſilio. 226. numer. 3. Gratus conſilio.94.numer. 9.libro. 1. Ferretus in.l. 3.§. incertam numer.9.Gomez. in.l. 17. Tauri. numero 17. & in terminis dictæ. l.17.& noſtrę quæſtionis videtur nouiſsime ſequutus Mieres. 1.part. de maioratu quæſtione. 49. numero. 4. referens Peraltam in. lege vnum ex familia in principio numero 20.&.21. de legatis. 2. ex quo iuſte reijcitur Telli intellectus & conſtat. legem illam.17. Tauri. reſtingi non debere ad caſum fictũ tranſlationis poſſeſsionis. ſed proprius eſſe verificandam in vera & actuali rei traditione & conſequenter expreſſe ibi decidere per traditionem rerum præſentium futurorum omnium transferri poſſeſsionem & ſic ad maioratum ex tertio & quinto inſtitutum vbi ſimilis ratio datur ex ea bene argumentari quam ſententiam licet non his fundamentis in maioratu probat Molina. dicto. capit. 2. num.21.cum alijs.

¶Et ea retenta non obſtat incertitudo in qua aduerſarij præcipue fundantur: quia præter quã ꝙ lex fuit cõtenta traditione rerum præſentium vt reſpectu futurorum maioratus fieret irreuocabilis. & ſic nulla certitudine egeat: tamen ſufficeret generalis reſpectu vniuerſi certitudo & acquirentem in genere habuiſſe ſcientiam & animum acquirendi, vt futurorum poſſeſsio acquiratur vt ex. l. qui iure militari.ff. de militari teſtamento probat Soccinus in.l 3.§.incertam columna. 2. in fine vbi Iaſſon. columna final.ff.de acquirenda poſſeſsione Tiraquel.de iure conſtituti.2.parte.ampliatione.32.numer.11. 14

¶Maxime ſi conſtitutum poſitum
ſit in contractu rei vniuerſalis. quia 15
tunc ſufficeret certitudo quotæ in genere, licet rerum particularium deficeret & ſic in caſu veræ traditionis dicendum videtur ex Ioanne Petrucio in .l.ab emptione. ff. de pactis. Socci. in dict,l.3.§ in certam numer. 5.verſi. prima difficultas Pariſi. conſilio. 59. numer.23.libro.1. Tiraquel. de conſtituto. 3. parte limitatione. 19.num. 21. & in caſu traditionis inſtrumenti reſpectu bonorum futurorum aduertit bene Tellus Ferdinandez in dicta. l.17.Tauri, numer.66.

*SVMMARIVM.*

*Præſentia donatarij inducit acceptationem donationis. num. 1.*

*Acceptatio donatarij tacita vel expreſſa requiritur ad inducendam irreuocabilitatem donationis. numer. 2. & 3.*

*Donatio ex cauſa oneroſſa an requirat acceptationem. num. 4. & 5.*

*Intellectus ad verba huius legis numero. 6.*

*Translatio poſſeſsionis capacitatem requirit ex parte acquirentis num. 7.*

*Maioratus inſtitutus in fauorem infantis, an efficiatur irreuocabilis. num. 8.*

*Poſſeſsio nunquam transfertur in eum qui affectionem tenendi non habet. num. 7. & 8.*

## Gloſſa. 12. l. quadrageſsimæ quartæ.

1 IBi, *a la perſona a quien lo hiziere.* non requirit lex donatarij preſentiã ad inducendam irreuocabilitatem donationis ſeu maioratus: cum ſtatim contenta ſit ſi procuratori fiat traditio. Sed ideo dicit, *a la perſona a quien lo hiziere.* Quia ex donatarij præſentia recipientis bona donata deduceretur clare acceptatio ex parte ipſius neceſſaria, tanquam ſi expreſſe donatarius maioratum acceptaſſet, cum ſola præſentia eius & donantis inducat expreſſam accepratìonem abſque eo quod verbis claris proferatur ex. l. qui patitur. ff. mandati. l. quo enim. ff. rem ratam haberi. & reſoluunt late Couarrub. in Rubrica de teſtamentis. 3. part. numer. 13. & 14. Tiraquelus de retractu. §. 1. gloſſ. 9. nume. 115. & referens Tiraquelum & alios reſoluit Burgos de Paz, conſilio. 25. numero. 2.

¶ Si enim donatio ſeu maioratus fieret abſenti, neceſſaria foret expreſſa acceptatio ad inducendam irreuocabilitatem vel ſaltem tacita euidenter ex actibus donatarij deducta vt reſoluit Tiraquelus de conſtituto. 3. partte limitatione. 3. numer. 11. & aduertit Alexand. in perceptione fructuum conſilio. 88. numero. 32. libro. 5.

¶ Alias deficiente donatarij acceptatione ſeu præſentia tempore confectæ donationis ſeu inſtitutionis maioratus, libere poterit inſtituens vſque ad mortem eum reuocare ex. l. 2. §. ſed & ſi quis donaturus. ff. de donationibus & reſoluunt Paulus conſilio 195. numero. 3. libro. 2. Decius conſilio. 226. numero. 6. & in. l. contractus numero. 15. ff. de regulis iuris & conſilio. 247. numero. 5. & 432. numero 26. & 464. numer. 3. Gratus reſponſo. 25. numer. 37. lib. 1. Pariſius conſilio. 77. numer. 31. 37. & 40. libr. 1. Caſſaneus conſilio. 7. numer. 42. Ruinus conſilio. 5. numero. 5. libr. 1. Alciatus reſponſo. 149. numero. 42. & ex noſtratibus reſoluunt Gregorius in. l. 4. tit. 4. parti. 5. gloſſ. 1. Couarr. in rubric. de teſtamentis. 3. part. numer. 13. Gomez. in. l. 45. Tauri numero. 83. Tellus Ferdinandez in. l. 17. numero. 30. Burgos de Paz conſilio. 14. numer. 20. libro. 1. & conſilio. 33. numero. 12. quauis contrarium teneat Guido Papa. ſingulari. 341. Cephalus cõſilio. 33. numer. 16. libro. 1. 2

¶ Quod aliqui dicebant non procedere in caſu quo maioratus ſeu donatio fieret ex cauſa oneroſa matrimonij. Quia tunc credebant quod ſufficeret præſentia & acceptatio paciſcentium pro donatario abſente 3 cui ex pacto ipſorum acquirebatur ius irreuocabile ego tamen id verum exiſtimo dummodo paciſcentes mandatum ad id ſpeciale haberẽt: ſin vero aliter paciſcantur pro abſente: donec conuentiones & pacta matrimonialia per eum ratificentur: maioratus ſeu melioratio libere poterit reuocari vt ſatis à noſtra lege deducitur.

¶ Ex quo notanter aduertendum eſt quod licet in ſpecie noſtræ legis ex actu inſtitutionis maioratus ius irreuocabile quæratur non ſolum natis ſed filijs in poſterum naſcituris. vt diximus in. l. 40. gloſſa verbo, *del tenedor del mayorazgo.* Et reſoluunt Couarrub. lib. 1. variarum capitul. 14. Menchaca capitul. 62. controuerſiarum. Coſta de maioratu bonorum regiæ coronæ numero. 6. cum alijs Molina libro. 4. capitul. 2. numer. 74. ita quod quilibet naſciturus ſpecialiter intelligatur ab inſtituente vocatus vt ibidem probauimus, acceptatio tamen neceſſaria eſt eius maioratus à primo donatario ſeu inſtituto vt ex ea acceptatione ius omnibus in infinitum naſcituris quæratur vt etiam prædicti reſoluunt ſatisq; receptum eſt.

¶ Proprius tamen verificantur verba noſtræ legis ibi, *a la perſona a quien lo hiziere*, in caſu traditionis fictę de qua etiã lex ipſa loquitur in qua ficta traditione neceſſariam eſſe præſentiam donatarij dixerunt plures relati per Tiraquelum in tractatu de iure conſtituti. 3. parte limitatione. 30. in principio numer. 5. Tellus Ferdinandez in. l. 17. Tauri. numer. 30. qui poſt Curtium & alios hoc intelligit etiam ſi ille in cuius fauorem fit conſtitutum rem detineat. Quia ante ratificationem non poſſet transferri poſſeſsio intelligendo ſic legem illam. 17. Tauri & bene in hoc aduertir Gomez in. lege. 45. Tauri. numer. 82. & 83.

¶ Intellige etiam dummodo hi quibus traditio fit acquirere valeant poſſeſsionem: ſi vero affectionem tenendi non habeant vt verbis conſulti vtamur reuocabilis eſſet maioratus vt ſi pupillo fiat traditio qui cum ſolus de perſe poſsit incipere poſsidere. l. 1. §. Ofilius. l. quanuis. §. infans. ff. de acquirenda poſſeſsione. ſi corporaliter eam apprehenderet aut per conſtitutum ſeu traditionem ſcripturæ in eũ transferatur irreuocabile efficeret primogenium ſeu meliorationem vt in ſpecie aduertit Melchi. Mieres in tractatu maioratus. 1. parte quæſtione. 41. ad finem referens Rebufum ad conſtitutio. Galliæ. 3. thomo. titulo materia poſſeſsionis in præfactione numer. 32. pagina mihi. 228.

¶ Et econuerſo maioratus in fauorem infantis inſtitutus etiam ſequuta traditione vera vel ficta non efficeretur irreuocabilis: cum ſolus non poſsit incipere poſsidere, neque intellectum aut affectionem tenendi habeat vt probat Conſultus in. l. 1. §. adipiſcimur. ibi, *quia affectionem tenendi non habent.* ff. de acquirend. poſſeſsione. l. quanuis. §. infans. ff. eodẽ tit. lex pupillus. ff. de acquirenda hæreditate & referendo Soccinum & alios in ſpecie probat Mieres. dicta. quæſtione. 41. ex principio. & ſic de cæteris qui poſſunt vel non acquirere poſſeſsionem.

*SVMMARIVM.*

*Poſſeſsio quando acquiratur per procuratorem numero. 1. & per totam gloſſam.*

*Acceptatio procuratoris an ſit neceſſaria vt domino poſſeſsio acquiratur numero. 4.*

¶Gloſſ. 13. l. 44.

1 IBi, *o a quien ſu poder ouiere*, licet ge-
nerale tantum dummodo ſit de
hijs qui à iure procuratores genera-
les nuncupantur vt curator, tutor,
aut prælatus, vel qui datus eſt ad om-
nia negotia non vero procurator ad
lites vel cauſas tantum vt bene poſt
Zaſium & Ripam aduertit Tellus
Ferdinandez in. l. 17. Tauri numero.
33.

¶ Et ſi de vera traditione agatur
2 facta procuratori etiam domino ig-
norante poſſeſsio transfertur. l. 1. §.
per procuratorem & §. ſi iuſſerint. l.
quod meo verſicul. procurator. ff. de
acquirenda poſſeſsione. l. qui mihi do
natum. ff. de donationibus ſi vero nõ
de reali traditione: ſed de ea quæ re-
ſultat ex conſtituto quæratur multi
dixerunt non transferri poſſeſsionem
domino abſenti per procuratorem,
tam ex eo quod in ea ſpecie foret
concurrere duas fictiones & ſpecia-
litates contra tex. in. l. 1. C. de dotis
promiſsione quam quod ex lege ea
quæ ciuiliter. ff. de acquiren. rerum
dominio non poſsit immediate do-
mino acquiri per procuratorem niſi
per actum naturalem quibus motus
Bartolus in. l. 1. C. per quas perſonas
nobis acquiritur tenet hanc ſenten-
tiam & ante ipſum Bellapertica ibi-
bem. Paulus de Caſtro. in. l. 1. §. ſi
iuſſerint in fine & in. l. quod meo in
fine. ff. de acquirenda poſſeſsione &
alij plurimi relati quanuis non ſe-
quuti à Tiraquelo in tractatu de iu-
re conſtituti. ampliatione. 26. nume-
ro. 4.

¶ Alij vero & melius transferri 3
crediderunt vt poſt Bart. in. l. ab em-
ptione in fine. ff. de pactis vbi Ange-
lus Imola & alij & eumdem Bart. in
l. certe. ff. de præcario. tenent Ra-
phael Cumanus Alexander Imola &
Iaſſo. in. l. 1. ff. de acquirenda hære-
ditate Corneus conſilio. 50. videtur
in hac conſultatione libro. primo &
conſilio. 117. multa eſſent libro. 2.
Guido Papa deciſsione. 112. in dicta
curia Paulo ante finem & dicit com-
munem Bertrandus conſilio. 130.
ponitur in facto libro. 3. Gozadinus
conſilio. 15. videtur columna. 2. &
iterum conſilio. 16. numero. 12. &
referens Tiraquelum & alios Tellus
Ferdinandez in. l. 17. Tauri numero.
32. quam ſententiam indubitanter am
plectimur reſpondendo in contra-
rium adductis cum Tiraquelo dicta
ampliatione numero. 6. vſque ad nu-
merum. 12. reiecta. 3. opinione quam
in hoc ſomniauit Platea. in. §. ex his
itaque ad finem inſtituta per quas per-
ſonas nobis acquiritur, reprobata à
Tiraquelo vbi ſupra. numer. 13. quod
intellige & limita per Tellum Ferdi-
nandez in dicta. l. 17. Tauri numer.
34. vſque ad numerum. 38. cuius re-
ſtrictiones deductæ fuerunt à Tira-
quelo in dicta ampliatione. 26. nu-
mer. 14. vſque ad numerum. 18. quan
uis ipſe ingenioſe eas extenderit &
confirmauerit. ſed quia omnino ceſſa
ret ea difficultas. l. noſtra quæ de tra
ditione vera vel ficta loquitur conſti
tuit idem eſſe in traditione facta pro-
curatori, ibi, *o a quien ſu poder ouiere.*

¶ Ego tamen vltra Tellum Fer-
dinandez & Tiraquelum id intelli- 4
gerem verum dummodo procura-
tor



tor habens ſpeciale mandatum vt ſu-
pra diximus eam donationem accep-
tauerit. quia antea non efficeretur ir-
reuocabile primogenium: cum etiam
translata poſſeſsione ex vi conſtituti
ſeu aliter ficte requiritur acceptatio.
& à fortiori quando poſſeſsio per pro
curatorem transferri prætenditur: vt
ſatis probauimus in gloſſa verbo, *hu-
uiere entregado*, & probat gloſſa in cap.
ſi tibi abſenti. verbo habueris de præ-
bendis libro. 6 Rota. Antiqua deciſsio
ne. 290. ad recipiendum. Guido Papa
conſilio. 32. circa donationem nume
ro. 3. Couarrub. libro. 3. variarum re-
ſolutionum. capit. 16. numer 4. Caſſa-
neus in conſuetudinibus Burgundiæ
rubrica. 4. §. 5. verbo ſans procuraciõ.
num. 4. Rebufus. 2. thomo conſtitu-
tionum Galliæ titul. de donatione in-
ſinuanda articul. 2. gloſſa. 1. num. 6. &
7. & articulo. 3. gloſſa. 5. & gloſſa. 6,
in principio.

*SVMMARIVM.*

*Maioratus quando ex traditione ſcripturæ efficiatur irreuocabilis per totam gloſſ.*

*Tabellionis præſentia an ſit neceſſaria in actu traditionis ſcripturæ, num. 1. vſq; ad. 7.*

*Præſentia alicuius quando eſt neceſſaria an ſufficiat perſonalis vel requiratur intellectualis & operatiua num. 3.*

*Præſentia ſemper à lege requiritur ex propoſito & ad aliquid operandum. numero. 4.*

*Traditio ſola inſtrumenti an inducat irreuocabilitatem. num. 6. & 7.*

*Intellectus. l. 1. C. de donationibus. & l. 8. titu. 30. part. 3. num. 6. 7. & 8.*

*Præſentia tabellionis qua ratione ſit neceſſaria in actu traditionis ſcripturæ & non rei ex qua ſit maioratus. numer. 9. cum alijs.*

*Nouus intellectus ad. l noſtram in caſu traditionis ſcripturæ. num. 10.*

*Traditio nuda inſtrumenti non inducit irreuocabilitatem donationis ſeu maioratus. ſed facta intelligitur cauſa cuſtodiæ. numer. 10. ad med.*

*Traditio inſtrumenti abſque præſentia tabellionis quando datur animus non reuocandi inducit irreuocabilitatem. numero. 11.*

*Traditio inſtrumenti in actu inſtitutionis maioratus facta quando inducat irreuocabilitatem. num. 12.*

*Inſtrumenta antiqua vel nouiter confecta an ſint tradenda ad inducendam irreuocabilitatem. num. 13. cum alijs.*

*Intellectus ad. l. 8. titu. 30. part. 3. num. 14. cum alijs & alius num. 15. & 16. & nouus ad ipſam. l. traditur. num. 17.*

*Leges partitarum à iure communi intelligũtur & interpretantur. num. 16.*

*Ceſsio loco veræ traditionis habetur. numero. 17.*

*Maioratus an ex re mobili inſtitui poſsit. num. 18. remiſsiue.*

*Traditio ſcripturæ rei mobilis an inducat irreuocabilitatẽ maioratus. num. 18.*

*Traditio inſtrumenti maioratus inſtituti ex rebus incorporalibus iuribus ſeu actionibus an inducat irreuocabilitatem. numero. 19.*

*Traditio inſtrumenti facta abſente re an inducat irreuocabilitatem. num. 20.*

*Traditio inſtrumenti & clauium in quo differant. num. 21.*

*Tradens inſtrumentum debet rem in eo contentam poſsidere ad inducendam irreuocabilitatem. num. 22.*

*Donatarius ſi rediderit inſtrumentum ſibi traditum donanti an reuocetur donatio. numer. 23.*

¶Gloſſa. 14. l. 44.

1 IBi, *o le vuiere entregado la eſcriptura de-*
*llo ante eſcriuano*, ergo ex ſola tradi-
tione inſtrumenti ſi non fieret coram
tabellione non efficeretur maiora-
tus irreuocabilis & ſic eius irreuocabi
litas in ſola præſentia Tabellionis cõ-
ſiſtit ſicut & meliorationis ex.l. 17.ibi
*o le vuiere entregado ante eſcriuano la eſcri*
*ptura della*, & reſoluunt Tellus in.l.22.
Taur.num.5.& in.l.17.num. 65.&. 68.
Couarr.lib.3.varia.cap.16.num.12, &
Mieres in tracta.maiora.1.part.quæſt.
65.in princi.& num.8.& .9. Olanus in
antinomijs verbo donatio. nume.63.
Molina lib.4. cap.2.num.12.
2 ¶ Non tamen explicant quid ope-
retur verbum illud, *ante eſcriuano*, an ſo
lum quod tabellio pręſens ſit traditio
ni ſcripturæ vel quod eius actus tradi
tionis coram ipſo alia ſcriptura fiat, &
quanuis ſolam pręſentiam eius requi
ri videbatur ex verbis legis ibi, *ante eſ-*
*criuano*, quę de ſola ipſius præſentia mẽ
tionem faciunt ab origine tamen con
ſiderando mentẽ legis & ſimul ratio-
nem qua præſentiam requiri condito
res voluerunt atq; effectum pręſentię
tabellionis, ſecure credimus tenẽdum
eius actus traditionis ſcripturam eſſe
conficiendam, qua maioratum inſti-
tuens fateatur eam ſcripturam inſtitu
tionis filio tradere & ius in ea conten
tum cedere, vt per eam traditionẽ ma
ioratus in ea inſtitutus efficiatur ir-
reuocabilis. ¶ Quæ neceſſaria in-
3 terpretatio ex eo cõfirmatur quia quo
tieſcunq; præſentia tabellionis ſeu al-
terius ad actum requiritur non ſolum
perſonalis eſt neceſſaria, ſed intelle-
ctualis & operatiua, ita quod præſens
videat & intelligat actum ad cuius cõ
fectionem deſideratur & ex parte ip-
ſius præſtet authoritatem tex.in.l. diẽ
proferre.§.coram per totum maxime
ibi, niſi tutor præſens fuit.ff. de recep.
arbi. bonus tex.in.l. ſi quis mihi bona.
25.§.coram titio iũcta gloſſ. de acqui.
hæredi.melior. tex. cum gloſſ. verbo
ipſo præſente in.cap. in primis. 2.q.7.
& probauerunt Bart.in.d.l. diem pro-
ferre.§.coram. & in.l. coram Titio de
verb.ſigni. gloſſ. verbo coram in cap.
vt circa.§.1.de electio.in.6.& plurima
notatu digna referens Cardinal. Alba
nus ad Bart.in.d.l.diem proferre.§ co
rã. ¶ Maxime quia ſemper præſen- 4
tia a lege requiritur ex propoſito &
ad aliquid ex parte præſentis operan-
dum gloſſ. ſingu.per tex. ibi in clemẽ.
1.verbo præſentium de bapt.quam fe
re in ſpecie dicit ſingularẽ Fel.in proe
mio decreta.num. 22. & videtur pro-
bari in clemen.1.§.porro. ibi. *præſentiã*
*exhibeant*. de ſtatu Monacho.iunctis iu
ribus relatis à gloſſ.in.d.clemen.1. de
bapt. & alias foret inducere ex ſola
præſentia tabellionis actus irreuocabi
litatem atq; trãslationem poſſeſsionis
quod nullibi iure deciſſum reperitur.
vnde eam ſentẽtiam licet non his fun
damentis expreſſe tenet Pala. Rûb.in
l.17.nu.36.& idem tacite fatetur Mie-
res in tracta.de maiora.1.p.q.65.nu. 1.
&.num.9. ¶ Quam nos veram cre
dimus quando ex interuallo poſt ma- 5
ioratus inſtitutionem traditio inſtru-
menti fit coram tabellione quia tunc
eius actus traditionis alia ſcriptura cõ
ficiẽda erit, qua voluntas inſtituentis
non reuocandi maioratum conſtet. Si
vero incõtinenti in ipſo actu inſtitu-
tionis traditio fiat vt quia inſtituens
in eadem inſtitutionis ſcriptura fatea
tur inſignum veræ traditionis poſſeſ-
ſionis eã filio tradere, & de ſimili tra-
ditione tabellio fidem fecerit ſufficiẽs
erit hęc tabellionis aſſertio abſq; noua
eius actus traditionis ſcriptura ad in-
ducẽdam irreuocabilitatem quod no-
tatu dignum eſt.

Neq;



Neque vt aliqui male dixerunt in hoc
erit noſtra.l. correctoria iuris commu
nis aut partitarũ, nempe.l. 1. C. de do-
na.&.l.8. tit. 30. parti. 3. ſed leges illæ
procedunt in traditione inſtrumenti
facta extraneo ex qua donatio omni-
no perficitur, atque irreuocabilis eſt,
etiam ſi traditio inſtrumenti non fiat
coram tabellione vt ex ipſis legibus
7 conſtat. ¶ Nos vero loquimur tam
in præſenti quam in.l.17.in traditione
inſtrumenti maioratus aut meliora-
tionis facta filio ex qua nũquam indu
citur donationis irreuocabilitas ſicut
neq; vera rei traditione induceretur,
ſed tantum operatur ea ficta traditio
vt morte donantis, donatio confirme
tur, vt in ficta traditione donationis
inter patrem & filium reſoluũt Ang.
in.l.2.C.de in offi.donatio. Bald.conſ.
430.lib.1.Deci. conſi.239. & plurimi
per Tiraquel. de iure cõſti.1. part.nu.
49.&.50. cum alijs & in vera traditio-
ne probant omnes per tex.ibi.in.l.Pa-
pinianus de dona. inter virum & vxo
rem gloſſa verbo à te. in.l. cum de in
rem verſo de vſuris. & communis per
Alexan.in.l.tempus. nu.5. de re iudi.
Anto.Gomez in.l.17.Taur.nu.4.Mo-
lina lib.1.cap.12.num.19. qua ratio-
ne & alijs infra dicẽdis requiritur pręs-
8 ſentia tabellionis. ¶ Secundo & in
genioſe reſpondetur quod.l.1.C. de
donatio. &.l. partitæ ſecundum verũ
earum intellectum infra.in.2. amplia-
tione ad hanc gloſſam traditum intel
ligendæ ſunt in traditione inſtrumen-
ti antiqui in quo ius donantis contine
batur ex qua cum dominium & poſ-
ſeſsio trãsferatur abſq; tabellionis præ
ſentia merito animus non reuocandi
aperte deducitur leges vero noſtræ tã
tum ſunt intelligendę in traditione in
ſtrumenti inſtitutionis, vt ex ipſis con
ſtat ibi, *la eſcriptura dello*, ex qua tradi-
tione cum de iure communi nõ indu-
ceretur irreuocabilitas præſentia ta-
bellionis fuit neceſſaria, modo ſupra-
dicto ad eam inducendam amplians.
l. noſtra & l..17.ius commune & parti
tarum in ſpecie meliorationis & maio
ratus ad caſum quo ſcriptura inſtitu-
tionis traderetur, vt melius dicendum
erit in.d.2. ampliatione, ex quo clare
deducitur quod ſi inſtrumẽta antiqua
traderentur non eſſet neceſſaria præ-
ſentia tadellionis ſed ius commune &
partitarum ſeruaretur, quia leges no-
ſtræ vt dictum eſt loquuntur in caſu
quo noua inſtitutionis ſcriptura tradi
tur. ¶ Sed ad huc in caſu noſtræ le
gis viget vrgens difficultas circa ratio 9
nem differentiæ inter caſum traditio-
nis ſcripturę & rei contentæ in maio-
ratu. quare ſcilicet in caſu traditionis
veræ non requirit.l. tabellionis præ-
ſentiam, & in caſu traditionis ſcriptu
ræ eam fore neceſſariam conſtituit cũ
vtroq; caſu poſſeſsio transferatur &
conſequenter animus non reuocandi
reſultet, cui difficultati reſpondebat
quidam amicus quod quia.l. loquitur
in filio & in rebus maiorat' tãti põde
ris & momẽti, neceſſaria fuit tabellio
nis pręſentia ad probandam ſcripturę
traditionẽ cum iuridice præſumatur
filium cui domus oculta non latent fa
cile eam ſcripturam ſurripuiſſe ad ef-
fectum vt pater amplius nõ potuiſſet
maioratum reuocare quæ ingenioſa
conſideratio non bene ad.l. adaptatur
quia in rebus non maioratus idem cõ
ſtituit.l.17.& quia ſi lex requireret prę
ſentiam tabellionis ad probandã ſcrip
turæ traditionem ſequeretur eã poſſe
etiam teſtibus probari contra expræſ-
ſum tenorem noſtræ.l. & ſcribentiũ
receptam ſententiam. ¶ Vnde ad 10
veram rationem differentiæ inter eos
caſus prænotandum eſt quod in hac

lege.& in.l.17. Taur. tũc requiritur præ
ſentia tabellionis in actu traditionis
ſcripturæ quando nulla poſſeſsio vere
vel ficte ante ipſius traditionis actum
translata erat in donatarium vt quia
maioratus ſimpliciter fuit inſtitutus
abſque vlla clauſula ſufficienti ad trãſ-
ferendam poſſeſsionem, quod euiden
ter patet ex eo quia ſi foret translata
poſſeſsio donatio efficeretur irreuoca
bilis ante traditionem ſcripturæ vt ex
dictis legibus conſtat, quo præſupoſi-
to ratio differentiæ ea mihi ſufficiens
videtur quia quando inſtituens vere
vel ficte tradit poſſeſsionem rerum
maioratus animum declarat non reuo
candi ipſum à quo pendet irreuocabi-
litas vt dixi in gloſſa verbo la poſſeſ-
ſion. quãdo vero inſtrumẽtũ traditur
continens ius ad bona donata non ex
ſimplici eius traditione abſq; vlla trãſ-
latione poſſeſsionis poterit deduci vo
luntas non reuocandi ſed ea traditio
cauſa cuſtodiæ velut procuratori ad
agendum in dubio facta cenſeretur ex
gloſſa notanda in.l. fi. verbo rati habi-
tione. C. de pactis conuen. quam di-
cunt ſingularem & non eſſe alibi. Di-
nus ſingula. 71 Roma. ſingu. 637. & cõ
ſil. 446. Alcia. de præſumptio. regula.
1. præſumpt. 33. Boeri. deciſſ. 287. nu.
7. & poſt Alexan. & alios aduertit in
ſpecie Grego. in.l.8. tit. 30. parti. 3. gl.
1. & ideo ad deducendam tradentis
voluntatem erit neceſſaria præſentia
tabellionis coram quo inſtituens libẽ-
ter fateatur eam inſtrumenti traditio-
nem facere vt inde conſtet velle ma-
ioratum non reuocare. & hoc in effe-
ctu ſentierunt dicentes nudam inſtru
menti donationis traditionẽ non in-
ducere eius irreuocabilitatem niſi in-
terueniat præſentia tabellionis vt ex
noſtratibus aduertit Molina. lib. 4. c.
2. num. 29. Mieres in tracta. maiora. 1.
part. quæſt. 65. num. 9. Olanus in anti-
nomijs verbo donatio. num. 63. qui ſic
ſunt intelligen. ¶ Ex quo ſingulari 11
ter deducitur quod ſi ex actu traditio
nis inſtrumenti conſtet voluntas non
reuocandi vt quia inſtituens id trade-
re fateatur ad inducendam irreuoca-
bilitatem quamuis deficiat præſentia
tabellionis erit maioratus factus irre-
uocabilis cum. l. noſtra tantum loqua
tur in ſimplici inſtrumenti traditione
quæ abſque præſentia tabellionis non
inducit irreuocabilitatem vt aduertit
Olanus ſupra & quia ſi cauſa irreuoca
bilitatis à ſola voluntate inſtituentis
pẽderet & ea voluntas aliter deduci-
tur quam ex traditione inſtrumenti in
præſentia tabellionis vt notum eſt ve
riſsimum conſtat abſq; vlla præſentia
tabellionis induci eam irreuocabilita
tem alias in ſolo caſu quo præſente ta
bellione inſtrumentum traderetur da
retur irreuocabilitas, quod magnum
abſurdum foret & fere nullius momẽ
ti noſtræ legis diſpoſitio. ita intelligo
dicentes in ſola præſentia tabellionis
conſiſtere irreuocabililitatem vt lo-
quantur quando ſimplex traditio in-
ſtrumenti interuenit quæ abſq; tabel-
lionis præſentia non eſt actus ex quo
deducatur animus non reuocandi &
hoc in effectu cõſtituit. l. noſtra cuius
ratio dubitandi erat, quia cũ inſtitutio
ni maioratꝰ præceſſerit actus ſequẽs
traditionis inſtrumenti licet ſimplex
cum factus videretur in conſequentiã
inſtitutionis quodammodo ſignifica-
bat voluntatem non reuocandi & ita
ſufficere videbatur ſimplicem tradi-
tionem. Sed econuerſo decidẽdi fuit,
quia cum hæc voluntas euidenter aut
ſaltim coniecturaliter deberet conſta
re & ſimplex traditio ſolam cuſtodiã
ſignificaret neque poſſet inducere ir-
reuocabilitatem neceſſarius fuit actus
ex quo



ex quo ea voluntas clarius deducere-
tur, vt ſcriptura coram tabellione qua
inſtituens fateatur nolle amplius reuo
12 care maioratum. ¶ Qua ratione
differentiæ retenta atq; decidendi cõ-
ſiderata ad interpretationem .l. deue
niamus & primo eam vt dixi intelligi
mus quando ex interuallo poſt maio-
ratum inſtitutum traditio inſtrumen-
ti ſequitur quo caſu eius actus ſimpli-
cis traditionis conficienda erit ſcriptu
ra corã tabellione, ſi vero incõtinẽti
in ipſo actu inſtitutionis maioratus tra
ditio fieret quæ animum non reuocã
di ſignificaret nulla alia ſcriptura ne-
ceſſaria erit, neque præſentia tabellio
nis quod deducitur a lege noſtra, ibi
*la eſcriptura dello*, & a lege .17. ibi, *la eſ-
criptura dello*, quæ præſuponit traditio-
nem ſcripturæ poſt maioratus inſtitu-
tionem fuiſſe factam, quæ differentia
non procedebat de iure communi cũ
incontinenti aut ex interuallo tradi-
tione facta inducebatur irreuocabi-
litas ex.l.1. de donatio. C. & ex.d.l. 8.
13 parti. ¶ Secundo etiam intelliges
l. hanc procedere quanuis non inſtru
menta antiqua bonorũ ex quibus fuit
maioratus inſtitutus traderentur ſed
noua vbi melioratio ſeu maioratꝰ inſti
tuitur. vt probatur in.d.l.17. ibi. *la eſcrip
tura dello*, ideſt inſtitutionis ipſius ma
ioratus & in noſtra l. ibi, *la eſcriptura de
llo*, quæ ſic ſunt interpretãdę & proba
uerunt eas leges ſic intelligentes Ci-
fontanus hic & in.l. 17. verſic. *tertius*
caſus & ibi Tellus num. 65. Gomez in
l. 45. num. 57. Mieres in tract. maiora.
1. part. quæſt. 65. in prin. Olanus verſi.
poſſeſſ. num. 41. Molina lib. 4. capit. 2.
num. 10. & . 11. quorum ſententiam re
ſtringerẽ ad caſum meliorationis ſeu
maioratus in quibus id expreſſe deci-
ditur per hanc.l. & .l.17. in alijs omni-
bus caſibus quibus prætẽditur per tra-
ditionem inſtrumenti donationẽ effi-
ci irreuocabilem neceſſariũ eſſe cre-
dens fore inſtrumenta antiqua traden
da in quibus ius donantis & rerum do
natarum continetur ſecundum quod
antea de iure communi conſtitutum
erat per tex. in.l.1. C. de dona. dum di
cit emptionem mãcipiorum inſtrumẽ
tis, *donatis & traditis*, quam ita intel-
lexerunt Petrus Cinus Albericus Bal.
& Salice. ibi Imola. in.l.3. de acqui.
poſſe. vbi Areti. & Alexand. Vincent.
num. 17. Bald. in.l. ab emptio. 1. lect.
col. 3. de pact. Guillel. de Cuno. in.l.3.
C. de acqui. poſſe. quem referẽs ſequi-
tur Alex. in.l.2. in princ. nu. 11. de ac
qui. poſſe. & idem tenent Pala. in rub.
de dona. §. 76. num. 5. Grego. Lupus in
d.l. 8. nu. 30. part. 3. gloſſ. fin. Couarr.
lib. 3. cap. 16. num. 12. tenentes omnes
de iure communi hanc eſſe veram &
receptam ſententiam ſupra. ſicq; de-
bere intelligi.l.1. C. de donatio.
¶ Quæ reſtrictio veriſsima eſt etiã 14
ſtante.d.l.8. part. per quam Grego. ibi
dem gloſſ. fin. exiſtimat ius commune
eſſe correctum dum.l. dicit, *apoderando
le de las cartas, o faciẽdo otra de nueuo*, quia
ad eam Couarr. d. lib. 3. capit. 16. num.
12. ſentiens prædictam difficultatem
ingenioſe reſpondit ius commune nõ
corrigere neque probare ſufficere no
uum inſtrumentum tradi ſed debere
intelligi vno ex tribus modis, aut quã
do rerum donatarum inſtrumenta nõ
fuerunt confecta, vel ſi fuerunt ſed do
nator volẽs antiqua retinere quia for
ſam aliud ius in eis continebatur alia
nouiter ab eiſdem deducta donatario
tradiderit vel proprius quando anti-
qua perdita fuerunt, & noua ex origi-
nali iuridice traſumpta ipſi donatario
traduntur quibus caſibus conſtantet
credit eſſe legem partitæ intelligen-
dam vt euitetur legũ correctio quod
in pri

in primo caſu procedere non poteſt cum ſit cõtra verba.l. partitæ quæ præſuponunt antiqua inſtrumenta fuiſſe confecta, ibi, *apoderandole de las cartas.* in ſecundo tamen bene poteſt verificari cum plura ſint inſtrumenta communia vtriuſq; partis iura continentia quæ neceſſario ſunt vtrique præſtanda & tunc verba illa, *o haziendo otra de nueuo*, intelligerentur ideſt deducendo non ſolum vnum. Sed plura ſolemnia originalia,& his in quorum fauorẽ confecta fuerunt tradendo. in tertio etiam caſu proprius verificatur cum.l. ſentiat quod ſi propter difficultatem vt quia perdita ſunt antiqua inſtrumẽta tradi nequeãt ſufficiat ſi nouiter cõfecta tradantur, & in hoc caſu intelligit cum Couarr.l.part. Anto. Gomez in.l.45.Tauri.num.57. ad fin. licet in terminis noſtræ. l. contrarium credat & nos eum intellectum confirmamꝰ ex eiſdem verbis quibus contrarium tenentes probant ſuam ſententiam dicit enim.l. *o faciendo otra de nueuo*, quæ verba neceſſario ſunt intelligenda nõ de ſcriptura noua ipſius donationis quæ non poſſet altera nũcupari, cum nulla eiuſdem donationis præceſſerit ſed proprie de ſimili antiqua rerũ donatarum & hunc intellectum firmiter teneo cum Couarr.& Gomezio ſupra ne demus legum correctionem niſi in caſibus noſtræ.l.&.l.17.Taur.

15 ¶Conſiderabam alium intellectũ ad.l.parti. vt dum dicit, *o faciendo otra de nueuo*, disiunctiue.intelligenda ſit copulatiue reſoluendo disiũctiuam in copulatiuam vt euitetur legum correctio & magnum abſurdũ ex.l. ſi is qui ducenta.§. fi.de reb.dub.l.Lucius.2.de hære. inſti.l. generaliter in princ. C.
16 de inſti.& ſubſtit. ¶Maxime cum leges partitarum nunquam videantur corrigere ius commune niſi clariſsime conſtet de correctione imo debeant ab eodem iure communi intelligi & interpretari & ex cauſa ſupleri vt reſoluunt Xuarez in præiud. fori.pag.2.&.6.& in.l. quoniã in prioribꝰ ampliatione.2.C. de inoffi. teſta. Grego in.l. 10. titu. 5. part.6. gloſſ. 10. & late comprobat Burgos de Paz. in l.1.Tauri.num.573. cum alijs vbi plurimos refert.num.574.qui ex iure cõmuni interpretauerunt leges partita. probant etiam Couarr.lib.1.capit.14. num.5.Grego.in.l.9.verbo, *amudar.* titu.13.part.6.Peralta.in.l.ſi quis in prin. num.40. de lega.3. quia licet doctiſsimus Grego.iura partitarũ quæ in multis deficiebant & in contextu mendoſę erant atq; vna litera pro alia ſepiſsime reperiebatur ad verum ſenſum atque contexturam, reſtituit vt ipſe fatetur in.l.19.titu.1.part.1.gloſſ. *en ſu libro*, ad fin. vidi poſt eius elegantem reſtitutionem atque expoſitionẽ multoties de ipſarum literarum veritate dubitari & diuerſam contexturam reperiri & in ſpecie noſtræ legis vidi in quodam libro partitarum Montalbi literam copulatiue poſitam ſcilicet, *apoderandole de las cartas y faciendo otra de nueuo*, quæ ſi vera eſſet non foret.l. correctoria iuris communis, ſed potius confirmatoria ſed in hac cõſideratione ad.l. part. altius eſt conſi-
derandum. ¶Tertio modo ad. l.par 17
ti.exiſtimaui nouiter reſpondendum non probari in ea ſufficere noua inſtrumenta donationis tradi cum. lex dicat, *o faciendo otra de nueuo*, quæ verba nõ ad actum traditionis ſcripturæ ſed confectionis ipſius ſunt referenda & tunc.l. parti. in illis verbis, *apoderandole de las cartas o faciendo otra de nueuo*, duobus modis facit donationem irreuocabilem primo per traditionem inſtrumenti antiqui in quo ius donantis cõtine



tinebatur ſecundum quod antea de iure communi erat conſtitutum. 2. abſque traditione eius per ſcripturam donationis rei contentę in antiquis nouiter confectam.in qua facta donatione & ſimul ceſsione iuris perinde efficeretur donatio irreuocabilis ac ſi vere antiqua inſtrumẽta traderentur quia cum ceſsio loco veræ traditionis habeatur ex Angeli doctrina in.l.1. in fi. num.4.C. de actio. & obliga. per tex. in.l fin. C. quando fiſcus vel priuatus & eorum quæ tradit Mieres de maiora.1.part.quæſt.40. per totam & donatarius virtute eius ceſsionis poſsit antiqua inſtrumenta conſequi in quibus ius ad rem ſibi donatam cõtinetur merito ex confectione inſtrumenti donationis atque ceſsione iuris in eo facta ſicut ex vera inſtrumenti antiqui traditione efficitur donatio ſeu maioratus irreuocabilis.

18 ¶Tertio & principaliter intelliges noſtram.l. &.l.17. Taur. in traditione inſtrumenti bonorum ex quibus maioratus ſeu melioratio poſsit inſtitui, cum ſi deficiat poteſtas inſtituendi & ſic actus ſubſtantia,a fortiori effectus traditionis deficeret ex quo bene deducitur quod cum ex re mobili maioratus inſtitui poſsit, ita tamen vt ea re mobili vendita ex pecunia bona immobilia comparentur in quibus perpetuo iure maioratus ſuccedatur vt reſoluit Molina lib.2.cap.10. per totũ & num.4. recte procederet in eo maioratu diſpoſitio noſtræ legis & afortiori.l. 17. Taur. quæ in melioratione loquitur intelligendo eas generaliter tan in rebus mobilibus quam in mobilibus contra doctrinam Angeli de Periglis in.l.3. de acqui.poſſe.vbi Vincen.num.11. dicentium.l.1.C. de dona.intelligi tãtum in rebus mobilibus quorum ſententia etiam de iure communi impugnatur ex traditis à Gomezio in. l. 45. Tauri num.56. ad fin.per tex.in.l.8.tit.30.part. 3.

¶Secundo deducitur quod ſi maio 19
ratus ſeu melioratio ex rebus incorporalibus fiat vt ex iuribus ſeu actionibus bene procederet.l.noſtra quæ generaliter loquitur in omnibus bonis ex quibus maioratus valet inſtitui cũ l. 17. dicat, *en el tercio de ſus bienes*, & ſtatim, *la eſcriptura dello*, &.l. noſtra, *el que hiziere algun mayorazgo.* & ſtatim, *la eſcriptura dello*, quæ ſunt verba generalia,& tam bona corporalia quã in corporalia comprehendunt,quod etiam receptum erat de iure communi. quo traditione inſtrumenti rerum incorporalium donatio irreuocabilis efficiebatur ex Bart.in.l. Labeo.in fi.ff.de pact.Bal.in.l. fin. C. quando fiſcus vel priuatus.Alexan.in.l.2.num.12.de acqui.poſſe.& per tex.in.d.l.8. parti. tenet idem Grego. ibi gloſſ. 1. & Latius Mieres in tracta maiora.1.part. quæſt. 40.num.3.4.&.5.intelligentes verum quando conſtiterit tradentem donationem facere voluiſſe, & nos verius credimus ſi facta traditione inſtrumẽti eius actus traditionis coram tabellione publica ſcriptura fiat in qua ius tradentis cederetur vt diximus ſupra quia facta inſtrumenti traditione & ſimul iuris in eo contenti ceſsione abſque dubio induceretur irreuocabilitas quomodo ſaluari poteſt doctrina Imolæ in.l. fin. in principi. ff. de dona.quem ſequitur Vincentius in l.3.num.18.ff de acqui.poſſe.vbi tenẽt l. 1. C. de donatio. non procedere in traditione inſtrumenti in quo ius incorporale continetur pro qua concordia facit quæ tradit Rebuf.in.3.thomo conſti. reg.tit.de materia.poſſe.num. 84.in præfatione vt intelligantur.quãdo ſola traditio ſimplex interuenit abſq;

abſque iuris in eo contenti ceſsione vel donationis præſumptione.

20 ¶Quarto intelligerem etiam ſi traditio inſtrumenti fieret abſente re in eo contenta de qua maioratus fuit inſtitutus quod à noſtra lege probatur dum ex traditione inſtrumẽti facit irreuocabile primogenium quoad bona futura & ex.l.17. dum idem in melioratione tertij & quinti apertius cõſtituit & de iure communi in omni donatione probatur per Acurſium in l.1.verbo & traditis. C. de dona. vbi Cinus & omnes Alex. in.l 2. in princ. num. 13. ff. de acqui. poſſe. Tiraquel. de iure conſti.2.part.amplia.3.num.4. & dicunt communem Couarr. lib. 3. cap.16. num.12.Gomez. in.l.45.Tau. num.58. reiecta in hoc opinione Bal. in.d.l.1.C.de dona. & in.l. clauibus de contrahen. emptio.& Iſernia in capit. 1. in princ.quid ſit inueſtitu.

21 ¶Et in hoc eſt ſingularis differentia inter traditionem inſtrumenti & clauium. quia per traditionem clauiũ non facta in conſpectu rerum poſſeſſio nunquam transfertur ex gloſſa ordinaria in .l.clauibus.74 ff. de contrahenda emptio.Bart.in.l.1.nume.18. ff. de acqui. poſſe.cuius opinionẽ dicunt communem Iaſſ.ibi.num.91.Ripa.nu. 57.Soccinus in.l.3.num.24.eod.tit. & quam plurimi relati & ſequuti. à Gomezio in.l.45. num. 61. Couarr. lib.3. cap.16. num. 11. & Tiraquel. de iure conſti.2.part,amplia.3.num.3. vbi reddunt rationẽ differentæ inter eos caſus & intelligunt tex. in. d. l. clauibus de contrahen emptio. quos vide.

22 ¶Debet tamen tradens inſtrumentum poſsidere rem in eo contentam alias non poterit transferre poſſeſsionem neque conſequenter efficeretur maioratus irreuocabilis vt; probauerunt allegando iura vulgaria Cifuentes in.l.17.vbi Palacius.num. 25. Gomez in.l.45.Tauri.num.58.allegando gloſſ.in.l.1.C. de dona. & hoc eſt generale in omnibus caſibus vbi poſſeſſio ficte transfertur in quibus eſt neceſſarium quod is a quo transfertur poſsideat. l. quanuis. 32.§. ſi conductor ff.de acqui.poſſe.& latiſsime tradit Tiraquel.de iure conſti.3 part. limita. 1. num. 1.cum pluribus ſequen. vbi eleganter id proſequitur.

23 ¶Limitabis tamen legem ſi forſam is cui inſtrumẽtum traditur ipſum donatori rediderit, quia poſſeſsio tunc in donantem retransfertur ex gloſſa in.l. ab emptione. verbo. conſtituantur ibi. *ita & eo inciſſo*. ff. de pact. quam ibi ſumme laudat Angel. in fi. & facit Theorica gloſſæ in.l. 1. gloſſa magna in fin.C. de in offic.donatio. quam dicunt notabilem Bal. ibidem & Alex. in.l.fin.num.3.C. delega. & plurimos referens Tiraquel. in.l. ſi vnquam verbo reuertatur num 15. de reuo.dona. & magis in ſpecie Alexan.in.l.2.num. 11. ad fin. ff, de acqui. poſſe.

*SVMMARIVM.*

*Maioratus ſeu melioratio ex cauſa oneroſſa facta non efficitur irreuocabilis niſi cum tertio fiat num.1. & per totam gloſſam.*

*Interuentus tertij in cuius fauorem maioratus inſtituitur tẽpore inſtitutionis ipſius adeſſe debet. num. 2. & 3.*

*Qualitas tertij vel alia ſimilis quæ tempore diſpoſitionis requiritur ſi ex poſtfacto interueniat nihil operatur. num.2. 3 & 4.*

*Fundans ſe in qualitate certo tempore requiſita eo tempore interueniſſe probare debet alias ſucumberet.num.4.*

*Origo & initium contractus donationis ſeu alterius ſemper atenditur & non quod iã perfecta donatione ſuperuenit. num. 5.*

*Donatio ob cauſam ſtudij aparente facta abſque alia cauſa quæ eam efficere poſſit irreuocabilem libere valet reuocari. num. 6.*



¶Gloſſa.15.l.44.

1 IBi, *o ſi el dicho contrato ſe vuiere hecho por cauſa oneroſa con otro tercero.* ergo ad inducendam maioratus irreuocabilitatem copulatiue requiritur quod ex cauſa oneroſa & cum tertio fiat, ita quod inſtituẽs motus fuerit, ad ipſum maioratum inſtituendum, tam ex cauſa onoroſa quam ex interuentu tertij, vnde ſi ex ſola voluntate inſtituentis abſque aliqua cauſa lucratiua reſpectu ipſius & oneroſa reſpectu tertij maioratus inſtituatur reuocabilis erit, ſicut quando ex cauſa oneroſa abſque tertij interuentu inſtituitur vt clariſsime conſtat ex hac lege, & in melioratione probatur in.l.17. Tauri, quas ſic intellexerunt Tellus ibidem. nume.69. Baeça de nõ meliorandis.cap .21. nu, 36.cum alijs Molina lib. 4. cap. 2. nu. 15. &. 16.

2 ¶Quo fit vt omnis donatio ob cauſam aparentẽ filio facta niſi cum tertio etiam fieret ex ea intereſſe prętendenti libere poſsit reuocari, ex conſtitutione noſtræ l. & in tantum id procedere quod tẽpore inſtitutionis maioratus aut factæ donationis debet interuenire tertia perſona, cuius interſit ea inſtitutio, alias ſi ex poſt facto interueniat reuocabilis erit maioratus, cum lex præciſſe requirat quod inſtitutio fiat cum tertio & ſic qualitatem illam tertij eo tempore concurrere ſit neceſſariũ quòd patet ex eo quia verbum illud, *tercero*, de quo in hac lege, iungitur verbo, *ſe houiere hecho.* quod importat actum diſponendi, ideo debet adeſſe qualitas in eo comprehenſa tempore diſpoſitionis. l. titius vbi Bart.ff. de teſt. milit. §. ſi extraneus in l. in delictis de noxal. l. 3. ff. de auro & arg leg. notant Bart. in.l. ex facto. nu. 1. de vulg.& Pariſi. cõſi. 17, nu.28.29. & cõſ.24. nu. 35.lib. 1.& cõſ. 50.nu. 13. &.22.lib.4.Tiraquel.de retract.titu. 1, §.1.gloſſ.9.num.94.&.98.

3 ¶Et non ſolum qualitas tertij qualificatur ex verbo, *ſe houiere hecho*, ſed etiam ipſa donatio quæ regitur ab eodem verbo ex doctrina Bart. in.l. prætor, §. erit que in princ.ff. vi bonorum raptorum Imol.in clemẽ.1 de exceſsibus prælat. Alex.conſi.34.num. 6. lib. 6.Soccinus conſi.27.num.13.lib.4. Pariſi.conſil.18.num.26.lib. 2.

4 ¶Ideo allegans pro ſe legem hanc aut.l.17.Taur.neceſſe habebit probare requiſita earum concurrere tempore factæ meliorationis aut inſtitutionis maioratus & conſequenter tertiã perſonam cuius interfuit ea inſtitutio dicto tempore interueniſſe alias obtinere non poterit ex aductis per Felinum.in cap. 1.num. 38.de reſcript.Alexand. poſt.Bart.num.4.in.l. diuus.nu. 10. de re iud.Pariſi.conſi 17.num.28. & conſi.97.num.124.lib. 3.

5 ¶Quæ reſolutio eleganter probatur ex eo quia ad intelligendũ quæ ſit conditio donationis vel cõtractus an ſimplex, lucratiua ob cauſam vel oneroſa conſideranda eſt primeua & originaria eius natura, & non quòd perfecta iam donatione ſuperuenit, cũ origo & initium contractus atque donationis inſpiciẽdum ſit.l. filius familias 1.verſic. origo enim. C.ad maced.l.ſi procuratorem ibi. *vnius cuiuſque contractus initium.* ff. mandati.l. nam origo.ff. quod vi aut clam. l. qui id ꝙ in princ. verſi.cauſam enim & originem. ff. de donat. & fere in ſpecie probatur in. l. vnica.§.ſi vero vel ſocer. C. de imponend.lucrat deſcript.lib.10.ibi. *licet caſus euẽtu*, vbi ſi donatio ab initio exiſtit one-

onerosa non mutat naturam neq; variatur, etiam ſi ex poſt factoſ, ad lucrũ reuertatur & idẽ econuerſo probatur in ead.l.in verſi.res vero,ſubdens tex. elegantem licet vulgarem, rationem ſcilicet quoniã à primordio tituli poſterior formatur euẽtus vbi gloſſ.verbo primordium id aduertit, & notat ipſe Acurſius in.l.ſi donaturꝰ. §.1. verbo dumtaxat de cõdictio. cauſa dat. vbi Iaſſon.num.13.& in.§.item ſi quis in fraudem.num. 30. de actionibus Palatius Rubeus in cap.per veſtras.§. 22. num.7. & ita illum tex.debuiſſet citare gloſſ.in. l. ſi duo. 32, verbo ſcire ibi originem habet à lucro de acquirend. hæred.quam exornat Tiraquel. in.l. ſi vnquam verbo donatione. num. 208. cum igitur initium ſit conſiderandũ, eo tempore neceſſarium erit tertium interuenire cuius interſit ea maioratꝰ ſeu meliorationis inſtitutio,vt efficiatur irreuocabilis,& vtrũque ſimul cõcurrere cauſam ſcilicet eſſe onerosam & cum tertio contractũ initum.

6 ¶Quo ſit vt donatio ob cauſam ſtudij à patre facta, ex ſua natura abſque alia cauſa quæ eam poſsit efficere irreuocabilem, valeat libere reuocari,cũ tertij perſona cuius interſit non interueniat, vt bene aduertit Tellus, in.l. 7 .num.113.cum alijs quem ſequor omiſo Gomez Arias. ibi.nu. 54. Cifontan. nume.1. Lupo. num.67.Caſtello verbo, *ſemejante*, Segura in.l.vnum ex familia §.ſed ſi fundum. num. 128. vbi Perez.num.131.delegat.2. Loazes in l.filijus familias.§. diui.num. 85. delegat.1. quorum fundamenta leuia ſunt, credẽtes donationem filio ob cauſam ſtudij factam,effici ſtatim irreuocabilem,ex communi opinione, quam teſtatur Crotus in.l. frater à fratre.num. 47. de cõdictione indebiti.& ideo eorum opinio rejicienda ex conſtitutione noſtræ. l. quæ interuentum tertiæ perſonæ cuiꝰ interſit ea inſtitutio ſeu melioratio præciſſe requirit Imo. de iure communi receptior ſentẽtia erat eam donationem eſſe reuocabilẽ ex Bart. in.l.1.§.neq; caſtrẽſe.nu.1. de cola.bono.Iaſſ.in.l.filiæ.nu.2.C.de colla. Ripa,in.l.1.nu. 140.ff.ſolut matri. vbi Alex,num.55. Alciat. num. 24. Riminal.in.§.1 num,114. de donat inſtit.& reſoluit Tellus in.l. 17.num.114.&.115 vbi in cõtrarium adductis reſpondet.

*SVMMARIVM.*

*Donatio ſeu maioratus ex cauſa onerosa inſtitutus quando efficiatur irreuocabilis.numero.1.& per totam gloſſ.*

*Donatio ex cauſa dotis etiam de iure cõmu. irreuocabilis erat.num. 1.*

*Pater non dicitur exercere liberalitatem dotando filiam.num 1.ad fin.*

*Donatio cauſa matrimonij.an vere ob cauſam dicatur vel ſimplex tantum.num.2. & alijs.*

*Donatio ob cauſam matrimonij an valeat reuocari remedio.l.fin.C.de reuocand. donat. vel natiuitate liberorum ex.l ſi vnquam.C.eod.tit.num.3.4.&.5.*

*Donatio ex cauſa matrimonij an debeat inſinuari.num. 6.*

*Donatio ſimplex vel ob cauſam quando dicatur eleganter diſcurtitur .nu.7.&.8.*

*Pactum ſeu promiſsio de inſtituendo maioratu ex cauſa alicuius matrimonij certi quando valeat late examinatur.nu.9. cũ alijs.*

*Pacta matrimonialia quando valida ſint remiſsiue.num.10.*

*Intellectus ad.l.22.Tauri.numer. 11.cum alijs.*

*Pactum ſuper hæreditate tertij quando vallidum ſit.num.12.& alijs.*

*Pactũ matrimoniale in fauorẽ filiorũ naſciturorũ quãdo ſubſtineatur.nu.14.cũ alijs.*

*Pactum affirmatiuum de ſuccedendo ſi non vniuerſum hæreditatis ſubſtantiam ſed bona quædam ſeu caſtra ſpecialiter deſignata reſpiciat, vallidum eſſe dixerũt plures. num.14.*

*Pactum ex cauſa matrimonij initum ex omnibus parentis bonis vallidum non eſſe.num.15.*

*Extrema à quo & ad quid habilia requiruntur in omni acquiſitione ex ſententia philoſofi.num.16.*

*Non entium nullæ ſunt qualitates, num.16. &.17.*

*Acquiſitio omnis requirit habilia extrema & duplicem operationem actiuam & paſsiuam.num.17.*

*Pactum ſeu promiſsio, ex cauſa alicuius matrimonij certi facta in fauorem naſciturorum de hæreditando ſeu inſtituendo in primogenito maioratum an valleat. nu. 18.&.19.*

*Pactum de inſtituendo maioratum in primogenito naſcituro alicuius matrimonij cuius contemplatione initum fuit inter nobiles & illuſtres perſonas & reſpectu rerum immobilium ſubſtinetur.num. 19. &.20.*

*Conſuetudo ſeu communis obſeruantia iuſtificat pactum de hæreditando ſeu inſtituẽdo maioratum in filio naſcituro. numero. 21.*

*Pactum de futura ſucceſsione iuſtificatur ex conſuetudine.num. 22.*

*Pactum ſeu promiſsio de hæreditando naſcituros: idem importat ac ſi paciſcentes dixiſſent de præſenti quod eos hæreditabũt num.23.&.24.*

*Legari ſeu donari poteſt naſcituro. numero 25.&.26. cum alijs.*

*Spes veriſimilis rei in ſtipulationem deductæ operatur ipſius ſtipulationis vallitatem.num. 28.*

*Intellectus ad tex.in cap. ad audientiam de eccleſijs edificandis.num 29.*

*Pactum ſeu promiſsio de hæreditando ſeu maioratum inſtituendo in fauorem naſciturorum ex cauſa certi matrimonij initum an poſsit reuocari.numero.30.cum alijs.*

*Pactum de futura ſucceſsione certo modo diuidenda vſque ad mortẽ poteſt reuocari. num.33.*

*Iuramentum efficit irreuocabile pactum de hæreditando. num. 33.*

*Pactum de inſtituendo maioratum ſeu meliorando filium an ex conſenſu donatarij valeat reuocari.num. 34.*

*Pactum ſeu promiſsio de inſtituendo maioratum in fauorem naſciturorũ an ex cauſa ingratitudinis aduerſus promittentem comiſſa poſsit reuocari.num.35.*

*Maioratꝰ irreuocabilis an ex delicto patris reuocetur num. 36.*

*Matrimonium nondum copula conſumatũ an efficiat donationem irreuocabilem.numero. 37.*

*Intellectus ad. l. 101. de Madril. numero. 38.*

# Ad.l.44.gloſſ.16.

IBi *aſsi como por via de caſamiento*, ponitur exemplum cauſæ onerosæ ex 1
qua maioratus irreuocabilitas inducitur abſque traditione rei vel inſtrumenti vt ſi maioratus inſtituatur ob cauſam matrimonij quæ onerosa eſt & inductiua irreuocabilitatis per hãc l.& per.l. 17. Tauri, quæ meliorationem ſeu donationem ex cauſa matrimonij factam irreuocabilem facit, quarum conſtitutionum originaria ratio eſt, quia cum donatio ex cauſa dotis facta filiæ in poteſtate etiam de iure communi irreuocabilis erat ex l. Pomponius Filadelphus.ff. familię hercis. cum recepta ſententia Bartoli in. l. frater a fratre. ff. de con-

dit.inde.ea præcipua ratione quòd cũ
præ:iſſe pater teneretur filiam dota-
re.l.fin.C.de dot. promiſſ. eam dotan
do non videbatur donationem facere
neque vllam liberalitatem exercerę
ſed debitum potius neceſſarium exol
uere ex Decio.conſi.35.num.3.Tello
in l. 17.num. 78. eod. iure dicendum
erat donationẽ ex cauſa matrimonij
quæ pars videbatur contractus dota-
lis & cum toto ipſo contractu confun
debatur effici debere ſtatim irreuoca
bilem vt eam dixerunt Decius conſi.
414. num. 14. Bertrandus conſi.227
nume.10.lib.2.Guid.Papa.deciſſ.145.
Riminal.in.§. 1.inſti. de donat. num.
492. ¶Ratio dubitandi ad hanc cõ
2 ſtitutionem ex ea communi & recep-
ta ſententia ſcribentium aſsignatur
qua ſecure fatẽtur donationem hanc
ex cauſa matrimonij filio factam non
eſſe ob cauſam ſed potius vere ſim-
plicem ſubijci que regulis ſimplicium
donationum & conſequenter eſſe re
uocabilem non ſequuta traditione
rei vel inſtrumenti cum ea cauſa ma-
trimonij non ſit finalis ſed impulſiua
quam libenter amplexerunt Oldral.
conſilio. 5.Titius.Paulus conſi. 345.
num.1.&.4.lib.1.Ripa.in.l. 1.numer.
141.ſolu. matri. Corne. conſi. 45.lib.
4.vol.4.Bertrand.conſi. 5. num.3.lib.
2.& conſi.173.nume.1.& 2.& conſi.
206. nume 3.&. 8,lib.1.& conſi. 111.
num.6. & conſi.103.num.7.& 9.& cõ-
ſilio.157.num.1.lib.2.& conſilio.162.
num.4.& conſi.283.num.2.&.3.& cõ
ſilio.50.num 6. lib.2.Decius conſilio
216.numer.5.Aimon conſi.85.num.
2.&.4.& conſi.114 & 136.Iaſſon.cõ-
ſilio.171.vol 4. Socci.iunior.conſi.1.
num.53.lib.4.Tellus in.l.26.num.5.&
num.16.Moline.de donatio.nume.9.
3 23.42.Baeza de non melioran.cap.21.
num.37. ¶Ex quo eam donationẽ
ob cauſam matrimonij tanquam ſim-
plicem & ſubiectam regulis ſimpli-
cium donationum valere reuocari ex
d. l. fin.&.l.ſi vnquam.C.de reuo.do-
nat,tenuerunt Bertrand.conſi.383.&
157.&.163. num.4.&.230.num.3.lib.
2.& conſi.20.num.3.&.4.lib.1.Iaſſon.
conſi. 171. lib. 4. colum.2. Tiraquel.
in. d. l. ſi vnquam verbo donatione.
num.240.&. 243.Moline.de donatio.
num.72.Baeza de non melioran. cap.
10.nu.102.&.103.& cap 12. num.35.

¶Quę reuocari non valuiſſet ſi ob
cauſam & nõ ſimplex foret vt in ſpe- 4
cie.l.fin. probat gloſſ. ibi verbo inue-
niatur recepta ab Alexand. conſi. 40.
num.16.lib.4.Ripa ibidem. num.141.

¶Et interminis. l. ſi vnquam pro-
bauerunt Beroius conſi.64. num. 23. 5
lib. 1.Tiraquel. ibi verbo donatione
num.141.Baeza de non melioran.ca.
6.num.63.& cap.12.num.35.Gabr. li.
3.cõmu.tit. de donatio.conſ.4.limita.
3.nu.41. Iul.Cla.verbo donatio.q.23.
verſic.item quero. Molin.lib.2. de Hi
ſpano.primogeni.cap.3. num.38.

¶Et debere inſinuari ſicut alię ſim 6
plices donationes tenuerunt Paul. cõ
ſilio.345.num.1. &.4.lib.1.& conſi.6.
nu.1.&.2 li.2.& conſi.35.nu.8 vol.1.
Pariſ.conſi.16.volum.2.num.23.&.26.
Riminal in.§.1.num.154. inſti. de do-
natio.& melius Porti.conſi.36.per to-
tum & conſi. 80. numer.10.&. 11 Ex
quibus omnibus iam conſtat diffici-
lem ad modum eſſe conſtitutionem
noſtræ legis ſortem que rationem du
bitandi.

¶Ad cuius difficultatis verã expli- 7
cationem ita diſtinguendum exiſti-
maui. Aut huiuſmodi donatio facta
fuit filio vel filiæ ad effectum vt ditio
rem & nobiliorem vxorẽ ſeu maritũ
inuenirent,nulla facta mentione certi
matrimonij neq; certęperſonę cũ qua
eſſet



eſſet contrahendum & in hac ſpecie
verisſimum eſt donationem eſſe ſim-
plicem ſubiectamque regulis ſimpli-
cium donationum & non effici abſq;
traditione vera vel ficta irreuocabi-
lem,ex his qui ſecundam opinionem
ſequuntur qui ſunt ſic intelligendi.
quod euidenter patet ex eo quia hu-
iuſmodi donatio ob cauſam matrimo
nij incerti & cum incerta perſona fa-
cta ſolum ad effectum vt donatarius
facilius & opulentius matrimonium
contrahat.non poteſt dici donatio ob
cauſam ſed proprius ſimplex quia nõ
fit ad vtilitatem donantis cum tempo
re donationis nulla vtilitas ad donan-
tem perueniat quod eſt de natura do
nationis ob cauſam,alias diceretur me
ra liberalitas ex parte donantis & lu-
crum ex parte donatarij & conſequẽ
ter ſimplex donatio ex. l. 1.ibi,*non ob
aliam cauſam*.ff. de donatio. l. cum plu
res.§. cum tutor ibi.*ex liberalitate*,ff.de
admi.tuto.l.donare ibi,*nullo iure cogen-
te*, &.l. diuus Pius verſic.*ex liberalitate*.
ff. de regul,iur. l. quoties ibi,*liberalita-
tis*, & ibi. *quæ liberalitatis*, C. de donat.
quę ſub modo.l.1.C.de reuo.dona.l.1.
§. lucratiuas. C. de imponen. lucra.
deſcript. libr.10. gloſſ. in.l.licet verbo
mortis. C. de pact. citans ad hoc tex.
expreſſum in.l. ſi hæreditatem.32. ff.
mandati ibi, *nam & legatum*. præſup-
poſito quod legatum donatio eſt. l.
legatum. 37. de lega.2. & quod do-
natio quæ continet cauſam fauora-
bilem donanti dicatur ob cauſam con
tinens vero fauorem reſpectu dona-
tarij ſimplex cum in primo caſu non
ſit gratuita neque lucratiua ſed recom
pẽſatiua oneris iniuncti donatario &
in ſecundo ſit mera liberalitas reſpe-
ctu donantis & lucratiua reſpectu do
natarij paſsim ſcribentes reſoluunt &
in ſimplici donatione probatur ex ſu
pradictis, in ob cauſam conſtat per
tex. in.l.1.verſic. 1. cum gloſſ. verbo
ſequuta. ff. de dona. ibi hoc eſt ad vti
litatem donantis. l. donatio.25. C. de
dona. vbi donatio erat cum cauſa fa-
ciendi vel non quæ quia non reſpicie
bat fauorem donantis vt intelligit
gloſſa. verbo ſuſpenſa non mutat na-
turam & nomen ſimplicis dona-
tionis.quam regulam ex iuris princi-
pijs deductam conſtituerunt Ioann.
Faber. in.§. ſunt præterea verſic. ſed
& ſi quis vbi Iaſſo. numer. 9. inſti.de
actio.cuius dicta tranſcripſit Bernar.
Diaz.regula.210.& probauerunt An
gel. conſi.124.num.5. Ripa.in.l. ſi vn
quam quæſt.13. numer. 26. 27. C. de
reuo.dona.vbi Tiraquel.verbo dona-
tione,num.124.142.195.Decius in au
then.ex teſtamento. numer. 2. C.de
collatio. Aimon conſi. 85. num. 2, &
conſi,36.num.2.& conſi 301.num.10.
Boeri conſi.64.nume.21.lib 1.Rimi-
nal.in princip. inſti. de donatio.num.
61. & in.§. 1. nu.483.&. 485.ipſe Ri-
minal. conſilio.9. numer.39.Moline.
de donatio, numer.9. & magis in ſpe-
cie eam eſſe ſimplicem donationem
probat Baeza de non melioran. capi.
12. numer.37.dicentes omnes hanc
eſſe veram & communem ſenten-
tiam.

¶Aut enim donatio fit ob cauſam
matrimonij certi vt quia cum certa 8
perſona contrahitur & ne tunc rema
nerent decepte filia vel nurus qua-
rum ea donatio intereſt, & quia do-
nantis vtilitas verſatur atque dona-
tio eſt pars dicti contractus matri-
monij & confunditur cum toto ipſo
contractu dotali, ita quod vnus con-
tractus fingitur ex. l. petens. C. de
pact. & quæ aduertunt Decius con-
ſilio. 114. numer. 14. Tellus in. l. 17.
numero. 71. merito nuncupabitur

donatio ob cauſam onerofam cũ ter-
tio factam & conſequenter efficitur
irreuocabilis vt noſtra.l. clare conſti-
tuit cuius hæc videtur vera ratio deci
dendi & hoc modo intelligenda eſt
opinio dicentium donationem ob
cauſam matrimonij eſſe vere donatio
nem ob cauſam atque irreuocabilem
effici,quam ſupra relati ſcribẽtes pro-
bauerunt & Cifontanus in.l.17. Tauri
num,5.in fin.vbi Lupus num.45. Co-
uarrub.in cap.Rainaldus.§.2.nume.7
de teſta. ¶ Quam quidem legem
9 ſic vtiliter intellectam amplia ad pa-
ctum ſeu promiſsionem ex cauſa one
roſa matrimonij certi factam de non
meliorando vnum ex filijs aut inſti-
tuendo in eo primogenium.quia licet
non ſequatur traditio efficeretur irre-
uocabilis ea promiſsio ſeu pactum nõ
meliorandi aut maioratum inſtituen-
di.ita quòd patre mortuo ante veram
eius primogenij inſtitutionem,pro in
ſtituto haberetur in fauorem eorum
cum quibus pactum id initum fuit &
ipſorum deſcendentium naſciturorũ
in infinitum.Hęc eſt vulgaris licet no
tanda cõſtitutio in.l.22.Tauri. ad cui⁹
veram explicationem plurima nota-
tu digna ſatiſque conducibilia liben-
ter adducere decreui.

10 ¶ Et primo non ita exorbitantem
eſſe eius conſtitutionem, quod de iu-
re communi non forent ſimilia pacta
matrimonialia aprobata, vt cõſtat ex
l.ſi inter virum.ff.de pact.dotal.l. diui
Conſtantini.C.de naturalibus liber.l.
pater pro filia.C.de pactis conuent.&
probant Guid.Papa. conſil. 12. nume.
1.& conſilio. 54.numer. 6.& conſil.60
numer.4.& conſil.176. numer.4.& ſin
gulari 23.Bald. conſi.22.quædam do-
mina lib. 5. Egidius Bellam.conſi.17.
contrahens matrimonium.Decius cõ
ſilio.245. num. 3. & conſil. 578. num.
9 Bertrand.conſil.299. lib 1.& conſi.
1.libr.2.numer.10.& conſil.32.nume.
6. lib.3.Caſaneus conſil.53. colum.3.
verſic. pro deciſſ. & iterum Guid. Pa-
pa deciſsion. 267. &. 505. referens in
Parlamento Delfina. pro validitate
pacti matrimonialis pronunciatum
fuiſſe & Aluarus Vaez luſita. de iure
emphit. quæſt 50. numer.54. Mieres
in tracta. maioratus.1.part.quæſt.22.
numer. 28. qui omnes eleganter ege-
runt de validitate ſimilis pacti vt in-
de nobis non exorbitans videatur cõ
ſtitutio legis.22.Tauri.

¶ Cuius cõſtitutionis veriſsima ra- 11
tio decidendi fuit. cohærentia ipſius
contractus matrimonij quæ omnino
validum facit pactum meliorandi ſeu
non meliorãdi quemadmodum enim
matrimonium licitum ac iuſtiſsimum
eſt,ita ratione cõnexitatis atque co-
hærentię pactum affirmatiuum ſeu ne
gatiuum validatur,neq; mirum quòd
huiuſmodi effectus matrimonio tri-
buatur cum illum cuiuſuis alterius cõ
tractus liciti & aprobati cõnexitas ſeu
cohærentia operari ſoleat. l. ſi quis
ſeruum cum gloſſ.verbo reſtitutorũ,
ff.de action.emphi. l. 2. §. illud verſic.
plane. ff.de hæreditate vel actio. vẽd.

¶ Per quem tenet ſingulariter Pe-
trus à Belapert.in.l.fin.C.de pactis co 12
lum.2.in princ, quòd licet de iure re-
probata ſit conuentio ſuper hæredita
te tertij viuentis. d.l. fin. l. quidã in iu
re.§.fi.de donationibus.l.ex eo inſtru-
mento cum gloſſ.C. de inutilibus ſti
pulat. Valet tamen quotiens fieret in
conſequentiam vel propter neceſsi-
tatem alterius contractus liciti idem
tenet Bartolus in dict. l. final. prima
lectura colum. fin. verſic. quarto eſt
videndum.& ſecunda lectura colu. 2
verſi aduerte tamẽ.C. de pactis Bald.
numer.22. Angel.6.Iaſſon.7.ibidem
Bene-



Benedictus in capit. Rainũtius verbo
duas habens num.236. Georgius Nat
ta in cap. quanuis pactum. numer.66.
13 verſic. tertio fallit. ¶ Atque pro-
batur in.l. ſi ſponſus.§.generaliter de
donat. inter virum, per quem conſu
luit Andreas Siculus.conſi.2.lib.1.do
nationem inter virum & vxorem pro
hibitam valere ſi nõ principaliter ſed
in conſequentiam facta fuerit.id que
ſuadet regula vulgaris quæ multa in
conſequentiam facta permitit.l. con-
ditionibus de conditio. & de mo.l.in
terdum. §. qui furem. de furtis. l. non
ſolum.§ fin. de procuratoribus.

¶ Secundo & principaliter ad eius
14 legis.22.Tauri atque noſtræ conſtitu-
tionis, altiorem intelligentiam dubi-
tandum eſt quid erit ſi forſam ea pro-
miſsio de meliorando ſeu maioratum
inſtituendo ex tota hæreditatis ſubſtã
tia in vnum ex filijs naſcituris illius
certi matrimonij vel de hæreditando
omnes,aut aliter bona inter ipſos diui
dendo facta foret an ſuſtineatur, vel
lex.22.tantũ loquatur in pacto de me
liorando in.3.&.5. filios natos cui du-
bitationi dicendum videbatur nõ va-
lere eam meliorandi ſeu maioratum
inſtituẽdi promiſsionem ex eo quòd
pactum affirmatiuum de quo in.l. 22.
ideo iuſtificatur quia non vniuerſam
hæreditatem ſed tertiam & quintam
partem bonorum continet cuius quã-
titatis etiã de iure communi valida
erat conuentio de futura ſucceſsione
certo modo diuidenda.cum non vni-
uerſam hæreditatis ſubſtantiam ſed
bona quędam ſeu caſtra ſpecialiter de
ſignata reſpiciat, & conſequenter nõ
auferat neque impediat paciſcenti li-
beram teſtamenti factionem vt hac
ratione id pactum affirmatiuum apro
barunt Bart. in. l. cum filius. §.Lucio
delegat. 2. & conſilio. 72. numero. 1.
Oldral.conſilio.139.Paul. conſil. 324.
numer.2. volum. 1. Angel. conſi.179.
numer.1.Alexand. conſilio. 83. num.
6. volum.2.& conſilio. 28. numero.7.
lib.3. & conſilio.29.numer. 10.libr. 5.
Guid. Papa quęſt. 267. notanter De-
cius conſilio. 225.colum.1. volum.1.
Tiraquel. de primogenit. quæſt. 6. §.
hæc in quam numer.13.&.§.quod ſi in-
telligas numero. 34.

¶ Cum igitur ea ratione, pactum 15
de quo in.l. 22. aprobetur quod non
vniuerſam ſucceſsionem reſpiciat ſi
ex cauſa matrimonij initum ſit de hæ
reditando filios naſcituros ſeu inſti-
tuendo in vnum ex eis primogenium
ex omnibus bonis,ſubſtineri non poſ-
ſe videtur ex.l.hæreditas.C. de pactis
conuentis,l.ſtipulatio hoc modo con
cepta de verborum. l. ex eo quòd de
inutilibus ſtipulationibus. l. cum do-
nationis.C. de trãſactionibus & vidẽ
tur tenuiſſe Decius conſi. 225. & 212.
&.300. Curtius Iunior. conſil.15.Ber-
trandus conſi.29. volum.1. & conſi.1.
num.29.volum.2.& conſi.267. vol.3.
Tiraquel. de primogenitura quæſt. 6.
§. contra videtur cum duobus ſequen
tibus numer.16.17.&.18. de quo etiam
egerunt Decius conſi.475.num.24.&
494.& 225. nume. 5. Bart.conſil.212.
Boerius deciſſ.204.Alciatus in.l. licet
C.de pact.

¶ Secundo ex eo videtur impugna
ri ea promiſsio de hæreditando ſeu in 16
ſtituendo primogenium in vnum ex
filijs naſcituris ex eo matrimonio cui⁹
contemplatione pactum initum eſt
quo donatio aut promiſsio facta ei
qui tempore confectionis in rerum
natura non eſt nullius eſſe momen-
ti conſtat ex.l. quidam referunt in
princ.ff.de iur. codicillo.quia in omni
acquiſitione vt effectũ ſortiatᷣ duo ex-

 tre-

trema habilia requiruntur a quo proficiſcitur & ad quem dirigitur quę habilitas in duobus potiſsimum conſiſtit potentia videlicet & voluntate quoniam ab his omnis humanorū actuū effectus pendet ex ſententia Boetij libro. 4. de cōſolatio. philoſophię atq; proinde quemadmodum in diſponente prædicta duo potentia ſcilicet & voluntas habilia deſiderantur. cap. cum ſuper abbatia de officio. delegati. l. cum te. vbi Bal. C. de donationibus ante nupt idem. Bald. conſi. 326. Rex Romanorum. num. 2 lib. 1. eadē quoque in eo ad quem acquiſitio dirigitur certum eſt requiri. l. ſi genero. C. de iure dotium. §. eſt autem caſus inſtitut. de hæredibus inſtituend. & notāt dd. in. l. quæ dotis ſoluto matrimonio & in. l. 1. §. pactum. &. §. conuentionis de pactis. cum igitur nullum ius acquiri videatur ijs qui nondum nati ſunt neque in rerum natura producti quorum nulla volūtas neq; acquirendi potentia conſiderari poteſt & non entium nullæ ſint qualitates neque potētiæ. cap. ad diſſoluēdum de ſponſalib⁹ cap. vnico vt eccleſ. benefic l. eius qui in prouincia. §. quod ſi ſtipulatus vbi Iaſſon num. 3. ff. ſi certum petatur merito dicendum videtur ea promiſsio ſeu pactum meliorandi aut maioratum inſtituendi in fauorem naſciturorum qui non dum in rebus humanis erant, inualidum eſſe.

Tercio facit quia in omni acquiſi-
17 tione regulariter duplex operatio requiritur actiua ſcilicet eius qui diſponit & paſsiua illius cui acquiritur neque quicquam actiua operatur niſi etiam concurrat operatio paſsiua nā ex ſententia philoſophi in ſecundo de anima actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito cęterum vbi is cui venit ius querendum, non eſt in rerum natura, operatio paſsiua non eſt bene diſpoſita: quia non entis nulla eſt actio nullaque paſsio ex gloſſ. in cap. bene. 1. verbo natura de elect. Cardin. conſilio. 139. numer. 4. denique quòd caret eſſe caret virtute & operatione ex Alexand. conſilio. 216. placet admodum lib. 6 & conſequenter dici non poteſt quod reſpectu naſciturorum qui non ſunt in rerum natura tempore promiſsionis de inſtituendo maioratum valida ſit ea pro-
miſsio. ¶ Sed his omnibus nihil 18
obſtantibus contrariam ſententiam exiſtimo veriorem valere ſcilicet pactum de meliorando ſeu maioratum inſtituendo in fauorem naſciturorum illius matrimonij cuius contemplatione fuit promiſsio ex tex. in. l. ſi inter virum ff. de pactis. dotalibus. l. diui Conſtantini. C. de naturalibus liber. ibi. *ſuis poſtea ex eiſdem parentibus forte primogenitis.* l. pater pro filia. C. de pactis conuent. ibi. *ne potibus pactus reſtitui* iunctis verbis, ibi. *Vtilis eis ex æquitate acōmodabitur actio.* & in ſpecie probauerunt eam ſententiā omnes quos ſupra retulimus in princip. huius dubitationis & bene Ripa. reſponſo. 95. numer. 2. Decius conſilio. 587. nume. 9. & conſil. 216. numer. 3. &. 475. nu. 23. Guillelmus Benedict. in capit. Rainūtius verbo duas habens filias. num. 198. & in verbo ſobolem. numer. 48. &. 49. Aimon Craueta conſil 19. num.
10. ¶ Præſertim inter nobiles & for 19
tius inter illuſtres perſonas & reſpectu rerum immobilium quæ ſunt dignitatis & iuriſdictionis, ex Paulo conſilio. 179. libr. 1. Alexand. conſi. 12. lib. 5. Iaſſ. conſi. 236. lib. 2. Aufreri⁹ ad Capell. Toloſanam deciſſ. 452. Guid. Pa pa deciſsio. 267. & 505. & ſingul, 523. Bertrand. conſilio. 299. lib. 1. & conſilio. 1. numero. 10. libro. 2. & conſilio.



78. lib 3. Guillel. in. d. c. Rainuntius. verbo duas habens. num. 197. vſq; ad. numer. 203.

¶ Ex his enim pactis matrimoniali-
20 bus ſeu promiſsionibus de meliorādo ſeu maioratum inſtituendo matrimonia facilius contrahuntur nobiles que nobiliores inueniunt, nobilitas creſcit & perpetuatur vt conſiderauit Bal. in. cap. 1. §. filij nati. ſi de feudo fuerit controuerſia, quem & alios refert & ſequitur Decius in. l. pactum quòd dotali. num. 1. C. de pactis. & in dict. conſi. 578. poſt num. 9. Aufrerius in addict. ad Capellam Toloſa. 452. in verbo ita tenet Innocentius Guillel. in. d. verbo duas habens poſt nu. 200.

¶ Ad cuius pacti ſeu promiſſio-
21 nis iuſtificationem conſiderauerunt communem conſuetudinem & obſeruantiam Decius. conſi. 478. nu. 9. Bertrand. conſi. 299. num. 1. lib. 1. & conſi. 1. num. 11. lib. 2. Capella Toloſ deciſſ. 452. Guid Papa. deciſſ. 267. Boerius deciſſ. 204. Tiraquel. de primogenitura. quæſt. 6. num. 11. Benedictus & alij ſupra dicentes quòd à communiter accidentib⁹ paſsimq; ſimilia pacta fiunt maxime inter nobiliores & quod ideo eficatius ſunt cuſtodienda, cum obſeruantię ſeu conſuetudinis magna ſit authoritas, & per eam actus de ſe illicitus roboretur & validus efficiatur l. ſi emancipatione de cōtrahænda emptione. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. communia prædiorum. l. ſemper in ſtipulationibus de regu. iuris. l. certi conditio. §. ſi numos. ff. ſi certum petatur c. dilecti de arbitris. l. athletas. ff. de hijs quæ notantur infam.

22 ¶ Ex quo pacta de futura ſucceſsione certo modo diuidenda plerunq; ex conſuetudine aprobantur. vt notat Bald, in. l. pactum quod dotali ſecunda oppoſitio. C. de collationibus vbi Salicetus colum. fin. Paulus numero. 8. Corneus. 6. Iaſſon. 4. Idem Bald. in. l. cum Archimedoram. num. 12. C. vt in poſſeſsione legatorum & in. §. filij nati. numer. 1. de filijs natis. Aufrerius vbi ſupra Decius in dict. l. pactum, quòd dotali. num. 11.

¶ Qua quidem ſententia retenta
non obſtant fundamenta in contra- 23
rium adducta quia ad primum facile reſpondetur propter honorem & cohęrentiam contractus matrimonij ſimilia pacta matrimonialia de meliorādo ſeu hæreditando aut maioratum inſtituendo in vnum ex filijs naſcituris valida eſſe maxime quia ea promiſsio quanuis per verba de futuro concipiatur idem importat ac ſi paciſcentes de præſenti dixiſſent, quod hæreditabant naſcituros & omnium bonorum iurium & actionum eos hæredes efficiebant ex Boerio quæſtion. 3. numero. 3. Afflicto deciſsion. 61. facit gloſſ. recepta in. §. alia verbo manifeſtauerit inſtitutis de donationibus Aretinus in. l. 2. de legatis. 1. Iaſſon in. §. in perſonas numero. 59. de actionibus dicit communem Ripa. lib. 3. de donationibus reſponſo.
12. ¶ Et quia tunc non agitur de
hæreditate tanquam hæreditas ſed 24
de bonis & iuribus præſentibus vnde ſuccedunt tradita in ſimili per Iaſſon. in. l. licet. numer. 11. C. de pactis dicentis valere donationem ſi quis ita diceret dono hæreditatem meam quaſi dixiſſet dono bona mea & ſic præſentia Bartolus in. l. quæſitum. §. penultimo de legat 1. Bald. Paul. Angel. in. l. final. C. de pactis vbi Decius numer. 15. Curtius Iunior. in dict. l. licet numero. 23. Aimon. conſilio. 19. numer. 7. & melius conſi. 139. numero. 6. cum ſequen.

25 ¶Ad ſecundum reſpondetur intelligi debere prædictam aſſertionem in hijs qui neque in rerum natura ſunt neque eſſe ſperantur, quibus legatum factum nullius eſt momenti ex dict. l. quidam referunt nos vero loquimur in donatione ſeu promiſsione in fauorem naſciturorum collata, qui quãuis in rerũ natura nõ ſint habetur de eis vero ſimilis ſpes. l. nup verſ. ſufficiat tamẽ. C. de natura liberis nihil enim frequentius liberorum procreatione & id veriſimiliter futurum iudicatur quòd frequenter fieri conſuetum eſt. l. non omnis. §. à Barbaris de remilitari. l. quod ſi nolit. §. qui aſsidua. de edilitio edicto Alexan. conſi. 27. nume. 4. lib. 2. & ideo hanc diuerſitatis rationem, inter eum qui non eſt in rerum natura neq; eſſe ſperatur vt quia mortuus & eum qui non eſt in rerum natura vt quia non natus eſſe tamen ſperatur conſiderauit gloſſ. licet ad aliud propoſitum in. l. ſi duobus in princip. delegat. 1.

26 ¶Et ita videmus quod filio naſcituro poteſt legari ſeu donari. l. Gallus. §. ille caſus. vbi Bart. & alij de liberis & poſthu. Boerius deciſsio. 172. num. 4. Bellamera deciſſ. 17.

27 ¶Videmus etiam valere ſtipulationem ſeu legatum de re factũ quę in rerum natura non eſt dum tamen veriſimiliter eſſe ſperetur vt puta de fructibus qui in tali fundo naſcerentur vel de Arethuſę partu. l. cum illud. §. fi. vt legatorum ſeu fideicommiſs. nomine. l. interdum in prin c. l. vbi autem non aparet. §. fin. de verborũ oblig.

28 ¶Quemadmodum & ſpes vero ſimilis rei in ſtipulationẽ deductæ operatur ipſius ſtipulationis validitatem. ita etiam ſpes perſonæ in cuius fauorẽ eſt collata ſtipulatio promiſsio ſeu pactum eundem effectum operari debet. l. ſi quis operas de operis libertorum. l. Paulus. 2. § Paulus. ff. de bonis libertorum. l. diui. §. pactis. C. de naturalibus liberis. l. ſi interuirum de pactis dotalibus. l. Gallus. §. ille caſus de liberis & poſth. Guido Papa. conſil. 60. nu. 4. & conſi. 176. colum. 5. Boerius deciſsione. 172. num. 4.

¶Ad tertium igitur reſpondetur dici non poſſe quod non enti non poſsit ius aliquod acquiri quia vt iam ſępius dictum eſt. naſciturus dici non poteſt non ens cum veriſimiliter ſperetur. & ipſi firmiter ius quęratur non quidẽ in effectu & pure ſed in habitu & conditionaliter ſi naſcatur. ita vt paciſcẽtes natis liberis. pactis ſeu conditionibus ſtare teneantur vt Guido Papa conſiderauit dicta deciſsione. 267. dicens in ſimili ꝙ licet capitulo vel eccleſiæ quæ non dum eſt priuilegiũ cõcedi non poſsit iuxta tex, in contrariũ adductum in cap. ad audientiam de eccleſijs ædificandis. Hoc verum eſt niſi intelligatur quod ſtatim ſit priuilegiata. valet enim priuilegium quatenus ad illud tempus dirigitur, quo eccleſia fuerit conſtructa quemadmodum & ſeruitus poteſt conſtitui edificio futuro, & futuræ aquæ, non vt ſtatim ſit ſeruitus ſed vt promitens ad eam conſtituendam cum fieret ędificium obligetur. l. ſi ſeruitus. § fin. de ſeruitutibꝰ vrbanorum pręd. & notat gloſſ. in. d. cap. ad audientiã. Boerius. dict. deciſsione 172. num. 6. 29

¶Cum igitur ex omnibus ſupradictis euidenter conſtet promiſsionem de meliorando ſeu maioratum inſtituendo in fauorem naſciturorum validam eſſe non tamen a lege. 22. Taur. deciſſum ſit, an valeat reuocari ſed tãtum dicat, *ſean obligados a lo cumplir*, & ſtatim, *ſean auidas por hechas*, dubitari cõtingit an ſimile pactum in fauorẽ naſciturorũ initum ad libitum paciſcẽtis valeat 30



valeat reuocari & poſſe videbatur ex eo quod licet pactum de futura ſucceſsione certo modo diuidenda ſubſtineatur poterit tamen reuocari vſque ad extremum vitæ paciſcentis vt ex, l. fin. C. de pactis. deduxerunt Belapert. colu. 2. poſt medium Bart. col. fin. Bal. num. 22. Angelus ad fin. Paul. num. 3. Romanus. 5. Iaſſ. 12. Decius. 6. Curtius Iunior. 7. Ancarra. conſi. 403. num. 3. atque in ſpecie pacti affirmatiui de meliorando probat Decius conſi. 184. & 475. num. 23. & in pacto vt primogenitus integram hæreditatem habeat deducitur ex Fabro in. d. l. fin. verſic. item quid ſit pactũ Ciſuentes in. l. 22. Tauri. num. 3. Tiraquel. de primogenitura. quæſt. 8. num 4. &. 5. Gomez in dict. l. 22. num. 4. & cõducũt quę tradit ipſæ Tiraq. lib. 1 retractuũ. §. 1. gloſſ. 18. num. 56. & lib. 2. §. 1. gloſſ. 2. num. 18. Mieres in tracta. maiorat. 1. part. quæſt. 21. num. 8. ad medium cũ alijs.

31 ¶Sed hijs nihil obſtantibus contrariam ſententiam veriorem exiſtimamus tam ex omnibus ſupradictis quibus euidenter probauimus. ius naſciturjs ex eo pacto eſſe quęſitum, quã quod in ſpecie irreuocabiliter acquiri dixit Baldus in capit. 1. §. filij nati ſi de fæudo fuerit controuerſia Iaſſon conſil. 313. vol. 2. Benedictus in cap. Rainuntius verbo duas habẽs. poſt. num. 200. Aimon Craueta conſil. 19. nu. 8. &. 9. & quæ tradit Ripa. reſponſo. 1. de donationibus Suarez allegatione. 9. in fin. & fere omnes quos ſupra retulimus. quod ex eo confirmatur quod ſcripſimus in gloſſ. 5. huius legis & ex ſentẽtia infra dicẽda qua conſtituitur. in præiuditium naſciturorum etiã de conſenſu inſtituti non poſſe primogenium reuocari.

32 ¶Et ad prædicta reſpondetur eſſe intelligenda quando non ex cauſa onerosa matrimonij pactum de meliorando ſeu inſtituendo maioratum initum fuit ſed ex mera inſtituentis volũtate ſiue ex cauſa oneroſa fiat vt matrimonij vel alia ſimili cohęrentia & conexitas eius irreuocabilis contractus matrimonij, promiſsionem etiam contemplatione eiꝰ factam irreuocabilem efficeret ex ratione noſtræ. l. & l. 22. d. Taur. cum cohęrentia & conſequentia eiuſdem iuris habeantur cuius ſunt illa quibus adhærent. l. eum actũ de negotijs geſt. cum vulgatis & vnitorum vniformis debeat eſſe diſpoſitio, atque in ordinatis ad in vicem, conceſſo vel prohibito vno idem ſit in alio cõnexo, vnaque actio propter cohęrẽtiã & vnionem alterius ipſius natura & priuilegio vtatur vt paſsim vulgaria iura probant.

¶Quæquidem omnia à fortiori procederent accedente iuramẽto huiuſmodi pacti ſeu conuentionis confirmatorio quo paciſcentes in capitulis matrimonialibus inſtituere primogenium ſeu prælegare certam hæreditatis partem primogenito naſcituro, aut eum hæredem inſtituere promiſſerint, quia pactum iſtud affirmatiuum de hæreditando, concurrentibus iam ſupradictis ad implere tenerentur, ipſumq; reuocare nequirent, ex Ancharran. conſi. 180. numer. 13. & conſi. 226. Guid. Papa. conſi. 23. Rubeus conſi. 117. num. 8. Caſſaneus cõſilio. 53. num. 60. Guillel. in cap. Rainuntius verbo, ſi abſque liberis. 2, nu. 23. de quo late agit Mieres de maioratu. 1. part. quæſt. 21. num. 8. colum. 3. verſi. Aufrerius & num. 9 per totũ vbi cum alijs notanter loquitur. 33

¶Et hoc modo intelligẽdo legem hanc & l. 22. Tauri earum conſtitutionem amplia etiam ſi filius conſentiat reuocationi maioratus quia in præiuditium iuris quęſiti filijs natis aut naſ- 34

 cituris

cituris ex eo pacto matrimoniali nihil
operabitur conſenſus, neque inſtitu-
toris reuocatio vt ex doctrina Baldi.
in.l. præſes.C.de donationibus,& quę
tradit bene Alexan. conſil.10. num.4.
lib,4.& ex noſtratibus reſoluunt Pa-
latius in.l.17.num,39. cum alijs Tellus
num.73.Molina lib. 4.cap.2.num.18.
Mieres de maioratu.1.part.quæſt.22.
num.31.& .32.&.1.part.quæſt.39.vbi
plurima notatu digna referunt.

35 ¶Secundo amplia vt neque ex cau
ſa in gratitudinis aduerſus maioratus
inſtitutorẽ cõmiſſa valeat id primoge
nium reuocari cum ex eius inſtitutio-
ne ex cauſa matrimonij facta, filijs na-
tis & naſcituris ius in eiſdem bonis ir
reuocabiliter acquiratur, vt eleganter
probat Guid, Papa deciſsione. 267.
Boerius deciſsion.172.num.4. Bella-
mera deciſsi.17. & plurimi quos in. l.
22. retulimus & conſequenter in eo-
rum præiuditium ex ingratitudine al-
terius reuocatio fieri nequeat, quòd
referens doctrinam Bald.in.l. fin. col.
3.C. de dote promiſſa. cõprobat Mie
res in tracta.maiora.1.part. quæſt. 22.
num.24 cum alijs idem in.num.25.cõ
firmãs ex eo quòd donatio ob cauſam
non reuocatur per donatarij in grati-
tudinem ex gloſſ. in.l. fin. C.de reuo-
cand.donat.& eorum quæ tradit Tira
quel. in.l.ſi vnquam verbo donatione
largitus,num.142. C. eod. tit.

¶Tertio ampliabis vt neque pro-
pter delictum filij donatio ſeu ma-
ioratus ob cauſam certi matrimo-
36 nij inſtitutus reuocari poſsit, cum reſ-
pectu vxoris,& contemplatione filio
rum qui nati ſunt vel naſciturorum in
ſtitui videatur quibus ex ea inſtitutio-
ne irreuocabile ius acquiritur quòd
ex delicto patris inſtituti aut donata-
rij ab eis non abdicatur vt ex traditis
per Molineum,& Pariſi, reſoluit Mie-
res in tracta maiora.1. part. quæſt.22.
num. 33. ¶Quarto amplia hanc
legem in matrimonio nondum con-
ſũmato copula carnali vt donatio fa- 37
cta ſeu maioratus, ob cauſam ipſius in
ſtitutus irreuocabilis efficiatur cũ in-
terpretationibus quas ad longum cir-
ca matrimonium non dum copula cõ
ſũmatũ, proſequitur modernus Mie-
res in tracta maiora. 1. part. quæſt.39.
per totam ad quem vos mitto.

¶Quinto ampliabis vt omnia ſu-
pradicta etiam hodie procedant. ſtan-
te pragmat.101.*de Madrid*, in maiora- 38
tu regia licẽtia inſtituto. de quo loqui
tur.l. noſtra.quia cum ea facultas cum
derogatione legum quæ legitimo prę
iuditium fieri vetant concedatur me-
rito in eis primogenijs authorit. regia
inſtitutis quæ cęterorum filiorum le-
gitimam tãgunt eius pragmaticæ con
ſtitutio non procedit, vt ſatis ex no-
ſtra.l.probatur quæ à pragmatica non
corrigitur qua ratione inmeliorati.
ſeu maioratu ex tertio & quinto inſti-
tuto aliter dicẽdum erit, vt ſcilicet ea
inſtitutio ex cauſa certi matrimonij fa
cta, & cum tertio ex ea intereſſe præ-
tendenti libere valeat reuocati, cum
in ea melioratione tacite ſeu expreſſe
facta aperte ea pragmatica loquatur
atque iuſtiſsima ſit, vt cõtra plures du
ram eius conſtitutionem dicentes ſo-
lidiſsimis fundamentis reſoluunt Bae
ça circa ipſius interprætationem. c.2.
per totum, tenentes per eam hanc.l.
eſſe abrogatam vt reſoluunt Couarr.
in.4.2.part.cap.3.§.9.num.9.Tellus in
l.17.Tauri.num.74.Baeça de non me
liorandi.capi. 1.ex num. 29. & cap.2.
per totum & cap.8.num.17. & melius
cap.4. per totũ omiſſo intellectu Abẽ
dañi de exequend.cap.14.numero.17.
reprobato merito a Tello in.dict.l.17.
num.74.& a Baeça.d. cap. 4. per totũ,
reli-



reliqua in donatione ſeu maioratu ex
cauſa matrimonij facta vide in.l.22.
Tauri.

*SVMMARIVM.*

*Donatio remuneratoria quæ ſit & eius natu
ra numer.1.*

¶Gloſſa.17.l.44.

IBi, *o por otra cauſa ſemejante*, ſcilicet
1 oneroſa ſicut cauſa matrimonij vt
quia donatio fit, aut maioratus inſti-
tuitur aut remuneratione alicuius one
ris iniuncti donatario titulo oneroſo,
quæ proprie donatio ob cauſam one-
roſam dicitur vt bene explicuimus in
gloſſ. præcedentibus & in donatione
remuneratoria latiſsime naturam ei⁹
interprætantes tenuerunt Palatius in
d.l.17.Tauri.num.52.cum alijs Mieres
in tracta.maiora.1.part. quæſt.22 nu.
18. vſque ad num.22.& Moder. Ma-
tienço in.l.1.tit.15.lib.5.nouæ recopi.
gloſſ.9.per totam & alter Gutierrez
de iuramento confirmatorio.1.p.c.5
&.6.per totum vbi limitant & ampliãt
materiam remuneratorię donationis.

*SVMMARIVM.*

*Maioratus an in caſibus nõ contentis in hac
lege poſsit libere reuocari.num.1.*

*Lex regulariter procedẽs & nonullas excep
tiones regulæ tradens ad eas tantum re-
ſtringitur, nec aliæ de iure communi an-
te ipſam traditæ admitterentur num.1.*

*Maioratus inſtitutio an juramento irreuoca
bilis efficiatur.num.2. vſque ad fin.*

*Homagium quando vim iuramenti obti-
neat efficiatque maioratum irreuocabi-
lem.num. 3.*

¶Gloſſ.18.l.44.

IiBi, *que en eſtos caſos mandamos*, ergo 1
in alijs concedit.l. facultatẽ reuocan
di cum per viam regulæ & exceptio-
nis procedat, conſtituens inſtituentẽ
libere poſſe reuocari inſtitutionem, ni
ſi in caſibus in ea contentis, quãdo ſci-
licet traditio vera vel ficta rei ex qua
fit maioratus ſequitur, vel inſtrumen-
tum inſtitutionis ipſius traditur aut
ex cauſa oneroſa cum tertio maiora-
tus inſtituitur in quibus.l.inducens ir-
reuocabilitatẽ ſimiles caſus exclude-
re videtur, quia licet exceptio caſus ſi
miles nõ excludat, ex regula iuris vul
gata. Si tamen.l.regulariter procedẽs,
nõnullas exceptiones regulæ tradide
rit, conſtitutio ad eas reſtringitur nec
reliquæ de iure communi ad eam re-
gulam traditæ admitterẽtur vt ex do-
ctrina Baldi probat Tell⁹ in.l.17.Tau-
ri num.91.& multis comprobat Mie-
res in tracta. maioratus quæſt.21. ex
principio ſentientes de iuris rigore in
tribus tantum caſibus noſtræ legis in-
duci irreuocabilitatẽ donationis ſeu
maioratus in alijs facultatem reuocan
di ſemel inſtitutum primogenium ad
mittentes ex conſi Roma.271. id ta-
men non ita ſtricte accipiunt quod ali
quos notabiles caſus, quibus irreuoca
bilitatem conceſſerunt vltra conten-
tos in ea lege iuridice non exciperẽt
à nobis non enumerandis ne quæ ſe-
mel dicta ſunt in vtiliter repetamus.

¶Solum in eo quòd de poteſtate iu 2
ramenti circa maioratus irreuocabi-
litatem ſatis confuſe ſcripſerunt, eli-
ciamus quandam iuridicam & veram
concluſionem ſcilicet nõ ſufficere iu-
ramentum ad inducendam irreuoca-
bilitatem donationis ſeu maioratus ni
ſi & pactum de non reuocando quo
animus inſtituentis non reuocãdi cla-
re deducatur ſimul cum eo iuramen-
to concurreret, quæ reſolutio ab ex
teris

teris traditur & à noſtratibus libenter admittitur,vt conſtat ax Tello in. d.l. 17.num.91.&.93.cum pluribus ſequentibus vbi ſatis ad longum explicuit iuramenti vim & poteſtatem circa donationis irreuocabilitatem,& cũ Burgos de Paz conſil.14.nume.15. & .17. qui ſic eſt intelligendus & noſter Ludouicus Molina libr. 4. cap.2. numer. 56.&.57. Mieres in tracta.maioratus. 1.part.quæſt.22.per totã, & alter modernus Gutierrez de iuramento confirmat.1 part.cap.4.num.4. &.12.nu. 10.

3 ¶Quam reſolutionem ad maioratũ ſeu meliorationem a nobilibus factam homagio præſtito de non reuocando extendit Peralta in.l. vnum ex familia num.23.delegatis.2,ex traditis per Felinum in cap. 2. colum. 5. de ſponſal.dicens inter quoſdam nobiles ita vidiſſe controuerſum quem ſequitur Padilla in.l. ſi quis maior. nu. 36. C. de transſactionibus quorũ extenſio confirmatur ex.l.26.tit.11.part.3. ibi,*que ſi alguno le iurare a otro, o le hiziere pleyto omenage*, & ex alijs iurib⁹ partitarum relatis à Mieres.1.part. de maioratu quæſt.22. num. 11. vbi eleganter id reſtringit quando inſtituens maioratum tanquam Chriſtianus : ut per fidem Chriſti homagium pręſtiterit, de non reuocando quia tunc credit fidei præſtationem, idem operari quòd iuramentum, ex gloſſ. Abb.& alijs in cap.quærellã, ne prælati vices ſuas, & conſequenter cum pacto de nõ reuocãdo efficere irreuocabilem maioratum dicẽs,non ita fore iudicãdum,ſi nobiles ſimpliciter fidem pręſtiterint,quam cõmuniter, *pleyto omenaje*,nuncupamus, quia cum fidei interpoſitio id eſt promiſsio facta, & per fidem confirmata nõ habeat vim iuramenti ex Caiet.2.2.quæſt.84.art. 6.ex Alciat.in Rubri. de iure iurand, num.5.Couarr.in.cap. quanuis pactũ 1.part. relectionis.§.2,nu. 1. verſi.primũ etenim,& Pinel.in.l.2.de reſcind. 3.part.cap.1.num.13.merito ex ſimplici fidei pręſtatione non inducitur irreuocabilitas quod eleganter certe confirmat Mieres in loco ſupra citato & remiſsiue Gutierrez de iurament. cõfirmat.1.part.cap.12.num. 17. reſtringẽs dictũ Peraltæ ſecũdũ ea quæ ſcripſit in authen. ſacramenta puberũ.C. ſi aduerſus venditionem.numer. 146. vbi idem in effectu quòd Mieres reſoluit.

*SVMMARIVM.*

*Maioratus irreuocabiliter inſtitutus reuocari valet ex clauſula qua inſtitutor facultatem reuocandi reſeruaret num.1.*

*Renuncians facultati reuocandi maioratum ipſum vnquam reuocare nequit num. 2. & 3.*

¶Ad.l.44.gloſſ.19.

IBi, *ſaluo ſi enel poder de la licencia que el rey le dio eſtuuieſſe clauſula para que deſpues de hecho le pudieſſe reuocar*, tunc enim etiam traditione rei vera vel ficta ſecuta aut inſtrumenti inſtitutionis facta ſeu maioratu ex cauſa onerosa cũ tertio inſtituto poſſet libere inſtituẽs primogenium reuocare, quia poſſeſſio & reliqui act⁹ irreuocabilitatis, ſub conditione facultatis regię & ab inſtituente fiunt,& à vocatis acceptantur, vnde cum qualitate reuocationis inſtitutio accipitur ex.l.contra iuris.§.fi. cum.l.ſequenti.ff.de pactis.l.Caius de manumiſso, & explicans prædicta verba noſtræ legis aduertit Mieres in tracta maioratus. 1.part.quæſt.26. nu. 11.verſic.quarto principaliter. vbi ad fin.aduertit à fortiori conceſſam eſſe 1

per



per hanc legem diminutionem maioratus, aut ſubrogationem vnius rei in locum alterius quòd quando conceditur reuocatio libenter admittimus.

2 ¶Ex quo iam conſtat quam impoſsibile ſit dari modum per quem maioratus non poſsit reuocari cum is qui reuocabilis efficitur traditione aut ſimili cauſa ex prædicta clauſula libere valeat reuocari.ego tamen conſiderabam, poſſe inſtituentem renunciãdo facultati huius reſeruationis,poteſtatem reuocandi maioratum a ſe abdicare & poſt quam aliquibus fundamẽtis hanc veritatem ſubſtinui & in facti contingẽtia per eam obtinui legi moder. Mieres. 1.part.de maiorat. quæſt. 38. per totam vbi notabiles iurium deciſsiones adducens elegãter id in ſpetie comprobat.

3 ¶Antea in. d. 1. part. quæſt. 26. ex num.12. vſque ad fin.in ſpecie noſtrę l. explicans an ſub illis verbis. *ſaluo ſi enel poder*, ſecundam reuocationẽ cõprehendat,vel ad primam tantum reſtringatur.

*SVMMARIVM.*

*Reſeruans in ſe facultatem reuocandi maioratum quando valeat ipſum reuocare per totam gloſſ.*

¶Ad. l. 44. gloſſ. 20.

1 IBi, *o que al tiempo que le hizo el que le inſtituyo reſeruaſſe en la eſcriptura que hizo el dicho maiorazgo el poder para lo reuocar*, quòd ex reſeruatione facultatis reuocandi maioratum ſemel iuridice inſtitutum,& traditione vel ſimili cauſa irreuocabilem effectum valeat inſtituens ad libitum ipſum reuocare clariſsimũ eſt,& cõtra notiſsimas vtriuſque iuris regulas cõſtitutum videtur, cum ius paſsiuum non poſsit eſſe poteſtatiuum,& fruſtra cõſtituatur obligatio inſtitutionis ſi inſtituens ſolutus ſit ab obligatione, quibus & alijs ingenioſe penſatis fundamentis noſter meritiſsimus Sarmiento lib. 6. ſelectarũ cap.14.per totum,explicans prædicta verba conſuluit regis conſiliarijs vt catholico noſtro Philipo proponerẽt quòd ea conſtitutio reuocaretur. Cui⁹ reſolutio aduerſus noſtræ. l. conſtitutionem vigilanti ſtudio inſtitutam & à iuris doctiſsimis, ſatis iuridica ratione confirmatam non amplectitur ſed potius ad ipſam ea decidendi ratio aſſignatur quia cum reſeruatio in ipſa inſtitutionis ſcriptura fieri debeat vt. l. noſtra conſtituit.ibi, *en la meſma eſcriptura*, etiam ſi traditio ſeu alter actus irreuocabilitatem inducens ipſi inſtitutionis actui inſit naturam reſeruationis accipienr a qua regulatur & pendet,irreuocabilitatis effectus careret, & primeuã reuocabilitatis conditionem retinens, ad libitum inſtituentis valeret reuocari ac ſi à principio nulla ex cauſis quæ ipſum efficere poſſent irreuocabilem,ſtante, inſtituerentur, ſicut quilibet contractus irreuocabilis,paſsim conditione aut pacto inito, ſuſpenditur quod neque iuri pugnans eſt. Neque probatione indiget. Vnde ſi ex interuallo in alia ſcriptura quam inſtitutionis maioratus ea reſeruatio fiat nequaquam noſtra lex procederet tã ex verbis claris ipſius quam ex iuris mente & conſtitutionibus. cum ſtatim cum maioratus irreuocabiliter inſtituitur ius natis & naſcituris acquiratur ſucceſſoribus, ita firmum & incommutabile, quòd neque per principem auelli poſsit, neque ex voluntate inſtituentis aut primi inſtituti ab eis auferri,& conſequenter neque reſeruatio in alia ſcriptura poſtea facta

præ

præiuditium eis poſsit irrogare, quod notatu dignum eſt ad noſtræ legis verum intellectũ & poſtquam a verbis eius deduxi legi Ioannem Matienço in.l.1. titul. 6.libr. 5. nouæ recopillat. gloſſ.10. per totam id ipſum ſummarie comprobantem per tex.in.l. perfecta donatio. C.de donat.quæ ſub modo.

*SVMMARIVM.*

*Donatio perfecta ex ingratitudine vel alia cauſa iuſta reuocatur num. 1. & per totam gloſſ.*

*Donatio ex cauſa oneroſa in fauorem pluriũ an ex ingratitudine vnius poſsit reuocari.num.1. & per totam gloſſ.*

¶ Ad.l.44. gloſſ.fin.

1 IBi, *que eneſtos caſos mandamos q̃ deſpues de hecho le pueda reuocar*, & etiã in omnibus alijs quibus donatio perfecta reuocatur de quibus per Ripam in.l.fin. C.de reuocand. donat. quòd aperte probatur ex.l.17.Tauri.ibi, *o por otra alguna coſa que ſegun leyes*, vbi donatio quæ eiſdem cauſis quibus maioratus in hac.l. irreuocabilis efficitur alijs ſimilibus valet reuocari vt ingratitudine vel ſimili cauſa quibus donationes perfectæ reuocantur niſi maiorat⁹ fiat ex cauſa oneroſa cum tertio intereſſe prætendenti à quo ius ſemel quæſitũ facto alterius non aufertur vt in melioratione probat Lupus in. l. 17. nu. 74.& proſequitur late Matienço. d.l. 1.fi.gloſſ. per totam. & diximus in.l. 17.gloſſ.fin.

## Sequitur interpretatio ad.l,45. Tauri.

*SVMMARIVM.*

*Bona debent eſſe vere maioratus vt remedio huius legis vti poſsit.nu 1. & 2.*

*Leuiores probationes ſufficere cum de poſſeſſorio agitur.num.2.*

*Remedium poſſeſſorium huius legis in inferioribus primogenijs datur,num.3.*

*Primogenia inferiora à ſuperioribus, ſicut a capite regulantur,num.3.&.4. contra Tiraquel.& alios.*

*Remedium poſſeſſorium in augmento maioratus admitti.num.5.*

¶Gloſſ.1.l.45.

IBi, *las coſas que ſon de mayorazgo*, ſcilicet per rei euidentiam ita quod nõ dubitetur an ſint vel non maioratus. Quia cum prædicta verba ad ſui eſſentiam requirant bona eſſe maioratus antea conſtare debet de ſubſtantia, quã remedio huius legis vti poſsit vt ex.l. Diuus &.l.Titius. ff. de teſtamẽto milit. aduertit Palac. in præſenti. num.2. 1

2 ¶Et diceretur euidenter cõſtare ad effectum tranſlationis poſſeſſionis, vno ex modis de contentis. in l. 41. harum legum, quanuis leuiores probationes ſufficere, cum de poſſeſſorio agatur defendere conatus fuerit Mieres in tracta.maiora.3.part.quæſt. 20.per totam.

3 ¶Dum tamen lex admittit tranſlationem poſſeſsionis in maioratu intelligenda eſt generaliter in omnibus rebus, quarum ſucceſsio iure maioratus deriuatur tam ex dictis verbis, *las coſas que ſon de mayorazgo*, iunctis ſequentibus ibi, *agora ſean villas, o fortalezas, o de otra qualquiera calidad que ſean*, quã quod primogenia, inferiora, vincula particularia, fideicommiſſa, anniuerſaria, atque iura patronatus, in quibus iure maioratus de primogenito in primogenitum ordine primogenituræ ſucceditur, à ſuperioribus primogenijs ſicut à capite regulantur, & vt membra inferiora reguntur atque vere primogenia nuncupantur vt ex noſtratibus reſoluunt Caſtell. verbo, *para ſiempre*. Lupus num.77. Tellus numer.2. Gomez Arias.num.59.in.l.27. Tauri. & bene Gregor.in.l.2. tit. 15. part.2.gloſſ.1. in fin. Couarrub.lib.3. Varia.cap.5.num. 4. verſic. verum Iuſtiniani Menchac. de ſucceſsi. creat.§.26.num.95. &. 96. & noſter Molin.lib.1.cap.1.num. 25. & lib.1.cap.14.num.13. ad fin. Mieres in tracta.maiorat.3.part.quæſt.1.&.11. dicẽtes. l. hãc in his primogenijs inferioribus etiam abſque licẽtia regia inſtitutis, ſucceſſoribus ędictum poſſeſſorium aperire.



4 ¶ Quorum ſententiam veriſsimã exiſtimo, quanuis ex his quæ reſoluit Tiraquel. in tracta. le mort.2.part.declara.4. per totam omnino contrariũ deducatur, dũ fere in ſimili ſpecie ſtatuti transferentis poſſeſsionem in hæredem examinauit an id ſtatutum ad inſtitutum in re particulari, aut certa hæreditatis parte extendatur cuius dicta ad noſtram ſucceſsionem maioratus non adaptãtur cum in hærede qui non iure maioratus ſuccedit proprie verificentur.

5 ¶Et non ſolum in bonis maioratus.l. noſtram procedere eſt dicendum ſed in augmento ipſorum intelligi cum quæ bonis maioratus adhærent eius ſucceſsionis naturam accipiant. vt in l. ſequẽti videbimus, & ita eam extendit ad augmentum Mieres in tractat. maiora. 3.part. quæſt. 8.per totam ex cuius reſolutione inferes ad omnes caſus in quibus augmentum adhæret. maioratui, de quibus in.d. l. ſequenti erit dicendum.

*SVMMARIVM.*

*Trãslatio poſſeſsionis cauſatur ex ſucceſsionis vocatione numero.1.*

*Per alienationem rerum maioratus non habebit in vita alienãtis ſequens ſucceſſor ædictum poſſeſſorium apertum.num.1.*

*Poſſeſsio maioratus quando viuente poſſeſſore ex voluntate inſtitutoris in ſequẽtem transferatur ex alienatione rei vel nõ implemento conditionis num.2. & 3.*

*Succeſsio non minus vacat per renuntiationem quam per mortem.num.4.*

*Is in quem primogenium renunciatur vti valebit remedio huius legis. num. 4. & 5. cum alijs.*

*Renunciatio primogenituræ in fauorem ſequentis ſucceſſoris vel alterius quãdo valeat.num.4.& 5.cum alijs.*

*Scientia vel pacientia traditæ poſſeſsionis approbationem & conſenſum efficaciter inducit num.7.*

*Qui alienare prohibetur libere renunciat bonorum poſſeſsionem.num.8.*

*Alienare non dicitur qui tradit poſſeſsionẽ. numer.8.*

*Succeſsio maioratus non diceretur vacare per traditionem ſeu renunciationem poſſeſsionis tantum.num.8.*

*Succeſsio maioratus ad effectum tranſlationis poſſeſsionis vacare dicitur per mortẽ ciuilem.num.9.*

¶ Gloſſa Secunda.

IBi, *muerto*. Quia per mortem vacat 1
ſucceſsio & ex vacatione cauſatur tranſlatio vnde ſi non moreretur poſſeſſor vt aliter ſucceſsio vacaret, non foret tranſlata in ſequentem ſucceſſorem poſſeſsio. Ex quo bene infertur quod cum per alienationem rerũ maioratus vocatio ſucceſsionis non contingat, ſequens in gradu non habebit ędictum poſſeſſorium apertum, neq; aduerſus poſsidentẽ vti poſſet remedio huius legis, quanuis valeat reuocare alienationem cum diſtinctionibus Moli-

Molinę.lib.4.cap.1.& per totum librũ
& Mieres de maioratu.quæſt.9.perto
tam vbi de poteſtate reuocandi alie-
nationem bonorum maioratus agũt.
2 ¶Niſi forſam maioratus inſtitutor
in pœnam maioratum alienantis ſpe-
cifice conſtitueret, quod ex actu alie-
nationis ante mortem eius qui alie-
nauerit transferatur in ſequentem ſuc
ceſſorem poſſeſsio, quia tunc viuente
alienante qui contra mentẽ inſtituen
tis & verba inſtitutionis bona aliena-
uit, poterit ſequens ſucceſſor cui ex ea
alienatione præiudiciũ irrogatur poſ-
ſeſſorium in iudicium deducere & in
ipſum poſſeſsionem ciuilem & natu-
ralem ex tempore alienationis fuiſſe
translatam declarari petere vt bene
deducitur ex his quæ in fortiori caſu
reſoluit noſter Molina lib. 1. capit.12.
numer,56.&.57.& cap.13. per totum.
vbi de translatione poſſeſsionis quę
viuẽte poſſeſſore maioratus cauſatur
ex non implemento conditionis a te-
ſtatore adhibitæ agit.& idem reſoluit
Mieres in tracta.maiorat.3.p.q.9.
¶Sublimitans id ipſe Molina lib.4.
3 cap.3.num.36. In alienatione iuſta vt
non obſtante inſtituentis prohibitio-
ne prædicta clauſula in pœnam alienã
tis munita bona valeant alienari,& cõ
ſequẽter quod ſecuta alienatione,quę
iure mediante fit non detur poſſeſsio
nis translatio,donec morte vere vaca
uerit ſucceſsio, quod Molina coſtãter
defendit & nos verum credimus.
¶Secundo ex verbis noſtræ cõſti-
4 tutionis deducitur quod cum per re-
nuntiationem non minus vacatio ſuc
ceſsionis contingat quam per mortẽ
glo.in cap. ex parte in princ. de offici
deleg.gloſſ. verbo vacauerit in cap.ſi
propter de reſcrip.gloſſ in cap,cupien
tes in princ. verbo vacationis de ele-
ctione in.6.gloſſ.in cap. quia ſœpe de
prębend.eod.lib.verb.vacat.& in cap.
2.verbo renunciet de renuntiatione
quam ſequuntur omnes in clement.1.
de renunciatione & in cap.ſuſceptum
de reſcript.in.6 vbi Domini. nume.7.
Franc.num,3. Felin. 37. in cap.in no-
ſtra de reſcriptis Gomez in reg.Chan
cell. de infirmo reſignãte.q.134.& in
ſpecie ſucceſsionis maior.quod per re
nũciationem legitime factã vacatio ſi
ꝑ cut mortẽ poſsidẽtis bona cõtingat
reſoluunt Oldral.conſi.94.& plurimi
per Tiraq. de primogenit. quæſt. 26.
num. 5. & quæſt. 3. num.5. & alij per
Molinam lib.1.cap.6.num.44. & Me-
lius lib.3.cap.2.num.22. cum alijs. me
rito igitur facta renunciatione ſequẽs
in cuius fauorem fit vti valebit reme-
dio huius legis ex his quæ in ſtatuto
transferẽte poſſeſsionem abſque actu
appræhenſionis corporali vero vel fi-
cto reſoluit Tiraquel. in d. tracta. le
mort.6.part.declaratione. 8. per totã
& in ſpecie noſtræ. l. reſoluit Mieres
3.part.de maiora.quæſt.18 per totam
quæ ſententia non proprie fundatur
in facultate cedẽdi poſſeſſorium:ſed
in vacatione ſucceſsionis maioratus
quæ per renũciationem ſicut per mor
tem contingit a qua translatio poſſeſ-
ſionis pendet.
¶Quod libenter ſequendo intelli- 5
gimus dum modo ea renunciatio fiat
in fauorem ſequentis ſucceſſoris, qui
vere ad maioratum erat admittẽdus:
Quia per eam vacatio ſucceſsionis ſi-
cut per mortem naturalem continge-
ret, & conſequenter ſequens in gradu
ad ſucceſsionem primogenij admitte
retur & poſſeſſorium ędictum in ten-
tabit vt antecedens probatur à Moli-
na,in loco ſupra relaro & a tex.in cap,
Titius ſi de feud.fuer.cõtrouer.& pro
bat bene Tiraq.de primogenijs.q.27.
nu.3.&.4. & conſeq. clariſsime patet.
¶Si vero



6 ¶Si vero in fauorẽ remotioris renũ
cietur & alteri ius ad maioratũ cõpe-
teret, ex ea dimiſsione ſeu renuncia-
tione ab eo ius illud ſublatum nõ eſſet
ſed potius in tactum & illæſſum man-
ſiſſet & ſucceſsionis vacatio nõ cõtin
geret, cũ poſſeſſor nequiret cedendo
aut renunciando ſucceſſoribus legiti-
mis præiudiciũ generare vt reſoluunt
Bald.conſi.38.&.39.vol.1. per tex. in
cap.1.de ſucceſſ.feudi.& in. c.1.§.do-
nare hoc quoq; vbi Bal. qualiter feud.
alienari poſsit, & in cap. 1. de gradib.
ſucceſſ. & per Feli.in,cap.quę in eccle
ſiarum col fin. verſic.ſeptima declara-
tione de conſtitu.& notat Brun.conſ.
38.col.1.& alij plurimi per Molin.lib.
1.cap.6.num.45. & lib.3.cap.2. nu.21.
& 24.& conſequenter edictũ poſſeſſo
rium de quo in noſtra.l. non concede
retur vt in ſpecie probabit Mieres in
tracta.maiorat. 3.p.q.9.num. 6.
7 ¶Niſi forſam ſucceſſores expreſſe re
nunciationi aut tacite conſenſiſſent.
Quia ſcientia cum pacientia traditæ
poſſeſsionis approbationem & cõſen
ſum efficaciter inducerent & amplius
verus ſucceſſor prædictã renunciatio
nem impugnare nequiret.tex.cũ glo.
verbo regreſſum in.c.1.§.pręterea qui
bus.mod.feud.amittatur.& ex Bald.in
c.1.§.ſi Titius ſi de feud. fuerit contro
uer.Decius conſi.389.num.8.Signor.
conſi.10.rub.conſi.131.nu.12.Tiraq.
de primog.q.26.nu.2.&.q.27.nu.3.&
de retract.1.p.§.11.gl.6.nu.14.Greg. in
l.2.tit.15.part.2.gl.10.col.1.verſic.ſed
an teneat conſenſus allegans tex. in.c.
quam periculoſum.7. quæſt.1.
8 ¶Secundo etiã intelligerem dũ mo
do poſſeſſor integrum ius maioratus
renunciauerit & a ſe ius ad ipſum peni
tus abdicauerit,cũ ex tũc ſucceſsionis
vacatio per eam renunciationem cõ-
tingat & conſequenter legitimo poſ-
ſeſſori edictum poſſeſſoriũ aperiatur,
quo maioratus poſſeſsionem vacantẽ
& à poſsidente amiſſam ſibi quæſitam
ſtatim eſſe diceret atq; remedio poſ-
ſeſſorio noſtræ legis in iudicio legiti-
me experiret. Si vero poſſeſsionẽ ſo-
lam bonorum ipſius maioratus in aliũ
tranſtulerit, renunciatione ceſsione,
vel aliter, non vero ius & dominium
ipſorum penitus a ſe poſſeſſor obdica-
uerit,totius maioratus ſucceſsionis va
catio ex ea translatione nõ inducere-
tur: cum & alienare prohibitus libere
renũciet bonorum poſſeſsionem iux-
ta tradita in.l. 1.§. ſi vir vxori. ff. de
acqui.poſſeſs.vbi Areti.col.2,Alexan.
col.fin.Iaſſ num.12,Vincent.num.28.
& quod tenet. Bald.in.l.2.colu.fin.de
iuriſd.omni.iudi.Roma.in.l.is cui bo-
nis num.30.ff.de verbo.vbi Aret.1.no
tab.Alexan.2.Iaſſ.num.5.Ripa.53.nõ
enim alienat qui dũtaxat amittit poſ-
ſeſsionem.l. non alienat ff. de reg. iu-
ris:l.bonæ fidei.ff.de acquir.rerum,do
mi.l.item ſi res.§.fin.ff.de aliena. iudi.
mutam cauſa facta.
¶Tertio non minus ſubtiliter dedu
citur quod in omnibus caſibus in qui 9
bus poſſeſſor maioratus pro mortuo
habetur ſequens ſucceſſor vteretur
poſſeſſorio, quia cũ per mortem etiã
ciuilem,quando naturali æquiparatur
dicatur proprie ſucceſsionem vacare
& a vacatione translatio deriuetur va
cante per mortem etiam ciuilem ędi-
ctum poſſeſſorium ſequenti aperire-
tur ita reſoluunt bene Molina.lib. 3.c.
13.num.15.ad finem Mieres in tracta.
maiorat.2.part. quæſt.3. num.7.&.3.
part.queſt.3,per totam,quod nos am-
plectimur.

*SVMMARIVM.*

*Translatio poſſeſsionis noſtræ legis de pri-
mo in omnes ſucceſſores contingit & in-
tellectus ſtatuti Galiæ & Italiæ, nu. 1.*

*Remedium poſſeſſorium an competat primo ſucceſſori maioratus.num.2.&.3.*

# Gloſſa. 3.l. 45.

IBi, *el tenedor del mayorazgo.* Primus,
1 Secundus,Tertius,vel quilibet alius
in infinitum. Quia mortuo in ſequen
tem ſucceſſorẽ transfertur ordine no
ſtrę.l.poſſeſsio,neq; diſpoſitio reſtrin
gitur ad primum tantum ſucceſſorem
tam ex generalitate noſtræ.l.quam ex
natura ipſius maioratus quæ perpetua
eſt.& proprius quia vt dicendum erit
in gloſſ. ſequentibus ab ipſa dignitate
maioratus quæ nunquam moritur ne
que variatur & penes quam poſſeſsio
reſidet in ſequentes ſucceſſores in in-
finitũ deriuatur in quo. l. iſta videtur
declaratoria dubitationis quã Galli at
que Itali circa interpretationem ſimi-
lis ſtatuti transferentis in hæredẽ poſ-
ſeſsionem tradiderunt, dicebãt enim
plurimi in primo hęrede tantum ſta-
tutum verificari,alij etiam in ſecundo
fore proprie intelligendum, vtramq;
opinionem tenentes ex rationibus à
Tiraq. more ſolito relatis in tractatu
le mort.2.part. declarat. 5. per totam:
quæ dubitatio in ſucceſsione maiora-
tus à noſtra. l. declaratur de primoge-
nito in primogenitũ vno poſt alium
in infinitum & ſtatutum prædictũ lo-
quatur in longe diſsimili ſucceſsionis
ſpecie, cuius natura momentanea eſt
& in primo actu ſucceſsionis finitur.

¶Vnde potius ecõuerſo deberet du
2 bitari vt merito noſtri dubitauerũt,an
in primo ſucceſſore poſsit.l. noſtra ve
rificari vel tantum ſit reſtringenda ad
reliquos vltra primum,& videtur dicẽ
dum tan primo quam ſequentibus ſuc
ceſſoribus remedium eius competere
ex eo quod nulla differentię ratio aſ-
ſignari valeat inter primũ ſecundũ &
alios, & fortius quia cũ tempore quo
primus admittitur bona ſint maiorat[9]
& generaliter in eis.l.noſtra procedat
neceſſario dicendum eſt etiam in pri-
mo vocato verificari,quib[9] & alijs fun
damentis hanc ſententiã tenet Anto.
Gomez in præſenti.nu.127.& melius
defendit eã Mieres in tracta. maiora.
1.p.q.24. ex princ. fere per totam vbi
quatuor fundamenta adducit in eius
confirmationẽ & ponderat tex.in.l.7.
tit.4.part.5.iuncta.l.quoties.C.de do-
na. quæ ſub modo. & iterũ ſummarie
id tenet Mieres.3.part.q.8.num.4.

¶Noſter tamen Molina ingenioſe
conſiderans verba noſtræ legis & re- 3
ferẽdo Coſtam in allegatione pro pa
truo pagina. 145. ſecure credidit non
transferri poſſeſsionem ciuilem & na
turalem de inſtitutore in primũ eiuſ-
dem maioratus ſucceſſorẽ: ſed de pri-
mo in reliquos in infinitũ inducens ad
hoc & bene d.l.7.partitæ.ſimulq; pon
derans verba huius conſtitutionis ibi
*muerto el tenedor del maiorazgo.* quæ nõ
inſtitutorem ſed alium ſucceſſorẽ de-
notant & iterum ibi,*enel ſiguiente engra
do*, præſuppoſito quod inſtitutor nõ
facit gradum & fortius ibi, *aunque otro
oya tomado la poſſeſsion dellos en vida del
tenedor del maiorazgo, o el muerto, o el di-
cho tenedor le aya dado la poſſeſsion dellos.*
quæ fortiſsima verba ſi prædicta opi-
nio Gomezij vera foret clariſsime pro
barent non potuiſſe inſtitutorem qui
ſemel irreuocabiliter maioratum fe-
cit,bona aut partem ex quibus eum in
ſtituit alienare, neq; ipſum reuocare,
cum etiam bonorum que penes tertiũ
quocunque alienationis titulo reſidẽt
poſſeſsionem in ſequentem transfe-
rant, quod eſſet contra.l.44. Tauri &
contra totius iuris principia,quibus ſi
milis alienatio & reuocatio permitti-
tur vt ipſe Molin.fatetur & cõprobat
vnde



vnde ſecure amplector eius opinionẽ
& quadam conſideratione non contẽ
nẽda eã cõfirmo,ſcilicet quia aut ma-
ioratus reuocabilis eſt aut irreuocabi-
ter inſtituitur primo caſu militant om
nia adducta per Molinam. Secundo
non eſt cur dubitetur an mortuo inſti
tutore trãsferatur poſſeſsio cum viuo
irreuocabiliter ſit in ſequentem tranſ-
lata:ex quo ſi daretur caſus vbi maio-
ratus ſit irreuocabilis,& tamen poſſeſ
ſio bonorũ non translata (qui poteſt
dari cum irreuocabilitas non cõſiſtat
in translatione poſſeſsionis ſed in vo-
luntate non reuocandi vt bene dixi-
mus in. l. 44) ſecure admitteretur Go
mezij ſententia, & procederent ad-
ducta per Mieres vt ſcilicet per mor-
tẽ inſtitutoris transferatur poſſeſsio
in ſequentem ſucceſſorem & vti vale-
bit remedio huius legis.

4 ¶ Procederent etiam in omni ma-
ioratu ex ſua natura irreuocabili quẽ
non reuocabit inſtitutor qui cum eius
morte confirmaretur, non eſt cur ædi
ctum poſſeſſorium non aperiatur, in-
telligendo in hoc ſecũdo caſu fortiſsi
ma verba noſtræ legis ibi, *o el dicho te-
nedor le aya dado la poſſeſsion dellos*,vt per
eam limitetur ſententia Gomezij &
bonorũ quæ inſtitutor maioratus alie
nauit non transferatur in ſequentem
poſſeſsio cum per alienationẽ ab ipſo
inſtitutore factam videatur tacite re-
uocatus maiorat[9] vt diximus in. l.44.
Tauri.

### *SVMMARIVM.*

*Poſſeſsio per momentum vacare non poteſt vbi datur eius poſſeſsionis continuatio. num. 1.*

*Diſpoſitio morientiũ quando poſsit eſſe in pẽdenti & dominiũ in aere remiſsiue.nu. 1*

*Conditio a teſtatore adiecta an impediat trãslationem poſſeſsionis.num. 2.*

*Modus non impedit translationem poſſeſsionis manet tamen obligatio compellendi ſucceſſorem ad eius implementum nu.2.*

*Tertius retinere nõ poteſt pro expenſis bona maioratus vt ex ea retentione impediatur poſſeſsionis translatio.num.3.quod in ſucceſsione fideicommiſsi nõ admittitur.*

*Translatio poſſeſsionis huius legis abſq; acceptatione ſequẽtis ſucceſſoris coutingit. num.4.*

*Succeſſor in maioratu an iure obliquo vel directo ſuccedat eleganter examinatur. num.5.6.7.&.8.*

*Succeſsio obliqua vel directa quæ dicatur. num.5.*

*Reſpondetur ad fundamenta Molinæ, nu.6. &.7.*

*Vera ratio qua poſſeſſores maioratus de reſtituendis bonis ipſius aliquando ſatisdare tenentur. num. 8.*

*Poſſeſsio virtute noſtræ legis an cenſeatur translata quando vtilis non ſit translatio ſucceſſori.num. 9.*

### ¶Ad.l.45.gloſſ.4.

IBi, *luego ſin otro acto de apprehenſion.* ita
quod nullũ medium tempus cõſide 1
retur inter vltimi poſſeſſoris mortem
& poſſeſsionis translationẽ, neq; per
momẽtũ ſit vacãs poſſeſsio: vt quãdo
datur poſſeſsionis cõtinuatio. probat
gl.in.l.cũ hęreditas.verb.ſucceſſeritis
C.depoſiti.& in ſpecie noſtræ cõſtitu
tionis aduertit Moli.lib.3.c.13.nu.20.
& latius ab eo comprobatur.d.libr. 3.
cap.10. per totum vbi eleganter exa-
minat, quãdo diſpoſitio morientium
poſsit eſſe in pendenti & dominiũ in
aere,atq; ſemel excluſſus cẽſeatur ſem
per excluſſus vel quando ſit admit-
tendus & alia ad noſtræ legis intelli-
gentiam conducibilia vtiliter expli-
cat quæ ex induſtria ommittimus,
cum ab eo ſatis ingenioſe referantur

 &le-

& legi valeant.& à Grego in.l. 10. tit.
31.part.3.verbo,*otorgado*, per totum.
2 ¶ Si tamē maioratus inſtitutor ſpe
cifice conſtitueret quod antea quam
aliquid à ſucceſſore ad impleretur poſ
ſeſsio ſeu dominium in ipſum nō trã-
ſiret.talis adiectio hoc modo ad implē
da erit, quod ſi importet cōditionem
non antea locus ſit translationi poſ-
ſeſsionis quam conditio ad impleatur.
Si vero modum tantum, ſtatim fiat
translatio manente obligatione com
pellendi ſucceſſorem ad modi imple-
mentum.vt poſt Guido.& alios reſol-
uit noſter Molina lib.2.cap.14.num.11
cum alijs & Greg.in.l.7.titul.4.part.5.
gloſſ.2.per totam,de quo plurima no-
tatu digna ſcripſit Mieres de maiora.
3.part queſt.12.per totam,aliter enim
ex voluntate inſtituentis maioratum
quæ poſſeſsionis translationem impe
diret ſtatim in ſequentem ſucceſſorē
3 transfertur. ¶ Ex qua fere infallibili
regula à noſtra, l. deducta ſequentia
notabilia naſcuntur. Primum quod
quanuis tertius bona fide poſsidēs res
maioratus expenſas vtiles in eiſdem
fecerit,nequiret ea bona pro ipſis reti
nere:ſed ad huc in poſſeſſorē vel ſuc-
ceſſorem poſſeſsio continuaretur, tã
ex eo quod expenſas ſoluere non te-
netur ex. l. ſequenti vbi probabimus,
quam quod ſtatim poſſeſsio transfera
tur abſq; vllo temporis interuallo: vt
ex dictis verbis conſtat. quod in ſuc-
ceſsione maioratus ex peculiari eorũ
natura libenter admittimus,quãuis in
fideicommiſsis atque alijs ſucceſsio-
nis ſpeciebus oppoſitum iure recep-
tum videamus ex.l.ſi in area.ff.de cō-
di. in deb.l.41.tit.28.part.3. & conſtat
ex Fano.de Pignori.4. memb.5.partis
nu.8.Capra. conſi. 45. punctus & per
l. qui exceptionem. §. 1. de conditio.
indebi.Valaſcus de iure emphiteo.1.
part.quæſt.25.numero. 25. in fine.
¶ Secundo non minus proprie dedu 4
ci poteſt abſq; vlla acceptatione ſequē
tis ſucceſſoris transferri in ipſum natu
ralem & ciuilem huius.l. poſſeſsionē
cum ſtatim mortuo patre vel alio legi
timo poſſeſſore cauſetur ea translatio
confirmãdo in hoc quod ſcripſit Mie
res in tracta.maiora. 3. p.q.3. per totã
immemor horum verborum, *luego ſin*
*otro acto de aprehēſion*, quibus fortitet tra
dita ab ipſo confirmantur. ¶ Tertio 5
venit decidendum quod vidi contro-
uerſum in hac regia chancellaria ex di
ctis verbis, *luego*, an ſcilicet maioratus
poſſeſſor ſucceſſerit iure directo vel
obliquo ad effectũ vt teneretur de re
ipſius maiorat⁹ poſt mortem integre
reſtituenda ſatisdare & vt ſequens in
vita ipſius ex dilapidatione bonorum
poſſet ab eo ſucceſsionē vendicare, &
cum.l.in ſequētē dominiũ atq; natura
lē poſſeſsionē abſq; tertij reſtitutio-
ne ſeu alicuius miniſterio ſtatim mor-
tuo poſſeſſore transferat,ſecure dicē-
dũ videbatur ſuccedere iure directo
& non obliquo cum directa ſucceſsio
ſit quæ à ſolo iure delata capitur abſq;
hominis miniſterio.& obliqua quę fa
ctum alterius ſeu miniſteriũ præciſſe
requirit ex communi ſententia Baldi
in.l.fin.num.12.&. 13.C.de Sacroſan.
Eccleſijs & omnium in.l.Centurio.ff.
de vulgari.ex quo & alijs ingenioſe
conſideratis noſter Peralta in l.3.§ qui
fideicommiſſam num.27.28. &.29. ff.
de hæred.inſtituen. conſtanter credi-
dit omnes ſucceſſores maioratus vni-
uerſalis regia licencia præcedente in-
ſtituti eſſe directos hæredes inſti-
tutoris & non obliquo iure ſucce-
dere. Cuius ſententiam libenter am-
plector & in omni maioratu Hiſpa-
niæ procedere intrepide teneo,tã ex
adductis ab eo quæ proprie ad omne





primogenium adaptantur, quã quod
vt nouiter in gloſſ. 6. huius. l. dicen-
dum erit, poſſeſsio hæc ab ipſa digni-
tate maioratus perſona ficta in reli-
quos ſucceſſores in infinitum tranſ-
fertur, vt quia penes ipſam perſonam
fictam erat & nomine ipſius poſſeſſor
ea reuocabiliter vtebatur & conſe-
quenter nulla datur ibi poſſeſſoris re-
ſtitutio ſeu factum hominis quod ſuc-
ceſsionem de directa obliquam effi-
ciat: maxime quia ſicut primi vocati
inſtitutio directa fuit ita & omnes ſub
ſtitutiones in perpetuum directe cen
ſerētur, cum eodem momento atque
iure & ex ipſis verbis quibus primi in-
ſtituti vocatio formatur, reliquæ in
perpetuum ſubſtitutiones naſcituro-
rum formentur & naſcantur:ita quod
ex tunc vnica tantum vocatione inſti
tutoris plures inſtitutiones directas
feciſſe, atque omnes ſucceſſores etiã
naſcituros inuitaſſe credatur vnum
poſt alium ſucceſsiue in infinitum vt
bene probauimus in.l.40. Tauri ver-
bo repreſentē. Quomodo enim poſ-
ſet verificari ſuccedere iure obliquo
in ſucceſsione,quæ à lege defertur vel
ex conſuetudine deriuatur, vbi nulla
datur hominis prouidentia certe ne-
quaquam & ita foret diminuta ſentē-
tia Molinę cum ad primogenia Hiſpa
niæ quę ex conſuetudine conſtãt non
poſsit vlla congrua ratione adaptari.
quibus & alijs fundamentis ductus cō
ſtanter defendi iure directo poſſeſſo-
res ſuccedere, & hinc quēlibet retine
re qualitates directi hęredis & eſſe do
minum verum rerum maioratus ad
6 vitam. ¶ Nec me fugit doctiſsimũ
Molinam lib.1.c.14. per totum diligē
ter impugnaſſe Peraltæ ſententiam &
iure obliquo ſuccedere poſſeſſores te
nuiſſe, qui ibi dicit nu.12. eſſe ſucceſſo
rem fideicomiſſarium non proprie &
exacte ſed improprie & largo modo
inferens ex eo in cap.15. per totũ, ma-
ioratus poſſeſſorē teneri de re ipſa ma
ioratus reſtituenda adueniente die re
ſtitutionis ſatisdare & ſtatim in.c.16.
poſſe ſequentem ſucceſſorē ex poſſeſ-
ſoris dilapidatione ſucceſsionem ven
dicare,quæ ſunt propria ſucceſsionis
obliquæ. ¶ Quia his ingenioſis ar-
gumentationibus & vtiliter deductis 7
illationibus reſpōdetur quod licet pri
mus ſucceſſor maioratus tanquam di-
rectus hæres ſucceſſerit & nullo pa-
cto valeret deſinere eſſe hæredem nō
ideo ſecundo inſtitutus ſuccedit per
fideicommiſſum vt Molina exiſtima-
uit: imo omnes ſucceſſores tam nati,
quam naſcituri directi hęredes fuerũt
inſtitutoris in prima inſtitutionis vo-
catione comprehēſi & quanuis ex eo
quod vnus poſt alium ſuccedit, videã-
tur ſuccedere iure fideicommiſsi etiã
ſi per verba communia vocarentur ex
gloſſ. in. l. verbis ciuilibus de vulgari
quam Molina ad idem refert:cum ta-
men non ſuccedant ex reſtitutione
ſed ab ipſa dignitate maioratus perſo
na ficta penes quam reſidebat ſucceſ-
ſio l. iubente transferatur in ſequentē
ſucceſſorem abſq; alicuius miniſterio
non poterit dici ſecundum vocatũ ſuc
cedere iure obliquo ſed potius iure di
recto.ex vtroque enim latere conſide
ratur miniſteriũ hominis vt ſucceſsio
dicatur obliqua actiue ſcilicet & paſsi
ue, ex parte poſſeſſoris & vocati, quod
in hac ſpecie ſucceſsionis non admitti
tur.cum & à principio directe vocati
eſſent & ex poſt facto à ſola lege trãſ-
latio poſſeſsionis fiat maxime in hijs
primogenijs quæ cōſtant à natura le-
gis ſeu antiquiſsima conſuetudine.

¶ Ex quo deducitur clara ſatisfa- 8
ctio ad illationes quas noſter Molina

in cap.15.&.16.ſcripſit: vt quanuis aliquib⁹ caſibus teneatur maioratus poſſeſſor ſatis dare de reſtituendis bonis ipſius maioratus adueniente die reſtitutionis de quibus per eum in.d.c.15. id ex eo non procedat quod ſucceſſor obliquus ſit, ſed verius quia non eſt dominus ſucceſsionis ſed tantum ſubſtantiæ & hoc etiam reuocabiliter ad vitam eius reſtrictum: ſicut omnes qui domini ſunt ad tempus de quib⁹ in. l. Sempronius Athalus de vſu fructu & per Molinã. libr.1. cap. 19. per totum vnde ex cauſa legitima poterit, quanuis iure directo ſuccedat, compelli ad prȩſtandam ſatisdationem: ſic etiam quanuis ſucceſſor ex cauſa dilapidationis valeat in aliquibus caſibus à poſſeſſore ſucceſsionem vendicare de quibus Molin d.cap,16. id non procedit ex eo quod iure directo non ſuccedatur ſed potius ex.d.ratione.

9 ¶Sed an dum dicit lex noſtra, *luego ſin otro acto*, ſit intelligenda etiam ſi poſſeſsionis translatio vtilis nõ ſit ſucceſſori vel tantũ quãdo vtilis eſt, vidẽdus eſt Mieres in tracta. maiora.4.par. quæſt.23.num.54.cum alijs.

*SVMMARIVM.*

*Dominium an transferatur in ſequentẽ ſucceſſorẽ abſq; actu apprehenſionis. nu. 1.*

*Vera ratio decidendi ad l. & intellectus. l. 7.tit.4.parti.5.num.1.*

*Poſſeſsio vera eſt quæ transfertur authoritate huius legis & non ficta num. 2.*

*Poſſeſſorium de quo in hac l. habet admixtã cauſam proprietatis num.3.*

*Quaſi poſſeſsio incorporalium tranfertur authoritate huius legis num.4.*

## Ad.l.45.gloſſ.5.

IBi *ſe traſpaſſe la poſſeſsion*, de dominio idem videbatur conſtitutũ in.l.quoties. C. de donatio. quæ ſub modo & de poſſeſs.in,l 7.tit.4.part.5. vt pro cõſtanti reſoluit Molin.lib.3.cap.12.nu. 2,vſq; ad num,4.dicens ibi nu.5. quod quia non erat ſpecifice diſpoſitum id in ſucceſsione maioratus ſumme conueniens fuit conſtituere. Ego tamen crederem alia ratione fuiſſe coactos conditores huius legis nẽpe quia per l.quoties non erat clare deciſſum trãſferri dominium ipſo iure in ſequentẽ donatarium poſt mortem primi. ſed ſolum conſtitutum competere eidem perſonalem actionem vt reſoluit Couarrub.lib.1.variarum.cap.14.nu.3.cũ alijs neque etiam per.l.partitæ cõpertum erat transferri ipſo iure poſſeſsionem in ſequentẽ donatariũ ſed quod à tempore mortis donatarij tertius potuiſſet acquirere poſſeſsionem vt cõſtat ex verbis eiuſdem ibi, *y de aquel dia en adelante ganarian la poſſeſsion y el ſeñorio*, quæ ita ſunt intelligenda vt minus corrigãt ius cõmune ex Gomez Arias in.l.43.Tauri. num,5. Gomezius in. l. 40.num.28.Couarru.lib.1.c. 14. nu.5. vnde neceſſario.l.noſtra decreuit trãſferri poſſeſsionem ipſo iure in ſucceſſorem ad vere reijciendam prædictã controuerſiã, imo vt magis ad rationẽ decidendi accedamus non ex ȩo principaliter.l.noſtra condita fuit, ſed ad omnino tollendã aliam longe difficiliorem ſcribentiũ dubitationem, quæ multũ ipſorũ animos aſtringebat, ſcilicet an poſſeſsio rei quæ penes tertiũ erat ipſo iure poſſet trãsferri in ſequẽtẽ ſucceſſorẽ de qua dicẽdũ erit in. gl. verb. *aunq̃ otro aya tomado la poſſeſsiõ dellos*. 1

¶Quo ſic vtiliter conſiderato ampliabis deciſsionẽ noſtræ legis vt ea quæ transfertur ſit vera poſſeſsio, quanuis abſque actu corporali transferatur vt in ſimili ſtatuto tenet Bald. num. 1. per tex.ibi in. cap. contingit de dolo. & contuma.& reſoluunt Decius cõſi. 467.Ruin. conſil.18.vol.1. Soccin.in.l. rem quæ nobis verſic.4 & vltim. ff. de acquiren. poſſeſſ. Benedictus in capit. Raimuntius verbo mortuo itaq; teſtatore.2.num.72. de teſtamen. & his nõ relatis referendo Tellum Gomez & alios in ſpecie noſtræ.l.cõprobat Molina lib.3 cap.12. num.19. 2



3 ¶Secundo ampliabis vt ea poſſeſsio admixtã habeat proprietatis cauſam: ita quod in poſſeſſorio quem obtinere nequeat, niſi verum ipſius maioratus poſſeſſorem antea ſe liquidiſsime probauerit vt dicendũ erit in gl. *que ſegun la diſpoſicion del mayorazgo deuiere ſucceder*, & in ſimili ſtatuto deducitur à Baldo in rub. de cauſa poſſeſſ. & proprietat. num. 3. dicente quod in ſtatuto transferente poſſeſsionem defuncti in hæredem abſque actu corporali apræhenſionis agẽdum eſt de proprietate, quod plurimos referens ſequitur Tiraq.in tracta. le mort.2.part. declaratione.2.num.1.&.2 & ita plurima interdicta poſſeſſoria quæ admixtam habẽt cauſam proprietatis refert Molina.cap.13.lib.1.num.9. cum alijs vbi.num.12.ex eo infert exceptiones tangentes cauſam proprietatis admittẽdas eſſe in eo poſſeſſorio aliaquȩ cõducibilia in propoſitum adducit.

4 ¶Tertio amplia non ſolum in poſſeſsione rerum corporaliũ ſed in quaſi poſſeſsione incorporaliũ: vt in ſpecie ſucceſsionis maiorat⁹ reſoluit Mẽchac.lib.1.de ſucceſſ.creat.§,10.num. 25.26.&,27.relatus & ſequutus à Molina lib.3.c.12.nu.23.

*SVMMARIVM.*

*Ratio dubitandi ad. l. fortiſsima adducitur. num.1. vſque ad num. 4.*

*Naturalẽ poſſeſsionẽ impoſsibile videri poſſe tranferri abſq; actu apprehẽſionis.nu.1.*

*Poſſeſsio an poſsit a lege cõſtitui quod trãſferatur abſque actu apprehẽſionis. nu.2.*

*Poſſeſsio in emphiteotam feudatarium & fideicommiſſarium an transferatur abſq; actu apprehenſionis.num.3.*

*Poſſeſsio quæ transfertur ex ſtatutis Italiæ non eſt naturalis, ſed ciuiliſsima ficta & artificioſa.num.4.*

*Ratio decidendi ad. l. nouiter conſideratur. num.5. cum alijs.*

*Maioratus dignitas eſt quædam perſona ficta & a iure repreſentata. num.7. vſq; ad finem gloſſæ.*

*Poſſeſsio quæ reſidet penes aliquem nomine dignitatis abſq; actu traditionis vero vel ficto transfertur.num.8.*

*Translatio huius poſſeſsionis quæ penes dignitatem maioratus reſidet, perpetua eſt in omnes. num.9.*

*Poſſeſsio quæ transfertur in ſequentem an ſit eadem in ſubſtantia & effectu quam defunctus habebat.num.10.*

¶Gloſſ. 6. l. 45.

IBi, *ciuil y natural*, hæc eſt principalis cõſtitutio noſtræ.l.iunctis verbis infra dicẽdis & explicandis ibi, *aunq̃ otro aya tomado la poſſeſsion dellas en vida del tenedor del maiorazgo, o en muerte, o el dicho tenedor le aya dado la poſſeſsion dellas*, ex quibus clariſsime conſtituitur non ſolum ciuilem, ſed & naturalẽ poſſeſſeſsionẽ rerum quæ in tertiũ alienatæ ſunt transferri in ſequentẽ ſucceſſorẽ maiorat⁹ abſq; actu apprehẽſionis ipſi⁹ vero vel ficto in quo nõ tantũ morali atque ciuili rationi aduerſatur ſed & iuri naturali omnino pugnans videtur, cum vtrunque ius naturalem apprehenſionis actum requirat ad transferendam poſſeſsionem quæ naturalis nuncupatur & aliter fere impoſsibile ſit naturali iure pugnante vere 1

tranſferri naturalem poſſeſsionem ne
que lege poſsit conſtitui vt probaue-
runt Bald.in.l,1. in princip.num. 1. C.
communia delegatis. Aretin. in. l.1.
num.23.de acquiren.poſſeſſ. Afflictus
deciſſ.239.Segura in.l. quemadmodũ.
de acquiren. poſſeſſ.

¶Maxime ſi bona de quorum trãſ-
latione poſſeſsionis ageretur in tertiũ
eſſent alienata,quia tunc etiam tenen
tes poſſe lege cõſtitui tranſferri poſ-
ſeſsionem abſque actu apprehenſio-
nis eius tranſlationem ſecure impug-
nauerunt vt latius dicẽdum erit in gl.
2 verbo, *aunque otro aya tomado la poſſeſsiõ
dellos*: quorũ ſententiam quanuis mul
ti improbauerunt dicentes poſſe legi
permitti huiuſmodi tranſlationem vt
cõſtat ex Bald.in.l.fin.C. de ſacroſan.
eccleſijs.Benedict.in cap Raynuntius
verbo mortuo itaque nu.71. Caſſane.
in conſuetud.Burgund.Rub.7.§.1.nu.
15.Tiraquel.in tracta.le mort.1.part.
declaratione.6.num. 5. Anton. Gabr.
libr.5.commu.opinion.titu. de acqui.
poſſeſsi.concluſione.9.nume.5. & ex
noſtratibus Suarez in.l.8.tit.de las he-
rencias.lib.3.fori.num.15.Grego.in.l.
6.gloſſ.penult.titul.30.part.6.Anton.
Gomez. in præſenti nu. 111. Gomez
Arias nu.7.Couarr. lib.3.variarũ.c.5.
nu.6. verſ. cęterũ & neminẽ referens
præter Anto.Gomez.Moli.lib.3.cap.
12.nu.16.

¶Etiam ſi bona penes tertium fue
rint vt plures probauerunt quos refe-
ram in gloſſ.verbo,*aunque otro aya toma*
3 *do la poſſeſsion*, tamen quia fere omnes
in ſtatutis Galliæ & Italiæ proprie
loquuntur,& noſtrates, ipſorum fun-
damentis & authoritate mouẽtur, ma
le reſpondetur ad noſtram.l.ex ſimili-
tudine eorum ſtatutorum dicendo
poſſe per eam. l. permitti huiuſmodi
tranſlationem cum prædicta ſtatuta
loquantur in longe diſsimili ſuceſsio-
nis ſpecie, & ad noſtram proprie non
valeant ad aptari neque in ſimilibus
ſucceſſoribus & ſucceſsionum ſpecie
bus itali & Galli tranſlationem per-
miſiſſent vt in poſſeſſore tẽporali pro
bauauit Tiraquel.in tract.le mort. 2.p.
declaratione. 3. per totam & in fidei
commiſſario tradit ipſe,d. 2. parte de-
claratione.11.per totã & in feudatario
declaratione. 5. & in emphiteota de-
claratione.6.& in eiſdem tradit Gabr.
d.reg.9.num.10.11.&.12. & econuer-
ſo nos loquamur in diſsimili tranſla-
tione vt aduertit Molina.lib.3.cap.12.
num.6.dicens queſtiones Tiraque. ad
noſtræ legis interprætationem non-
eſſe neceſſaris.

¶Iterum & male ex eiſdem ſtatu- 4
tis ad noſtram ſpeciem tranſlationis
argumentamur. Quia poſſeſsionem
quam tranſferri Itali & Galli conſti-
tuerunt,non eſſe naturalem, ſed ciui-
lem nuncupari dixerũt vt reſoluit Ti-
raquel.in. d..tracta.5.part. declaratio.
6. imo.& ciuiliſsimã eſſe fictam & ar-
tificioſam reſoluit ipſe Tiraquel d. tra
cta.1.part. decla. 7. per totã plurimos
eius opinionis authores.ibi, num.5.re
ferens vnde ad noſtram fortiſsimã le-
gem alia ratio quærenda eſt.

Quare omiſsis quæ noſter Gome-
zius laborioſus ſcripſit.d. nu. 111. per 5
totum & quæ Ioannes à Matienço in
l.8.titu.7.libr.5.nouæ recopila.gloſſ.9.
per totam aliquantulum bene addu-
xit ab origine conſiderãdo veram ra-
tionem noſtræ legis dicendum exi-
ſtimaui quod in ea tranſferri poſſeſsio
nem naturalem abſque vllo actu ap-
prehenſionis etiam ſi tempore mor-
tis poſſeſſoris penes tertium reperia
tur intelligendum ſit ab effectu vt
ſcilicet omnes effectus naturali poſſeſ
ſioni attributos tranſlatio ciuiliſsime
ope



operetur fingens.l. iſta factum tradi-
tionis item & animum qui in facto cõ-
ſiſtit in ea tranſlatione poſſeſsionis in
teruenisſe vt hac artificioſa fictione &
ingenioſa cautela in ſequentem ſuc-
ceſſorem diceretur proprie tranſlata
poſſeſsio naturalis ab effectu quẽ ope
ratur ipſa tranſlatio ciuiliſsimæ poſ-
ſeſsionis.quod efficere potuit lex: cũ
effectus naturalis poſſeſsionis vt com
moditates & fructus ipſius,à iure ciui
li ſint inuenti:data igitur tranſlatione
effect⁹ poſſeſsionis naturalis,neceſſa-
rio fatendum eſt veram naturalẽ poſ-
ſeſsionem eſſe tranſlatam cui effectus
in ſeparabiliter ahdærent tanquam à
cauſa efficienti procreati.

6 ¶Quæ ingenioſa conſideratio ad
huc ſcrupulo non caret, cum eadẽ ra-
tio dubitandi ſuperſit circa tranſlatio
nẽ effectus poſſeſsionis naturalis quæ
penes tertium reſidebat abſque actu
aprehenſionis quæ in transferenda ip
ſa naturali poſſeſsione verſabatur, cũ
etiam ſi lex poſſet transferre effectus
ipſius naturalis poſſeſsionis non ſibi
liceret habitam à tertio poſſeſsionem
abdicare & nullo apprehẽſionis actu
præcedente ſequenti ſucceſſori maio
ratus eam tribuere, vel ſi liceret per
noſtram l.ratio tranſlationis incogni-
ta ſit. ¶Quare vt vera decidẽdi ra-
7 tio pateat aduertendum eſt quod dig-
nitas maioratus eſt quædam perſona
ficta à iure repreſentata, veluti quidã
homo mutus,qui ſi poſſet loqueretur
vt in ſimili dignitate aduertit. Iſernia.
lib.3. conſtit. Regni.Siciliæ tit. de rei
vxor.acti.per tex in.l. peculium naſci
tur de peculio. l. 1. ff. de ſtipu.ſeruo.l.
mortuo de fideiuſſo. ibi, *quia hæreditas
vicæ perſonæ fungitur*,atque ita dignitas
ipſa maioratus retinet omnia iura &
priuilegia ſucceſsionis, & omnes effe
ctus ipſius qui ab ea dignitate perſona
ficta, penes quam reſidebant,deriuã-
tur in alios ſucceſſores:ita quod quili-
bet poſſeſſor vicem ipſius dignitatis
gerendo eius ſucceſsionis ſubſtantiæ
ad vitam dominus fit. & ſicut ab alum
na puer nutritur ita ex fructib⁹ ipſius
dignitatis ipſe alitur & mortuo viuit
ad huc dignitas quæ variatione perſo
ne tenentis eam non variatur ſed reti
nens omnes commoditates quam alũ
no præſtabant in figuram perſonæ fi-
ctæ non vacans per momẽtum alium
filium alendum quærit cuius oſsibus
ad hæreat & cum quo fiat vna ſubſtan
tia & ita ſequentem vocatum ad bona
ipſius maioratus proximiorem inue-
niens in eo radicatur & ipſum ample-
ctitur & conſequenter omnes effect⁹
quos ipſa dignitas parit vt commodi-
tates ſucceſsionis & inter eas poſſeſ-
ſionem, quæ vtilior commoditas eſt,
in eum ſucceſſorem transfert abſque
vllo apprehenſionis actu vero vel fi-
cto , etiam ſi tertius eam occu-
pauerit cum poſſeſſor qui bona aliena
uerat à dignitate ad vitam tantum ea
acceperit,& nomine ipſius dignitatis
poſsideret & conſequẽter nullius mo
menti ſit tranſlatio eius poſſeſsionis
alienæ. ¶Quæ veriſsima ratio deci 8
dendi non a capite ſed a iuris receptis
principijs deducta aſsignatur cum re-
ceptum habeamus quod poſſeſsio quę
reſidet penes aliquẽ nomine dignita-
tis vt apud Epiſc. nomine eccleſ. ver-
ſatur,continuatur in eius ſucceſſorem
in cõſequentiam eius dignitatis abſq;
vllo apprehẽſionis actu vero vel ficto
etiam ſi tertius eam occupauerit cum
ſemper foret penes eccleſiam perſo-
na ficta quæ non moritur neq; varia-
tur quanuis prælati eius mutentur vt
eleganter probat Innocẽt.in cap.cum
ſuper de cauſa poſſ. & propriet. & in
cap. cum infra de teſtam. & ipſum lau

dando Paul in.l.ſi ſoror poſt medium.
C.de iure deliberã.Guid. Papa deciſs.
355.vtrum prælatus. & iterum deciſſ.
629.& conſi.188.incipit in materia in
in princ. & plurimi relati & ſequuti à
Tiraquel. in tracta. de iure conſtituti.
3.part,limitat.16.num.3.

Quæ translatio perpetua erit ab ip
9 ſa dignitate in omnes ſucceſſores in
infinitum vt in ſimili dignitate maio-
ratus bene reſoluit Bart. in.l.1. C. de
dignit, lib.11.ſequutus a Tiraquelo de
nobilitate.cap.15.num.2.ex quo pro-
prie verba noſtræ legis ibi, *aunque otro
aya tomado la poſſeſsion dellos en vida del
tenedor del mayorazgo,o el muerto*, vt ſcili
cet nihil impediat eſſe penes tertium
poſſeſsionem,cum poſſeſſor qui eam
tradiderit reuocabiliter domin⁹ eſſet.

¶Venit etiam confirmanda quædã
01 communis & recepta ſententia dicen
tium poſſeſsionem hanc quæ transfer
tur noneſſe eamdem in ſubſtantia &
effectu quam defunctus habebat, cũ
poterat nullam habere vt quia renun
ciauit vel alienauit eam, ſed potius a-
liam penitus diuerſam de qua per Gre
gor.in.l.7.tit.4.part.3.gloſſ.1.poſt me
diũ.verſic ſed quid ſi iſte per Gomez.
Tiraq. & alios quos refert & ſequitur
Molina lib.3.capit.12.num.22.verſic.
ſed verius. quę ſententia in eo funda-
tur quod cum poſſeſsio penes ipſam
dignitatem perſonam fictam reſideat
& maioratus poſſeſſor ea vtatur,in cõ
ſequẽtiam eius dignitatis ita quod ab
eo non deferatur.Sed ab ipſa dignita-
te in poſteros deriuetur & poſſeſſores
a ſe ipſis bona abdicauerint & inter-
tium tranſtulerint vacante ſucceſsio-
ne per mortem poſſeſſoris non pote-
rit dici in ſequentem transferri eam-
dem poſſeſsionẽ quam defunctus ha-
bebat,cum nullam haberet, ſed longe
diuerſam ſcilicet quæ erat penes dig-
nitatem & hoc modo intelligendum
eſt eſſe diuerſam poſſeſsionẽ quæ per
actũ vocationis transfertur ab ea quã
defunctus habuit vt ſcilicet quæ ad
effectum & ſubſtantiam diuerſa, ſit
quoad qualitatem eadem vt intelligẽ
do alios qui contrarium exiſtimaue-
runt reſoluit Molina.d.lib.3. capit.12.
numero.22.

### *SVMMARIVM.*

*Ratio.l.9.titul.7.lib.5.nouæ recopilationis adducitur, num.1.*
*Poſſeſsio in eum transfertur, quem conſtiterit eſſe verum primogenij ſucceſſorẽ & non incapacem, num. 2.*
*Poſſeſſorium huius. l. habet ad mixtam cauſam proprietatis & inde ad remedia poſſeſſoria adipiſcendæ retinendæ & recuperandæ & ad id quod interim nuncupamus infertur.num.* 3.
*Fiſcus non habebit remedium poſſeſſorium huius legis.num* 4.
*Petens ſimpliciter poſſeſsionem maioratus, omnium rerum in maioratu contentarũ petitam eſſe cenſeri.num.* 5.
*Petitorium intentans præiuditio afficit poſſeſſorium. num.6.*
*Sententia in proprietate pro poſſeſſore lata, interdictum poſſeſsionis reſtitutorium aduerſus illum competens excludit.nu.7.*
*Via ex executiua extinguitur ſi quis actionem ordinariã intentauerit num.* 8.
*Poſſeſſorium per decennium de iure communi extinguebatur. num.9*

# Ad.l.45. gloſſ.7.

IBi, *en el ſiguiente en grado*, qui ſecundũ 1
inſtituentis maioratũ diſpoſitionẽ
ad ſucceſsionẽ ſit admittendus. Quia
in eum ſtatim transfertur ciuilis & na
turalis poſſeſsio etiam rerum quæ pe
nes



nes tertium erant.plerunq; tamen cõ-
tingere poterat quod maioratus poſ-
ſeſſore mortuo aliquis in iuſte deten-
tationem habens armis & violentia
eam defenderet, indeq; tumultus &
ſeditiones naſcerentur,atq; forſam &
veriſimiliter paſsim neces euenirent
ſi vere ſucceſſor propria authoritate
ex poſſeſsione in ipſum translata de-
tentatorem expellere prætenderit.
Quare Regis conſiliarij remediũ
quodam ſingulare inuenerunt quo
actualem tenutam maioratus ſucceſ-
ſores ſummarie acquirerent, nõ quod
inde poſſeſſores effici intelligantur:
ſed quod eius poſſeſsionis quã a lege
acceperant forent ex tunc a iudice in
ueſtiti.conſtituentes in.l.9.tit.7.lib.1.
nouæ recopilat. quod ſi mortuo poſ-
ſeſſore maioratus eius ſucceſſor intra
ſex mẽſium ſpatiũ adie mortis poſſeſ-
ſoris in iuſte acquiſitam detentationẽ
impugnando verum eius rei maiora-
tus poſſeſſorem eſſe atque in ipſum
ſuiſſe trãslatam ciuilem & naturalem
primogenij poſſeſsionem iudicialiter
declarari non petierit, eo tempore
tranſacto ei denegetur edictum poſ-
ſeſſorium, circa cuius conſtitutionis
veram intelligẽtiam vltra plurima no
tatu digna & elegãti ſtilo adducta per
Molinam lib.3.cap.12.& 13.non nulla
ſatis conducibilia in propoſitum ad-
ducentur. ¶Primum remedium
2 huius.l.intra ſex menſes competere
ſucceſſori qui vere ad maioratũ erat
admittendus vt quia patris prædefun-
cti perſonam repræſentaret, vel quia
aliter ex ipſa maioratus inſtitutione
conſtat eſſe verum ſucceſſorem:alias
ſi vel non conſtiterit,vel eſſe in capa-
cem ſucceſsionis apparuerit, non erit
locus tranſlationi poſſeſsionis neque
remedio huius.l.vti poſſet tam ex ver
bis. l. ibi. *que ſegun la diſpoſicion*, quam
quod in ſimili ſtatuto idem poſt Bald.
& alios reſoluit Molina.lib.3.cap.13.
num.24.&.25.Mieres de maioratu.3.
part.quæſt.24.num.4. &. 5.
¶Ex quo deducunt exceptiones
quæ ad petitorium proprie expectant 3
in eo poſſeſſorio eſſe admittendas di-
centes habere cauſam vere proprieta
tis admixtam, & inde ad plurima inſe
rentes & ſpecialiter de illegitimo, fu-
rioſo,infante ventre, & alijs ſimilibus
meminerunt dubitantes an vti valeãt
eo poſſeſſorio edicto & an remedia
poſſeſſoria adipiſcendæ retinendę &
id quod interim nuncupamus poſsint
iuridice cumulari, aliaque plurima de
poſſeſſorio ſatis ad longum explicue-
runt quæ ex propoſito ommittere de
creuimus cũ facile poſsint legi à Mo-
lina.d.cap.12.&.13.Mieres.lib.3,q.15
16.&. 22. & à quodam moderno Ma-
tienço in.l.9.tit.7. lib. 5. nouæ recopil.
per totam. ¶Secundo ex dictis ver- 4
bis & reſolutione deducitur quod cũ
ſequens in gradu tantum qui ſecundũ
diſpoſitionem inſtituentis eſt admittẽ
dus,vti valeat poſſeſſorio non poterit
fiſcus bonis confiſcatis idem remediũ
intentare neque ſtatim mortuo ciuili
ter vltimo primogenij poſſeſſore in
fiſcum poſſeſsio diceretur trãslata an-
te actualem eius apprehenſionem, cũ
non ſit ſequens in gradu, neq; in voca
tionibus compræhenſus imo à verbis
inſtitutionis & mente inſtitutoris ex-
traneus, neque ad ipſum vlla ratione
etiam tacita & ſubintellecta conſti-
tutio noſtra adaptetur vt in ſpeciẽ
poſt Boerium deciſsione.272. nu.10
Boſiũ & alios reſoluit Mieres de ma-
ioratu.4.part.quæſt.23.nu.66. qui ecõ
uerſo in.3.part. quæſt. 19. per totam
agit an prætendens admitti ad maiora
tũ & bona nõ eſſe cõfiſcata habeat re-
mediũ poſſeſſoriũ aduerſus fiſcum.

¶Ter-

5 ¶ Tertio quod petendo ſequens in gradu ſimpliciter poſſeſsionem maioratus, omnium bonorum petita eſſe cenſetur ac ſi ſpecifice cuiuslibet rei particularis peteretur, quia cum verbum maioratus ſit quid vniuerſale plures in ſe res vel ſpecies cōtinens ſicut hæreditas dos peculiū & legitima, omnia & ſingula eius maiorat⁹ bona ſub ea vocatione compræhenſa cenſentur. l. 4. l. item videndum. ff. de petitione. hæred. l. non ſolemus. ff de iudicijs. omnes in. l. quæſitum. de peculio. l. Iulianus. l. ſi quis cum totum verſi. fin. ff. de exceptione rei iudica. omnes in rubric. ſoluto matrimo. præcipue Iaſſ. numero. 29. Ripa. num. 47.

6 ¶ Quarto quod ſi ſequens in gradu petitoriū ſimpliciter intentauerit præiuditium efficeret poſſeſſorio ex doctrina gloſſ. 2. in. l. ſi duo in princ. ff. vti po. quam ibi ſequuntur Bart. & omnes in. l. naturaliter. §. nihil commune de acquiren. poſſeſſ vbi Ripa. nu, 126. dicit cōmunem & in ſpecie plurimos referens Burg. de Paz conſ. 39. num. 7.

7 per totum. ¶ Ideo ſententia in proprietate pro poſſeſſore lata, interdictum poſſeſsionis reſtitutorium aduerſus illum competēs excludit vt notant Ioann. Andre. Anton. & Abb. in cap. paſtoralis de cauſ. poſſe. & probat tex. in cap. cum dilectus eod. tit. Ang. Imol. Aret. Alexan. & Iaſſ. in. d. §. nihil commune vbi Ripa. num. 35. Decius conſi. 190. num. 9.

8 ¶ Sic in ſimili caſu videmus quod ſi valens vti via executiua actionem in præiudicium ordinariæ deduxerit præiudicium efficeret Iudicio ſummario vt reſoluunt Suarez in. l. poſt rem in fine verſic. finaliter de re iudic. Marāta de ordine iudiciorū. 6. par. actu. 8. verſ. inſtrumentorū nu. 14. & in diſputatione. 6. num. 24. & 28. quod elegantiſsime declarat Borgnin⁹ Caualca. deciſsione. 1. num. 16. cum alijs & bene Burg. de Paz. d. conſi. 39. num. 7.

¶ Quinto, quod ſi is in quem iure 8
transfertur poſſeſsio longa decem annorum obliuione edictū poſſeſſoriū intentare diſtulerit eam poſſeſsionē translatam in ſe amitteret per tex. & gloſſam in. l. fundum in fin. ff. de vſu cap. l. ſi de eo. §. ſi forte cum gloſſ. ibi. ff. de acquiren. poſſeſs. l. ſi id quod in princip. vbi gloſſ. &. l. ſi is qui animo vbi gloſſ. fin. ff. eod. tit. gloſſ. in. l. cum quærebatur. ff. vnde vi. & in. l. 1. C. de ſeruis fugiti. & probant Corne. conſ. 280. volum. 3. ad fin. Ruin. conſi. 127. colu. fin. lib. 1. Afflictis deciſſ. 40. colu. penul. Gratus conſi. 75. num. 14. vol, 2. Tiraquel. de iure cōſtit. 5. part. limita. 21. per totam & in terminis Grego. in l. 10. titu. 24. part. 4. verbo, *nile empece*, col. 5. poſt medium verſic. quod ſi dicatur. & tradit Latius Mieres in tract. maioratus. 3. part. quæſt. 6, per totam. & alia ad propoſitum huius gloſſę videnda ſunt per Molinam. d. capit. 13. per totū maxime ex num, 56. vbi agit de interpætatione d. l. 9.

## SVMMARIVM.

*Scriptura an ſit neceſſaria ad poſſeſſorium huius. l. numer. 1. cum alijs vſque ad numerum. 7.*

*Remedium edicti Diui Adriani an competat abſque ſcriptura num. 2.*

*Remedium executiuum dari non poſſe abſq; ſcriptura. num. 2.*

*Lex noſtra correctoria videtur num. 3.*

*Lex iſta declaratoria Iudicatur, num. 4.*

*Petens maioratum debet probare eſſe verū ſucceſſorem. num. 8.*

*Vocatus diceretur nō ſolum qui expreſſe vocatur ſed cuius vocatio ex coniecturis deducitur. num. 9.*

Ad



# Ad l. 45. gloſſ. 8.

1 IBi, *que ſegun la diſpoſicion del mayorazgo aeuiere ſucceder en el*, duo ex his verbis notabilia examinanda ſe offerunt. Primum an ſit neceſſarium quod maioratus conſtet ex ſcriptura vt remedium poſſeſſorium huius. l. locum habeat ſecundum an prætendens ſuccedere prius ſe docere debeat verū eius ſucceſſorem quam edictum poſſeſſorium eidem concedatur. ad primum dicendum videtur neceſſariam eſſe ſcripturam ex verbis legis ibi, *que ſegun la diſpoſicion del mayorazgo*, quæ non aliter proprie videntur poſſe verificari, & quia ſi remedio edicti. D. Adriani nſtrum adæquare velim⁹ neceſſario fateri debemus nō cōpetere niſi ei qui ex teſtamento clare vocatur vt in. l. fina. C. de edict D. Adriani tollēdo omnes ſecure fatentur & in ſpecie Alexand. num. 22. Iaſſ. 23. Decius. 39.

2 ¶ Si vero proprius loquēdo noſtræ l. remedium executiuo æquiparemus dubitari nō poteſt, quin aliter concedi non valeat quam ſi ex ſcriptura iuſtificetur via executiua & ſummaria ex gloſſ. ſingulari in. l. 1. §. ſed conſulto ff. de hijs quæ in teſtam. delent, quam ibi ſequuntur Bart. & Bald. dicentes quod cum priuilegiū executionis fundetur in ſcriptura ſi forſam perdita ſit & tenor eius probetur non erit agendū via executiua, ſed ordinaria. quod ſequitur ibi Paul. & in. l. noſtram ad finem. C. de teſtamēt. Felin. late in cap. ſicut colum. 3. de re iudic. Hypolit. in rubr. C. de probatio. num. 323. Suarez in. l. poſt rem. 3. limitatio. ad. l. regni

3 per totam. ¶ Quod quidem elegāter confirmatur quia ſi vel lex noſtra ſit correctoria iuris communis vt fere in ſpecie voluerunt Alexand. in. l. hæredes mei. col. 1. de acqui. poſſeſsi. & conſi. 83. num. 4. vol. 2. & conſi. 40. num. 5. & 9. vol. 3. Iaſſ. conſi. 148. volu. 2. num. 2. & 3. Anton. Rub. conſi. 121. num. 3. Tiraquel. in tracta. le mort. in præfatione declaratione. 3. & in hac ſpecie ſtricte debet interpretari in caſu quo loquitur & ad alium non extendi ex iuribus vulgat.

¶ Aut non correctoria, ſed decla- 4
ratoria iuris communis & partitarum eſt nempe. l. quoties. C. de donat. quæ ſub modo. l. 7. tit. 4. part. 5. quas ex diſpoſitione noſtræ legis ad maioratum extendit Gregorius in. d. l. partite & tunc etiam cū ſit intelligenda noſtræ legis conſtitutio ex legibus, ad quarū declarationem venerat ex doctrina Imolæ in. l. 2. §. final. num. 9. ff. de probatio. & in clement. 1. num. 2. de iure patrona. & dictæ leges in donatione de cuius tenore conſtat per ſcripturā loquantur merito. l. noſtram eodēmodo intelligere debemus, maxime quia verba noſtræ legis ibi, *que ſegun la diſpoſicion*, vel ſunt reſtrictiua præcedentis diſpoſitionis. l. omnes populi de iuſtitia & iure. l. cūctos populos. C. de ſumma Trinitate vel ſunt conditionalia. Quia adiunguntur verbo, *que deuiere*, ex. l. ſtichum qui meus erit de legat. 1. l. ſi debitor §. veriſsime vbi Bart. de cōtrahen. emptio. l. nuper verſi. fina. de legat. 3. l. cum certus. de vino tritico & oleo. lega. & vtroq; caſu ſiue importēt reſtrictionem ſiue conditionē neceſſario ſunt accipienda vt præciſſe diſpoſitionem hominis requirant & cōſequenter ſcripturam.

¶ Quę quidem omnia ſic vtiliter ad
ducta nihil obſtant quominus verior 5
ſit cōtraria ſentētia ſcilicet remediū poſſeſſorium dari in ſucceſsione maioratus qui non ex ſcriptura. ſed ex conſuetudine tantum antiquiſsima cōſtat

quæ

quæ ſentẽtia eleganter probatur a Molina, lib.3.cap.13.numer.50.&.51.& à nobis vltra ipſum ex eo nouiter ſubſtinetur quod tranſlatio poſſeſsionis de qua in noſtra.l. non naſcitur ex ſcriptura maioratus. ſicut aliud ius executiuum & ſummarum ſed ex natura rei de qua agitur ab eſſentia ſcilicet ipſius maioratus vt quia transferri vel non poſſeſsionem ex eo proueniat & in eo tantum cõſiſtat quod bona ſint vere maioratus ex ratione quam adduximus in gloſſ.verbo. *ciuil y natural*, cum igitur vere maiorat⁹ ſit tam qui ex antiquiſsima conſuetudine conſtat, quã qui ab homine conſtituitur & in vtroque leges de maioratu procedant, ita noſtra conſtitutio ex rationis identitate ad vtramq; maioratus ſpeciem extẽditur, alias foret diminuta.imo ratione differentiæ careret ſi edictum poſſeſſorium aperiret ſucceſſori maioratus qui ex ſcriptura conſtaret & in eo qui ex antiquiſsima conſuetudine induceretur idem remedium non concederet, cum vtroq; caſu poſſeſsio in ſequentem ſucceſſorem transferatur, & longe diuerſa ratione ea translatio poſſeſsionis cõtingat, quam quod maioratus conſtet ex ſcriptura, ſcilicet quia ipſa dignitas perſona ficta in ſucceſſores transfert poſſeſsionem vt diximus in.d.gloſſ. verbo, *ciuil y natural*.

6 ¶Ex quo remanet ſatisfactum ad omnia in contrarium adducta vt ſint proprie intelligenda in iure ſummario & executiuo quod in ipſa ſcriptura fũdatur noſtra vero lex in eo quod in ſola translatione poſſeſsionis conſiſtit quæ à ſola lege cauſatur & ab ipſa dignitate perſona ficta proficiſcitur & ita Tiraquel. in tracta. le mort.2.part. declaratione.7.per totã, in ſimili trãſlatione poſſeſsionis conſtanter eam in ſucceſsione ab inteſtato admittit dubitans econuerſo an procedat in teſtamentaria ſucceſsione ex eo quod crediderit eam translationem conſiſtere principaliter in facto legis & non hominis.

7 ¶Ex quo tenendo hanc ſententiam eã vtiliter intelligerẽ quãdo non dubitaretur de ſubſtantia maioratus, ſed alia ratione certarẽt circa poſſeſsionis tranlationem. Quia tunc certiſsimum eſſet in omni maioratus ſpecie dari veram poſſeſsionis translationẽ. Si vero dubitaretur an bona eſſent maiorat⁹ vel ab aliquo impugnaretur, prius decidẽdum erit an ſint vere maioratus quã remedio huius.l. vti poſſet, vt diximus ſupra in. gl. 1.& aduertit Palacius hic num. 2.

8 ¶Ad ſecundum clariſsime conſtat quod prætendens ſuccedere in maioratu, prius euidenter probare tenetur eſſe verum ſucceſſorẽ à primo inſtitutore vocatũ vel ex natura primogenij à lege ipſa ad miſſum, quam poſſeſsio in eo transferatur vt ea translatione poſſeſſorio remedio vtatur, ex regula vulgata & recepta dicentium ſemper in ſuſtitutionibus aut fideicommiſsis qui vult ſubſtitutionẽ ipſam comprehẽdere debere id probare, alias iuſte ſibi obijci poſſe ſubſtitutio non loquitur de te, ſi vis dicere contrarium, proba. quam tradunt Oldrald. conſil.21. Abb.conſi.140.lib.1, Soccin.Seni.cõſil,62.nume.6.volum.3. Decius conſi. 63.92.187.&.366.in fine. Cepha. conſilio.113.num.5.lib.1.& conſi.409.numer.8.lib.3 Craueta.conſi 161.num.9. & conſi.180. in fine, Martia. de fideicommiſs.quæſt.1.Menoch. conſi.85, num.39.&.50.lib.1.& conſi.95.num. 20.&.95.eod.lib.Rolãd. conſi. 18.nu. 3.& conſi.43.num.25.& conſi.97.lib. 6.num. 1.& melius in conſi. pro Tribultijs.num.12.& in ſpecie ex noſtratibus reſoluunt Palacius numer.2. hic Greg.



Greg.in.l.7.tit.4.part.5.verbo, *poſſeſsiõ* Mieres in tractatu maioratus. 3.part. quæſt.20.per totam. & his non relatis Molina lib.3.cap.13.num.12.&.13.

9 ¶Et aliquem fuiſſe vocatum ad maioratus ſucceſsionem diceretur nõ ſolum quando expreſſe vocatus reperitur. ſed etiam ſi ex coniecturis eius vocatio aut inſtitutio deduceretur vt reſoluit Molina.lib.3.cap.13.num.43.& vltra ipſum probatur ex hijs quæ latius diximus in.l.40.gloſſ. verb, *ſaluo ſi otra coſa eſtuuiere diſpueſta*.

*SVMMARIVM.*

*Poſſeſsio rerum quæ a tertio occupantur non transferebatur ante.l. hanc in ſucceſſorem in maioratu.num.1.*

*Succeſſor in maioratu non poterit propria authoritate poſsidentem a poſſeſsione expellere ſed in tentabit edictum poſſeſſorium num.2.*

# Ad.l.45.gloſſ.9.

1 IBi, *aunque aya otro tomado la poſſeſsiõ dellas*, hæc eſt principalis conſtitutio noſtræ.l. dum poſſeſsionem ciuilem & naturalem etiam bonorum quæ penes tertium ſunt in ſequentem ſucceſſorem maioratus transfert. in quo videtur correctoria iuris communis atque ſimilis ſtatuti. dicebant enim plurimi exteri & noſtrates quod poſſeſſio bonorum quæ in tertium erãt alienata abſq; actu apprehenſionis vero vel ficto neq; in aliquem tranſire neque aliter quam ex conſenſu habẽtis eam ab eo auferri poterat ex.l. quanuis de acquiren.poſſeſs.cum.l.nõ poſſit fingere in præiudicium tertij cui eſt ius quæſitum. & quanuis vellimus ex his duabus opinionibus quas ad lõgum explicat Gabriel.lib. 5. communium opinion.tit.de acquiren.poſſeſs. concluſſ. 9.numer.18. cum alijs Tiraquel in tractatu le mort.5.part. declaratione. 3.per totam Anton. Gomez. hic num.111. Molina.lib.3.cap.12. nu. 17 &.18. & nouiſsime Matienço, in.l. 8.titu.7.libr.5. nouæ recopilat gloſſ.5. per totam. eligere eam quam multi ſequuntur dicentes virtute ſimilis ſtatuti transferri etiam poſſeſsionem bonorũ quæ à tertio occupantur, ad huc prædicta ſtatuta noſtra lex corrigeret dum translationẽ naturalis poſſeſsionis admittit quæ dictis ſtatutis nõ cõcedebatur vt diximus in gloſſ. verbo *ciuil y natural*, vnde vt abſit à correctione intelligere eã debemus vt in.d. gl. diximus ſcilicet quod ab ipſa dignitate maioratus translatio poſſeſsionis fiat: quo caſu non correctoria, ſed declaratoria proprius erit.

2 ¶Erit tamen aduertendum quod ſucceſſor in maioratu nõ poterit propria authoritate poſsidentẽ expellere à poſſeſsione, ſed præciſſe intentare teneri edictum poſſeſſorium huius legis vt poſt Baldum Tiraquelum & alios reſoluit Molina dicto. capit. 13. numer. 12.

*SVMMARIVM.*

*Alienationes rerum maioratus nõ impediũt translationem poſſeſsionis earum.nu.1.*

*Alienatio legitima impedit translationem poſſeſsionis, num. 2.*

*Alienatio à iudice facta an impediat translationem poſſeſsionis.num.3.*

¶Gloſſ. 10. l. 45.

1 IBi, *o el dicho tenedor le aya dado la poſſeſsion dellas*, nimis dura foret lex, niſi ea ratione procederet, quam in.d. gl. verbo

verbo, *ciuil y natural*, aſsignauimus, ſcilicet ab ipſa dignitate maioratus perſona ficta transferri poſſeſsionem in ſequentem ſucceſſorem ex qua deducitur nihil impedire rerum maioratus alienationem quo minus poſſeſsio earum in ſequentem transferatur & aliter foret iniquum aduerſus tit poſsidẽtem competere remedium poſſeſſorium vt in ſpecie ſtatutorum Galliȩ & Italiȩ probauerunt multi relati per Molinam.lib.3.cap.13.num.53.&.54. cum tamen alienans ſeu tradens poſſeſsionem ab ipſa dignitate maiorat⁹ reuocabiliter ad vitã haberet & mortuo legis miniſterio abſq; ipſius facto in ſequentem poſſeſſorem vel ſucceſſorem ipſa dignitas poſſeſsionem ciuilem & naturalem transferat, ceſſat ratio ſtatutorum & contra titulo poſsidentem datur remedium huius legis. cum titulus ille à poſſeſſore habitus, qui dominus tantum ad vitam erat, habeatur pro non titulo & conſequẽter non impediat remedium poſſeſſoriũ ex doctrina Bald.in.l.in ciuilem.nu.2. C.de furtis.& eorũ quæ ſic intelligendo noſtram.l.tradit Molina.d.cap.13. numero. 55.

2 ¶Vnde ſi titulus iuſtus eſſet vt quia alienatio valida ex diſpoſitione inſtituentis vel regia facultate non concederetur remediũ huius. l.aduerſus tit. poſsidentem. vt neminem referendo reſoluit Molina.d.nume, 55.ad finem & in ſpecie ſtatuti tranferẽtis poſſeſsionem ſic intellexerunt Cota in memorab iuris.memorabili quod incipit decreto mediolanenſi col. 2.vbi allegat Iaſſ.conſil.146.vol.4. cui adde ipſum Iaſſ.conſi.85.vol.3.Decius conſi. 467.col.2.Rui.conſi.27.vol.5.& ita interpretatur prædictum ſtatutum Tiraquel. in tracta.le mort.5.part. declaratione.3.num.15.Gabri. de regul. 9.de acquirend.poſſeſs.num.19. ex quo ad omnes legitimas ſeu illegitimas alienationes inferri poteſt. de quibus per Molinam.libr.4 per totum præcipue. capit.1.&.cap.3.vſque ad. 7.

¶Et dum lex dicit, *o el dicho tenedor le aya dado*, infertur ad traditionẽ poſſeſsionis authoritate iudicijs factam, an impediat remedium huius legis de quo per Mieres. 3.part. de maioratu. quæſt.14.per totam. 3

¶Finis legis.45.

## Ad. l. 46. quæ de non ſoluendis expenſis per maioratus poſſeſſorem: etiam vtiliter factis in rebus ipſius maioratus agit.

Vtilis.

### Interpretatio.

*SVMMARIVM.*

*Rei publicæ expedit ciuitates villas ſeu oppida ſeu hæredamenta habere fortalitia turres & alia propugnacula quibus ſecurius valeant ab hoſtibus deffendi.numero.1.*

*Expenſæ factæ ab aliquo habente vtile dñiũ in terra inculta, vt quia arbores infructiferæ plantentur ſolum ad amenitatem, an ſint ſoluendæ per poſſeſſorem rei ſubiectæ reſtitutioni.num. 2.*

*Arma & alia inſtrumenta bellica quæ fortalitijs & caſtellis adhærent an ſint maioratus.num. 3.*

## Gloſſa Prima. l. 46.





1 IBi, *todas las fortalezas*, in quibus peculiaris ratio atquæ lõge fortior verſatur quam in alijs edificijs. quia cum rei publicæ expediat ciuitates, vilias, oppida, ſeu hæredamenta habere fortalitia, turres, & alia propugnacula quibus ſecurius valeãt ab hoſtibus defendi ex.l.1.tit.18.part.2.ibi, *otroſi eſtas fortalezas ſobredichas le dan fuerça y poder para guarda y amparamiento de ſi meſmo y de todos ſus pueblos*. l.21.titul.21. part.2.ibi, *de buenas torres*, l.20.ibi. *los caſtillos*.tit.32.part.3.& ex ȩdificijs eorum nihil redditus aut commoditatis conficientibus accedat, imo plures ſumptus, ita quod fructus maioratus quibus vti ad libitum poterat in tutamine terræ ſuæ & totius regni defenſa laudabiliter expendat, futuriſq; ſucceſſoribus grandes expenſæ reȩdificationis inde neceſſario accreſcant merito ex opere laudabili magis damnoſum quam lucroſum eis non merentur incommodum reportare, neq; expenſarum eſtimationem vxori aut hȩredibus mortui ſoluere.

2 ¶Quæ conſiderato nouiter ad hanc. l. penſitata eleganter confirmatur ex quodam ſingulari conſi.Paul.Caſtrẽſ. 325.viſſo puncto.col.4.verſi.ſi vero monaſterium dicentis quod ſi ab aliquo habenti vtile dominium laboretur terra in culta arboreſq; infructiferæ plantentur, magis ad pulchritudinem & amænitatem fundi, quam ad vtilitatem expectantes, tunc expenſæ factæ in tali plantatione per poſſeſſorem rei ſubiectæ reſtitutioni non repeterẽtur à ſequenti ſucceſſore, cuius notabile dictum ſatis ad propoſitum conducibile ſequuntur ipſum laudando Boerius deciſsione.44. nume.11, &.13.Capra.conſi.55.punctus col.2. verſic. circa.3. Anton. Fanus de Pignor.4.memb.5.partis.num.11.in fin. verſic. & adde huic concluſsioni Roland. à Valle conſi.28.num.26.lib.1. Menoch.in tractat.de arbitrarijs lib.2. caſu.258.num.1 &.2.& de recuperan. poſſeſsio.remed.15.nu.514. & ita ex hac peculiari ratione nimirũ ſi fortalitia ita adhæreant maioratui, quod hæredes conficientes ea non poſsint petere expenſas à ſucceſſore cui ea reædiſicatione nihil cõmoditatis accreſcit.

3 ¶ Ex quo primo bene infertur quod nõ ſolum fortalitia naturam rei maioratus acciperent, ſed & arma quȩ ibi ad defenſam eorum fuerint reperta: cum ea inſtrumenta bellica defenſiua & offenſiua ad tutamen caſtellorum magis quam ad commoditatem ſucceſſoris adijciantur. & ſimul quia cum fortalitia & caſtella ad defenſam ciuitatis imo & regni ſint neceſſaria vt bene ſupra probabimus, & armis defendi ſoleant atq; neceſſario valeãt ac debeant ex,l.15.tit.18.part.2.ibi. *armas muchas ha meneſter que aya en los caſtillos para ſer guardados y defendidos quando meneſter fuere*. merito arma quæ ſunt neceſſaria ad eorum tutamen maioratui ad hærent ſicut & caſtellũ aut fortalitium.ad quod eſt doctrina. Bal. in cap.ſi quis de manſo.col.2.de controuerſia in veſtitu.verſic.& illa ratio dicentis quod conceſſo Caſtro in feudum dicuntur etiam conceſſæ munitiones ad cuſtodiam eius.quem ſequũtur Alexand. & Iaſſ. in præludijs feudorũ.col.8.&.nu.22. & in ſpecie probat hoc Mieres in tractat. maiorat. 4. part.quæſt.33. num. 9. vſque ad num. 13.& num. 15.

*SVMMARIVM.*

*Emptor rei maioratus qui bona fide in ædificando expendit, an recuperet expenſas à ſucceſſore rem euincente & quid in emptore malæ fidei.num.1.*

*Maritus an recuperet expenſas in rebus feudalibus, ſeu maioratus vxoris factas. numero. 2.*

*Expenſas factas in reædificando an recuperet ſucceſſor, & caſum reædificationis lex comprehendat. num. 3.*

## Ad.l.46.gloſſ.2.

1 IBi, *que de aqui adelante ſe hizieren*, nõ exprimit lex à quo fiant an à poſſeſſore maioratus, vel à quolibet extraneo, & ſic erit dubitationis quid ſi emptor rei maioratus in ædificando expendat an recuperet expenſas à ſequenti ſucceſſore rem venditam euincente, & ius retentionis habeat donec ſibi ſatisfiat. & ſi emptor ignoranter emit rem maioratui ſubiectam, ſecure dixerunt plures & expenſas recuperare & ius retentionis habere ex l.fin.§ fin.C. commu.delega.l.domos hæreditarias delegat.1.& ita poſt Iſerni. & Pariſienſ.conſi.23.num.91. lib. 1. reſoluit Mieres in tractat. maioratus.4.part.quæſt.32. per totam vbi refert Moline.& Couarrub.lib.3. variarum cap.17.num.1. & idem referendo Pinel in. l. 2. C. de reſcind.2.part. cap.3.num.1.in fine. ſequitur Burgos de Paz Iunior.in quæſtio maioratus. quæſt.7 num,32. vſque ad numerum. 38.vbi etiam poſt Balaſcum & alios id exiſtimant procedere in malæ fidei emptore & poſſeſſore rei maioratus expendente qui neceſſarias expenſas dicunt recuperare etiam ſtãte noſtra. l. quorum opinio iuſtiſsime reijcitur ex ratione noſtræ legis: quę tam in extraneo emptore quam in alio maioratus ſucceſſore procedit cum nullus eorum poſsit efficere expendendo legitimo ſucceſſori præiudiciũ necque directe ſeu indierecte in totum aut pro parte maioratus valeat extingui. & quia lex non principaliter reſpexit perſonam expendentis in ædificando bonam ſeu malam fidẽ habere: ſed potius ſucceſſorem in eo maioratu, ne ſcilicet in ea ſucceſsione prȩiudicetur,& qualitatẽ ipſius ſucceſsionis, quæ cum perpetua & indiuidua ſit & a lege deferatur, vt infra. gl. 6.huius legis erit dicendum, in ea ſucceſſor non poteſt præiudicari.

¶ Ex quo etiã aperte deducitur quod quanuis maritus recuperet expenſas in rebus feudalibus vxoris factas ex conſil.Bald.341.maritus in fin. libr.1. Iaſſ. in.l.diuortio.§.impendia.num.2. ſolut.matrim.& in.l.fin.num.28.C.de iure emphit.non tamen eas recuperabit quæ in bonis maiorat⁹ eius vxoris feciſſet ex ratione ſupradicta referenda in gloſſ.6.& hoc cõtra Gomez hic col.2.verſic.quæ omnia procedunt & contra Burg.de Paz Iuni.in dic.quæſt. 7.num.61.vſque ad num.64. qui referendo Roland.conſi.18.quoniam.nu. 14.&.15. libr.1. tenet marito debere ſolui eſtimationem expenſarum quas in rebus maioratus fecerat a ſequenti ſucceſſore male conſiderans naturam ſucceſsionis maioratus. 2

4 ¶ Quam receptam regulam amplia etiam ſi maioratus inſtituatur ex tertio & quinto bonorum teſtatoris quia prælegatarius quotæ bonorum ſeu hæreditatis aut certæ rei precíſſe teneretur ſoluere debita prælegantis pro rata prælegati vt ex Taurina conſtitutione. 21. deciſſum ſtat, circa cuius, l. intellectum. plures ex noſtratibus elaborauerunt vt conſtat ex Gregorio in. l. 2. verbo, *manda,* titulo. 9. part. 6. Couarrub. libr. 2. variarum. capitul. 2. numer. 2. Menchaca. lib 2. de ſucceſsionum pro greſſu. lib. 3. Rub. 27. numer. 19. Peralta in. l. ſi quis ſeruum. §. ſicui & fere per totam delegatis. 2. latius & melius Molina libr. 1. de Hiſpanorum primogenijs capitul. 10. per totum. Ioannis Garcia de fructibus capit. 11. ex numer. 68. cum alijs.

¶ Secundo & notanter limita prædictam regulam vt in omnibus caſibus in quibus ſucceſſor maioratus teneatur debita ſoluere quæ contraxit inſtitutor prius deducenda ſint ex liberis bonis teſtatoris quam ad bonorum maioratus diſtrationem deueniatur. vt ex .l. pater filium delegat. 3. probant Iaſſon in .l. filius familias. §. diui. lectu. 1. numer. 11. & lectura. 2. numero. 14. &. 15. delegat. 1. & referendo Peraltam & alios aduertit Molina libr. 1. capitul. 10. numer. 4. & in maioratu regia licencia inſtituto reſoluit ipſe latius libr. 4. de Hiſpanorum primogenit. capit. 7. numer. 1. cum alijs. 5

¶ Hæc tamen limitatio patitur quãdam ſingularem reſtrictionẽ ſcilicet 6
quando bona maioratus ſunt creditori ſpecialiter hypotecata & peſteriores creditores extarent quia tunc nõ ſolum creditor antiquior non te-

neretur ad petionem ſucceſſoris exigere debitum ex bonis liberis neque facere prius ipſorum excuſionem ſed potius econuerſo poterit compelli ad poſteriorum creditorum inſtantiam vti ſpeciali hypoteca aduerſus bona maioratꝰ ſibi ſpecialiter hypotecata, quæ ſufficiens ſemper præſumitur ad eius debiti ſolutionem vt ſic poſteriores creditores qui frequenter egentes ſunt remanerent ex liberis bonis defuncti ſatisfacti, & prior creditor ex hypotecæ ſpecialiter ſubjectis integre debitum recuperet omnibuſque huiuſmodi iuſtiſsime conſulatur hæc eſt ſingul. deciſsio. tex. in l. 2. C. de Pignoribus quem dicunt ſingul. & non eſſe alibi Bald. in capit. 2. de offi. deleg. & Cremenſis ſingul. 53. & de materia & de intellectu late egerunt Pariſius conſilio. 50. numer. 17. cum alijs libr. 1. Ripa. in. l. 1. num. 29. cum alijs de priuileg. credit. eleganter, Neguſantius de Pignor. ſecundo membro. 5. par. nume. 51. per totum Couarrub. lib. 3. variarum capitul. 18. per totum vnde per eam, l. 2. in ſpecie bonorum maioratus idem reſoluit Molin. lib. 4. cap. 7. num. 20. cum alijs quòd ex nume. 27. ampliat etiam quando bona maioratus & libera ſimul generali hypotecæ fuerunt ſubiecta contra Corneum & alios qui contrarium verius eſſe crediderunt examinans ibi noſter Molina intellectũ d. l. 2. C. de pignorib.

7 ¶Diligenter tamen conſiderando mentem .d.l. 2. & naturam ſucceſsionis maioratus contra Molinam exiſtimamus non bene ad eam ſpeciem bonorum poſſe adaptari, quia ſiue maioratus ex tertio & quinto inſtituatur ſiue ex facultate regia & qualitercunque debita contraherentur receptiſsimum eſt teneri prius creditorem ex liberis bonis debitum exigere quam ad bona maioratus ſibi deuenire liceat vt ſatis vrgenter ſupra probabimus & hæc tacita ſeu ſpreſſa conditio à natura perpetuitatis & indiuiduitatis ob conſeruationem primogeniorum neceſſario & iuſte deducta præciſſam formam inducit à lege ipſa vel homine datam & in fauorem poſſeſſoris maioratus, non creditorum poſteriorum inductam vnde neque volente priori creditore neque ad inſtantiam poſteriorum teneretur imo neque poſſet prior eius maioratus poſſeſſorem conuenire, neque ſpecialem hypotecam atingere ſed ex liberis bonis debitum exigere. Forma enim à lege præſcripta tam reſpectu perſonę debitoris, quam bonorum eius præciſſe ſeruanda erit vt in perſonis debitorum videmus in vulgari remedio excuſsionis & in rebus eorum aſsignatur in. l. à diuo pio. §. ſi ſuper rebus de re iudicata cuius ordine contempto in bonorum diſtractione nulla eſt ipſo iure venditio vt ibi ſecure probant, Alexand. numer. 88. Iaſſon. 19. & paſsim exemplis poterat confirmari de quibus per Dueñas regul. 275. quòd ex ſatisfactionibus ad. dict. l. 2. aſsignandis clarius conſtabit.

8 ¶Loquitur enim. dict. l. 2. de æquitate vt poſt Acurſium ibi. gloſſ. 1. & penult. omnes aduertunt dirigens. l. eam ęquitatem & fauorem ad poſteriores creditores, ne in præiuditium ipſorum poſſet prior omitere hypotecam ſpecialem, nullam habens conſiderationem ad differentiam qualitatis bonorum quæ generali vel ſpeciali hypotecæ ſubijciebantur ſed præſuponens vtraque eiuſdem naturæ & conditionis eſſe poſſe quæ libere creditorem tanquam pure ſibi obligata debitum ſtatim à qualibet re exigere quo caſu iuſtiſsimum erat præferendo æquitatem rigori ex. l. placuit. C. de iudicijs quòd prior creditor deueniret ad eſpecialem hypotecam quæ ſufficiens præſumebatur ad eius debiti ſolutionem ex gloſſ. in. d. l. 2. verbo redigere quam omnes ibi ſequũtur antea quam reliqua bona exequerentur vt inde tam ipſe quam poſteriores creditores quos principaliter. l. reſpexit manerent integre ſatisfacti, vel ſaltim per eam executionem conſtaret ſpecialem hypotecam non ſufficere ad prioris creditoris debiti ſolutionem. Nos vero loquimur in longe diſsimili caſus ſpecie vbi bona ſunt diuerſæ conditionis & naturæ quorum fauor magis ſemper conſideratur ob conſeruationem familiarum quam creditorum indigentium & inde ſucceſſores debita ſoluere non tenentur, vel ſi forſam ad id teneantur non tamen pure ſed ſub conditione tenerentur à lege tacite inducta vel expreſſe ab homine adjecta ſcilicet ſi bona libera non ſuper ſint, cum igitur ceſſet primeua ratio conſtitutionis legis ſecundę non eſt cur ad noſtrum caſum adaptetur, ſed vel ſeruetur regia facultas in diſtractione bonorum maioratus vel tacita conditio à lege ipſa inducta qui verus intellectus ad dict. l. 2. apertiſsime conſtat dum omnes circa eius intellectum præſuponunt quòd loquitur in bonis pure obligatis, & patet ex verbis ibi, *quæ nominatim ei Pignori obligata ſunt* quæ de obligatione pura ſunt intelligenda, cum ſi de ſub conditione contracta intelligerentur forent creditores poſteriores priores vnde id clare ſentit Neguſantius. dict. 2. memb. quintę part. numer. 51. in princi. dicens. l. 2. intelligi quando hypotecæ prioris creditoris ſunt puræ & ſimplices.



9 ¶Imo & crederem non ſufficere quòd ſuper liberis bonis eſſet controuerſia vt ad reliqua maioratus ſpecialiter hypotecata poſſet creditor deuenire. ſicut ex regulis ordinaris excuſionis voluit Molina libro. 4. capitul. 7. numer. 31. ſed fore neceſſarium omnino deficere libera bona debitoris per conſumatam & realem excuſionem quia cum verba illa, *deficientibus bonis liberis*, inducant veram & formalem conditionem clariſsimum eſt eorum defectum non verificari per controuerſiam ſuper eiſdem bonis ortam ſed neceſſarium eſſe non extare cum effectu libera bona cum litigioſa non vere deficiant ſed ſuſpendatur eorum diſtractio donec conſtiterit de prioritate ſeu prælatione creditorum. cui veritati non obſtabit dicere quòd ſicut rem eſſe litigioſam ſufficit vt creditor non indigeat alia excuſsione, ita ſufficeret controuerſia ſuper liberis bonis orta vt intelligatur bona deſficere ad effectum compellendi creditorem agere aduerſus rem maioratus hypoticæ ſpeciali ſubiectam vt conſiderauit Molina. dict. capit. 7. numer. 31. ex. l. à diuo pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de reiud. quia facile reſpondetur quòd licet ſufficiat litigium regulariter pro excuſione non inde probatur deſficere bona ſicut erat neceſſarium neque eſſe rem conuerſam eſt deficere ipſam rem ſed impedire exactionem & huiuſmodi impedimentum tollitur demun lite finita vnde neceſſarium erit omnino deficere libera bona neque ſufficeret controuerſia.

10 ¶ Niſi forſam ea controuerſia eſ-
ſet ratione dominij rei quia tunc cum
hypoteca non cadat ſuper re aliena .l.
1.&.2.& per totũ. C. ſi res alie. pigno
ri. data.l.9.titu.13.part.5. merito bo-
na quæ aliena ſunt deficere omnino
dicerentur, l. ſubſinatum, § bona. de
verborũ quòd ſingulariter deducitur,
ex.l.3. tit.27. part.3. verſi. *e ſi por auen-
tura*, vnde iam conſtat controuerſiã
non ſufficere ſed eſſe neceſſarium de
ficere bona.
11 ¶ Imo & ipſe creditor vt ad rem
maioratus accedere poſsit tenebitur
id probare vt reſoluunt plurimi per
Molinam. d.cap. 7. num.32. cum alijs
& tradit late Gabriel. lib. 1. commun.
opinion. conclu.7. per totam.
¶ Aut debita fuerunt contracta nõ
12 à primo inſtitutore maioratus ſed ab
alijs poſſeſſoribus eius ocaſione edi-
ficiorum vel reparationis bonorum
ipſius. & ſi præcedente regia licentia
ab eo contraherentur omnino ſoluẽ-
da erunt à ſucceſſore in maioratu, ſin
vero non interuenerit regia facultas
idem videtur tam ex eo quòd cum. l.
loquatur in vxore & filijs poſſeſſorũ
ad creditores non debeat extendi ſed
is caſus omiſſus regulari ſecundum
iuris communis diſpoſitionem, quam
quòd longe diuerſa ratio verſetur in
vno caſu quam in alio cum filius non
proprie creditor patris ſit ſed ficto
modo quaſi creditor ipſius nuncupe-
tur. l. fin. §. ſin autem. C. de curatore
furio. l. ſed quia ibi, *quaſi debitam*. ff.
pro ſocio. & vxor non vere domina
ſed reuocabiliter ſuæ medietatis tan-
tum dicatur atque pater ad libitum
diſponere poſsit, de bonis conſtante
matrimonio quæſitis. quæ rationes ad
mitti nequeunt reſpectu creditorum
quibus nullum præiuditium à poſſeſ-
ſore maioratus irrogari poteſt, hijs
fundamentis hanc reſtrictionem te-
nuit poſt Palatium hic, Burgos de
Paz in quæſt. 7. maiorat. numer. 42.
cum alijs quæ mihi non placet ne-
que iure ſubſtinetur tam ex ratione
generali noſtræ. l. quæ vere imo pro-
prius ad creditores adaptatur quam
quòd poſſeſſor nihil valeat efficere
alienando ſeu expendendo quo ſuc-
ceſſoribus præiudicetur, & quia debi-
tis prædeceſſoris nunquam ſucceſſor
oneratur quæ originaria ratio eſt no-
ſtræ regiæ conſtitutionis. vnde hanc
ſententiam probauerunt Molina lib.
1. capit.10. numer. 16. in prin. Ioann.
Garcia de fruct. & expens. cap.16. nu.
10. per totum.
¶ Quod etiam verum exiſtimo quã 13
uis edificia fierent ad vtilitatem per-
petuam maioratus, quia cum poſſeſ-
ſor ea edificia proprijs expenſis face-
re non teneatur conſequenter neque
teneretur debita ſoluere, ocaſione ip
ſorum edificiorum contracta vt ne-
minem referens tenet Molina. dict.
cap.10. numer.17. & quia ratio noſtrę
conſtitutionis non fundatur in eo, ꝙ
fiant vel non ædificia ad vtilitatem
perpetuam maioratus ſed in eo prin-
cipaliter quòd nihil poſſeſſor effice-
re poſsit, expendendo in bonis ipſius
in præiudicium ſequentis ſucceſſoris
vt bene ſupra diximus & hanc verita
tem ante Molin. tenuit & iure com-
muni confirmauit noſter Gregorius
in.l.41. titu.18. parti.3. verbo, *deſcuente*
ad finem ex quo deducitur non bene
ſenſiſſe doctiſsi. Pinel. qui in. l. 1. 2.
part. numer. 71. C. de bonis matern.
legem hanc intellexit cum diſtinctio
ne an ſint maximæ expenſæ & ad per
petuam vtilitatem.
¶ Deducitur etiam male plurimos 14
retulliſſe contra opinionem Molinæ
Matienço in.l. 6. titul. 7. libr. 5. nouæ
reco.



recop. gloſſ. 3. num. 8. qui omnes ab
eo relati dempto Palatio Rubeo, qui
ſemper tenuit contra noſtram. l. non
id probant, imo ipſe Matienço refe-
rendo Molinam, lib. 1. cap. 26, nu. 14.
tenet quòd etiam ſi ad perpetuam vti
litatem maioratus ædificia fierent nõ
ſolueretur eorum extimatio qui cor-
rupte refert Molinam debuerat enim
eum referre in. d. cap. 10. num. 17. ex
quo denique reſoluitur quòd etiam
ſi edificia fierent ad perpetuam vtili-
tatem maioratus non teneretur ſuc-
ceſſor ſoluere eorum extimationem
vxori aut hæredibus prædeceſſoris.
¶ Quod tamen reſtringit ipſe Mo-
15 lina. d. cap 10. num. 18. vſque ad num.
23. quando ædificia conficerentur ex
pecunia expreſſe mutuata ad ipſorũ
reparationem quia tunc ſentit mutuã
tem poſſe agere hypotecaria aduer-
ſus ſucceſſorem in maioratu, licet ſta
tim num. 32. Maturius conſiderando
indeciſſum id reliquerit dubitans cir-
ca eam limitationem & merito cum-
mutuans ad reparationem bonorum
maioratus non poſsit agere hypoteca
ria nec tacite nec expreſſe ea bona hy
potecare ſeu obligare poſſeſſor valeat
quanuis perſonali actione vti ſibi li-
ceat cõtra heredem prædeceſſoris ex
pendentis vt bene intelligẽdo noſtrũ
Molinam aduertit Ioannis Garcia. d.
cap.16. num.10. verſic verum ita arbi-
trabamur vſque ad numer. 11,
16 ¶ Intelligerem tamen omnia ſupra
dicta vno iuſtiſsimo caſu limitari ſecũ
dum quando ędificia fierent non ſolũ
in euidentem vtilitatem maioratus
ſed ob præciſſam neceſsitatem con-
ſeruationis ipſius vt quia res quibus
adherent aliter neceſſario perirent
quia tunc ſi peremptis rebus in qui-
bus expenſæ factæ fuerunt maioratus
extinguendus erat ex eo ſubſtinetur
quod ex pecunia mutuãtis ad refectio
nem reedificatur iuſtiſsimum erit eã
pecuniam creditori ſoluendam eſſe &
a mente conditoris maioratus nõ alie-
num ita deducitur ex Mollina. d. lib. 1.
cap. 10. num. 18. & à Garcia de fruct.
& expens. dict. cap. 16. nu. 12. ſicut in
debitis contractis ob præciſſam ne-
ceſsitatem conſeruationis maioratus
exemplo ſucceſſoris prælati vt Moli-
na. d. cap. 10. num. 14. 24. &. 25. intel
ligendo ſic capitu. 1. de ſolution. &
Garcia cap. 16. num. 14. qui quanuis lo
quantur in debitis ob vtilitatem eccle
ſiæ aut bonorum maioratus contra-
ctis neceſſario ſunt intelligẽdi de vti
litate que neceſsitatem importaret. 17
¶ Aut debita fuerunt contracta nõ
ocaſione edificiorum ſeu reparationis
rerum maioratus ſed ex alijs neceſsi-
tatibus vltimi poſſeſſoris eiuſdem &
ſi ad perpetuam vtilitatem & conſer-
uationem ipſius factę forent, ita quòd
aliter maioratus extingueretur aut
bona perirẽt, ſucceſſor tenebitur cre
ditoribus ea ſoluere, vt diximus in nu
mer. præced. ſin vero pro ſola neceſsi
tate poſſeſſoris maioratus debita con
traherentur vulgaris licet anceps du-
bitatio eſt, quam exteri paſsim & no-
ſtrates tradiderunt, an ſcilicet ſucceſ-
ſor teneatur ad debita ſui prædeceſſo
ris ſoluenda, & ſi hæres ſit clariſsimũ
eſt pro portione hæreditaria ex fructi
bus maioratus teneri, vt ex. l. 1. C. ſi
cert. petatur reſoluit Peralta in. l. 3. §.
qui fideicommiſſam. numer. 129. ff. de
hæred. inſti. ſin vero nõ ſit hæres mul
ti dixerunt idem eſſe iudicandum tã
ex eo quod maioratum ad inſtar reg-
ni hæreditarium eſſe crediderunt
quam quod ex. l. 4. titul. 14. part. 2. ſuc-
ceſſorem regni à quo primogenia
inferiora regulantur & vt à capite mẽ
bra reguntur ad debita ſui prędeceſſo 18

 ris

ris teneri conſtat.
18 ¶ Sed ad huc veriſsimum exiſtimo
contrarium non tamen ex eo quod
ſucceſsio maioratus à primo inſtituto
re iure ſanguinis deferatur vt tenen-
tes eam præſuponunt ſed quia licet hę
reditaria ſit indiuidua tamē eſt ex qua
prærogatiua indiuiduitatis naſcuntur
plurimi effectus eius ſucceſsionis de
quibus diximus in gloſſ.1.l 4. & inter
eos non teneri ſucceſſorem ad debita
ſui prædeceſſoris cum ſi teneretur fo
ret per indirectum diuidere bona ma
ioratus efficere que quòd breuiter pe
rirent, contra naturam indiuiduitatis
& perpetuitatis eius ſucceſsionis. &
quia non eſt hæreditaria vt tanquam
hæreditas prædeceſſoris ad hæredes
eius deferatur cum poſsit non hæres
eſſe ſucceſſorem ſed proprius hære-
ditas nuncupatur, quatenus ſucceſsio
in vniuerſum ius eſt, ab ipſa tamen dig
nitate maioratus mediante lege de la
ta, qua ratione & non quòd maioratus
iure ſanguinis deferatur veriſsimum
eſt non teneri ſucceſſorem ad debita
ſui prædeceſſoris ex omnibus relatis
à Molina lib, 1. capit. 10. num. 29. & ex
principio cap.
19 ¶ Et ad.l 4. part. per quam contra-
rium tenent caſtill. in.l.40. Tauri. nu.
26. Ciſuentes, nume. 16. reſpondetur
per Gregorium verbo, *ſus deudas*, intel
ligendam de honeſtate quem intelle-
ctum comprobant ex verbis eiuſdem
l. & ſequuntur Gomez & Peral. quos
referens ſequitur Molina lib. 1. cap. 10
numero. 30.
20 ¶ Quem intellectum tacite reijcit
Coſta de ſucceſſ. regni num. 9. & aper
tius Ioann, Garcia dict. cap. 16. num. 15.
verſic. ſed hæc interprætationes.
21 ¶ Vnde alius intellectus traditur à
Gomez. in l. 40. Tauri. num. 72. dicē-
tis debita illa contracta fuiſſe in vtili-
tatem regni quo caſu credit nouum
eius ſucceſſorem ad debita ſui præde
ceſſoris teneri quem intellectum licet
Gomezium nō referat ſummarie pro-
bat Molin. lib. 3. cap. 6. num. 12. ad fin.
ſed præter quā ꝙ ea interpretatio à le
ge deduci non poteſt aperte confun-
ditur ex eo quod ſupra probauimus
debita etiam in vtilitatem maioratus
contracta non eſſe ſoluenda & licet
non hac ratione eum intellectum im
pugnauit Ioann. Garcia. d. cap. 16, nu.
15. ad fin. & tacite reijcit ipſum Co-
ſta de ſucceſsione regni. 9. num.
¶ Vnde tertius intellectus eſt quod
lex illa loquatur in ſucceſſore maiora 22
tus qui ſimul fuit patris hæreſ. quem
videtur tenuiſſe Molina. d. lib. 1. cap.
10. num. 30. in princip. probans eum
ex verbis. l. ibi. *hereda ſus bienes*, ſed eū
etiam reprobat Ioann. Garcia ſupra
num. 15. verſic. ſed hæc interpretatio-
nes. ¶ Vnde finaliter ipſe poſt Lu 23
ſitanum Coſtā. d. numer. 9. exiſtimat
quòd quia regnum Hiſpaniæ hæredi-
tarium erat ſucceſſor in eo tanquam
hæres ad debita patris tenebatur quē
nos ex eo impugnamus quia licet reg
num hæreditarium eſſet non adhuc
filiꝰ teneretur ad debita patris eius ſol
uenda cum natura eius ſucceſsionis
ſcilicet perpetuitatis & indiuiduitatis
ab eris alieni ſolutione ipſum liberet
ne per indirectum ex debiti ſolu-
tione regnum breuiter periret vel
diminueretur. Vnde ego minimus
omnium exiſtimo filium regis te-
neri ad debita ſui patris defuncti quia
hęres etiā fuit in bonis liberis ita quod
ex ipſis bonis ea ſoluere teneretur, ꝙ
aperte probatur ex. l. dum dicit, *hære-
de ſus bienes*, quæ neceſſario eſt accipiē
da de liberis bonis cum regnum non
eius fuerit ſed à lege ipſa ad ipſum per
uenerit ab eo ad poſteros deferatur
etiam



etiam in caſu quo fateremur regnum
eſſe hæreditarium cum ſit hæreditas
indiuidua à lege delata & longe diuer
ſas prærogatiuas ſucceſsionis ordina
riæ continens.

*SVMMARIVM.*

*Expenſæ factæ in rebus maioratus non ſolū ſoluendæ non ſunt hæredibus extraneis ſed neque filijs contra doctiſsimum Pinellum.*

## Gloſſa.10.l.46.

IBi, *ni a ſus hijos ni hærederos ni ſucceſſo-
res*, hæc verba aperte ſunt contra do
ctiſs. Pinelum qui in. l. 1. 2. part. num.
71. de bonis mater. C. verſic. in qua dif
ficultate credidit ſucceſſorem in ma-
ioratu teneri ſoluere ęſtimationem
expenſarum filijs prædeceſſoris non
hæredidus extraneis in qua diſtinctio-
ne fallitur cum tā in hærede extraneo
quam in filio lex loquatur.

*SVMMARIVM.*

*Fortalitia, Caſtella, ſeu turres quando fieri poſsint remiſsiue num. 1.*

## Gloſſ.11.l.46.

IBi *pero por eſto no es nueſtra intēcion dar
licencia*. quādo poſsint fieri fortalitia
caſtella ſeu turres vltra Gomez & a-
lios hic vide Ioannem Matien. in. l. 6.
titu. 7. lib. 5. nouæ recopilat. gloſſ. 5.
per totam & moder. Olan. in antino-
mijs litera. E. num. 4.

Finit Secunda Pars Legum Tauri ad
gloriam omnipotentis dei intemeratæ que Virginis Mariæ
quam ab ineunte ætate patronam ſuſcepi.
Anno. 1587.

*TOLETI.*

Apud Ioannem & Petrum Rodriguez
fratres atque Typographos. Anno domini.
1588.

# INDEX LOCVPLETISSImus omnium ſententiarum quæ in his interpretationibus legum Taurinarum Ludouici Velazquez de Auēdaño, in regia Pinciana Chancellaria aduocati continentur in ordinem alphabeticum congeſtus.

## A.


AB inteſtato decedens dicitur permiſsiue diſpoſuiſſe.l.4.gloſſ.5.numero.6.&.7.

Abortiuus fili⁹ quis dicatur in.l.13.per totam vbi bene.

Abortiuus filius an probetur per abſētiam mariti.ibi glo.4.per totam.

Abortiuus an dicatur natus in.7.vel.8 menſe ibi remiſsiue.

ACeptatio maioratus ſeu meliorationis an ſit neceſſaria ad inducendā irreuocabilitatem.in.l.44.gloſſ.9.num.17.&.18.

Aceptatio donatarij ſaltim tacita requiritur ad inducendam irreuocabilitatem donationis ſeu maioratus in.l.44 glo.12.num.2.&.3.

Aceptatio procuratoris an ſit neceſſaria vt domino poſſeſsio quęratur in.l.44.gloſſ.13.num.4.

ACQVISITVM à filio ex pecunia patris an dicatur profectitiū & veniat conferendum in.l.29.gloſſ.4.num.17.vſque ad.21.

Acquiſita à filio in poteſtate in totum patri antiquitus quęrebantur niſi ius perſonale militiæ.l.6.gloſſa 4.num.1.

Acquiſita à filio ex cauſa caſtrenſi nō conferuntur in.l.29.glo.4.num.22.

Acquiſita per filium ex cauſa quaſi caſtrenſi non conferuntur ibi.nu.23.

Acquiſita per doctorem medicū iudicem tabellionem an conferantur. ibi.num.25.

Acquiſita per profeſſorem grāmaticæ an conferantur.ibi.num.26.

Acquiſita per tabellionem an conferantur.ibi.num.27.

Acquiſita per filium procuratorē an conferantur.ibi.num.28.

Acquiſita à filio clerico an ſint conferenda.ibi.num.29.

ACQVISITVM ex cauſa aduentitia an veniat cōferendū.ibi.nu.31

Acquiſitum ex donatione regia an ſit conferendum.ibi.nu.30.

ACquiſitio requirit extrema à quo & ad quod habilia.l.44.glo.16.nu.17.

ACVRSII authoritas minuitur in l.40.gloſſ.14.num.19.

A Dmiſsi cenſentur à teſtatore qui ex verbis inſtitutionis tacite vel expreſſe vocantur.l.40.glo.18.nu.2.

ACTIONES actiuæ & paſsiuę quando tranſeant in prælegatarium ex contractu vel vltima voluntate in l.21.per totam.

ADOPTIVVS an admittatur ad maioratū in.l.40.gl.11.nu.1.vſq; ad.8.

Adoptiuus nō vere legitimus eſt ſed imaginarius ibi.nu.1.&.2.

Adoptiuus comprehenditur in diſpoſitione legis.ibi.nu,3.&.4.

Adulteriū hodie punibilis coitus eſt & inde filij dānati in.l.9.glo.9.nu.6 & alijs vſque ad finem.

ADuentitium quid dicatur & an ſit conferendum.l.29.glo.4.num.31.

AFFECTIO legis cū acutiſsimi.C.de fideicōmiſsis an in monaſterio

filio ficto verificeť.l.40.gl.4.nu. 16.

AGNATI cognati & conſanguinei quando citandi ſunt ad legitimationé filij in.l.40.gloſſ.11.num.21.

ALIENATIO reſeruato domini aſſenſu an impediat pœnam commiſsi.l.42.gloſſ.2.num.13.

ALIENATIONES rerũ maioratus nõ impediũt poſſeſsionis trãſlationem,ex.l.45.ibi gl.10.per totã

ALIENATIO legitima impedit poſſeſsionis translationem in. d.l.45.gloſſ.10.num. 2.

Alienatio à iudice facta an impediat translationẽ poſſeſsionis. ibi. nu.3.

Alienatio bonorum multoties impeditur vero dño in.l.14.glo.1. nu.7.

ALIENARE nõ dicitur qui tradit tantũ poſſeſsionẽ.l.45.gloſſ.2.nu.8

ALIMENTA an debeantur filio habenti vnde ſe alere poſsit.in l.10 gloſſ.1.num.1.& per totam.

Alimenta dari poſſunt ex conuentione filio habẽti vnde ſe alere poſsit. ibi.nume.4.

Alimenta morte finiuntur in.l.10.glo.3.num.1.& alijs.

Alimenta an ad hæredes tranſmittantur.ibi.num.1.& per totam.

Alimenta an filio ſpurio debeantur in proprietate.d.gloſſ.3. per totã.

Alimenta quæ pater cũ filio facturus erat in domo deducuntur ab expẽſis cũ eo factis in ſtudio in.l.29.glo.3.num.6..

Alimenta filio à ſignata tempore quo maioratus ex licẽtia regia inſtituitur an ſuccedant loco legitimæ. l.40.gloſſ.1.num.60.vſque ad.62.

Alimenta ſecundũ quãtitatẽ redituũ & non eſtimationem rei aſsignantur.l.46.gloſſ.4.num. 3.

Alimenta an debeantur filijs hæreticorum in.l.4.gloſſ.7.num.9.

Amiſsio inſtrũmenti debet conſtare liquidiſsimis probationibus. l. 41. gloſſ.4,num.11.& 12.

Amiſsio inſtrumenti quando probetur per iuramentũ.ibi.nu,13.cũ alijs

Amiſsio inſtrumenti prius probatur quã ſit deueniendũ ad tenoris probationẽ in.l.41.gloſſ.4.nu.4. &.5.

ANNVI redit⁹ inter immobilia cõputantur.l.6 gl. 11.nu. 29.

APPELLATIONE pendẽte à ſentẽtia poterat cõdẽnatus teſtari l.40.gloſſ.1.num.1.

Appellatione vltimę volũtatis an veniat contractus irreuocabilis.l. 4. gloſſ.5.num.14 ad finem.

Appellatione filiorum ex propria ſignificatione atiã ex vi cõprehenſiua in materia fideicõmiſsi nõ veniũt omnes deſcẽdẽtes.l.40.gl. 10.nu.2.

Appellatione filiorũ nepotes & omnes deſcendentes cõtineri quomodo intelligatur.l.40.gl.10. per totã.

Appellatione filiorũ nepotes contineri quãdo teſtator prouidet deſcẽdentię ignotæ.ibi.num. 5.

Appellatione filiorũ an nepotes contineantur in ſucceſsione emphiteoſis.in.l.40.gloſſ.17.nu.9.&. 10.

ARRAS ſucceſsiſſe in locum donationis propter nuptias aliqui dixerũt.& an hodie ſint in vſu vel quæ donatio in locũ earum ſubrogetur vide in.l.29.glo.2.nu.2. & per totã & in.l.25.

ARGVmẽtũ à cõiunctione duarũ legũ fortiſsimũ eſt. l.40.glo.20.nu 3.

Argumẽtum à ſuperfluitate vitanda iuridicum eſt.ibi.

Argumẽtũ de regno ad primogeniũ & econtra paſsim admittitur in. l.40.gloſſ.2,num.16.

ARMA quæ fortalitijs adhærent an ſint maioratus in.l.46.glo.1.nu.3.

Armorum & nominis cõditio vide in verbo cõditio nominis & armorũ.


Aſcé




Aſcendẽtes an debeant eſſe legitime nati vt deſcendentibus ſuccedant vel ſufficiat ꝙ legitime procreauerint deſcendentes de quorum ſucceſsione agerent.l.6.gloſſ.1.num.1. & alijs.

Aſcendẽtes quomodo antiquitus ſuccederent deſcendentibus in poteſtate.l.6.gloſſ.3.num 1.cum alijs.

Aſcendentes querelare poſſunt teſtamentum deſcendentium. ibi. nu.2.

Aſcendentes ſuccedunt hodie deſcendentibus iure hæreditario ab in teſtato & non iure peculij.l.6.gloſſ.4 ex princip,& num.4.

Acendentes hodie in profectitijs ſuccedant iure peculij.ibi. num.7.

Aſcendentes eodem modo ſuccedũt deſcendentibus quo deſcendentes eiſdem in.l.6.gloſſ.5.per totam.

Aſcendentes ſuccedunt deſcendentibus ſimul in omnibus bonis reſpectu proprietatis & vſus fructus.l.6. gloſſ.6.per totam.

Aſcendentes non ſuccedunt deſcendentibus in bonis maioratus.l. 6. gloſſ.7.num.6.

Aſcendentes an excludantur à monaſterio.l.6.gloſſ.8.per totam & in. l.40.gloſſ 4.num. 24.

Aſcendentes an ſuccedant deſcendẽtibus quãdo bona ex foro redeunt ad radicem.late in.l.6.gloſſ.11.per totam.

Aſcendentes vnum tantum quintum & non plures relinquere valent.in l.28.remiſsiue.

AVDITVS à maiorib⁹ qualitas eſt immemorialis.l.41 gloſſ. 13.

Auditus ſecundi neceſſarij ſunt ad immemorialem.l.41.gloſſ.15.

AVGMENTVM accedens ad rẽ maioratus quando eius naturã accipiat.l.46.gloſſ.5.num.14. & gloſſ.7. num. 5. cum alijs.

Augmentum in ſeparabile & coniunctim quãdo dicatur in d.gl.7.nu.5.

Augmentum quòd accedit ad rem ex qua fit melioratio ſeu maioratus quando ſpectet ad prælegatarium in.l.23.remiſsiue.

Augmentum cedit feudo.l.46.gloſſ.7 num.5.&.6.

Augmẽtũ ꝙ ſeparari poteſt à re maioratus maioratui non cedit ibi.nu. 9

Augmentum quod in rebus maiorat⁹ non facto poſſeſſoris cõtingit ſed naturaliter acreſcit an cedat maioratui.ibi.num. 10.

Authentica bona damnatorum corrigitur etiam ab in teſtato in.l.4.gl,5 num. 8.


## B.


BAldi reſtrictio ad cap.in præſentia de probationibus reijcitur.l.40.gl.4. num.3.

Banitus an olim haberet teſtamenti factionem in.l.4.gloſſ.3 num.3.

Baptiſmum neceſſarium eſſe vt filius non dicatur abortiuus in.l.13. glo.3.per totam,

Bona in quibus caſibus propter delictum confiſcentur ipſo iure remiſſiue in.l.4.gloſſ.7.num. 3.

Bona futura an veniant in confiſcatione in.l.4 gloſſ.7.num.4.

Bona cõditionaliter debita an veniãt in confiſcatione,ibi.num.5.

Bona ex linea materna deferri ſeu paterna hodie non conſideratur in,l.6.gloſſ.7.num.7,

Bona an redeant ad radicẽ ex ſola cõſuetudine redeũdi abſque foro in l.6.gloſſ.11.num.11.

Bona truncalia quę dicantur in.l.6.gl.11.num.15.

Bona de patrimonio quę ſint.ibi.n. 17

Bona maioratus ex tertio inſtituti difficilius cõfiſcantur quã eius qui fit


 ex

ex regia licencia l.27.gloſſa. 1. numer. 6.

Bona acquiſita à filio quando conferantur vide in verbo acquiſita.

Bona maioratus indiuidua ſunt. l. 40. gloſſ.1.num. 30.

Bona anniuerſario ſubiecta quãdo valeant alienari in.l.40.gloſſ.2.numero.67.

Bona à rege donata an iure hæreditario vel ſanguinis deferantur in l. 40 gloſſ.2.num.79.&.85.

Bona maioratus etiam habentis dignitatem ſeu iuriſdictionem particularia dicuntur in.l.40. gloſſ.4. nu.45. ad fin.

Bona debẽt eſſe vere maioratus vt remedio poſſeſſorio l.45.vti poſsit.l. 45.gloſſ.1.num.1.&.2.

Bona maioratus retinere non poſſunt à tertio vt impediatur poſſeſsionis translatio l.45.gloſſ.4.num. 3.

Bonorũ reſeruatio ad filios primi matrimonij an ceſet morte nouiſsimi filij.l.6.gloſſ. 10.num.3.

Bonorum ſeparatio patris & matris quomodo antiquitus procederet & hodie procedat in.l. 6. gloſſ. 11. num.11.vſque ad.14.

Bona fides et ignorantia vni' ex coniugibus an efficiat prolem legitimam in.l.6.gloſſ.1.num.2.3.&. 6.

## C.

CAnonicus regularis an ſuccedat in maioratu in l..40.gloſſ.4.numero.12.

CASTELLA quãdo fieri poſsint l.46.gloſſ.11.remiſsiue.

CAStrenſia non conferuntur in.l.6. gloſſ.4.num.3.

CAVSA iuſta vide in verbo iuſta cauſa.

Cauſa maioratus maximę importantiæ eſt.l.41.gloſſ.4.num.17.

Cauſa pia an excludat filiam quando nulla à teſtatore de filia fitmentio. l.40.gloſſ.9.num.82.&.84.

CENSVS an inter immobilia computentur in.l.6. gloſſ.11.num. 29.

CECVS an primogenium obtineat l.40.gloſſ.4.num.6. remiſsiue.

CESIO habetur loco traditionis. l. 44.gloſſ.10.num.3.ad finem.&. gl. 14.num.17.

CERTITVDO generalis an ſufficiat ad translationem poſſeſsionis. l.44.gloſſ.11.num.15.

CITATIO ad legitimationem nõ eſt neceſſaria quando ſucceſsio neque re neque ſpe delata eſt in.l.40. gloſſ.11.num. 30.

Citatio ad legitimationem quando ſit neceſſaria vide in verbo legitimatio & in verbo agnati.

CLAVSVLA ſequens an ad præcedentia referatur quãdo eſt diuerſa ratio vel datur legũ correctio.l.6 gloſſ.11.num.7.

Clauſula inſtitutoris maioratus quòd propter delictum bona nõ confiſcentur fortior eſt in maioratu ex tertio quam in eo qui ex regia licẽcia inſtituitur in.l.27.gloſſ. 1.nu.6.

Clauſula ex certa ſcientia idem operatur quòd clauſula de plenitudine poteſtatis.l.40.gloſſ.11.num.28.

Clauſuſa ex certa ſciencia idem operatur quòd clauſula proprio motu ibi num. 29.

Clauſula teſtamẽti regis Hẽrrici.2. refertur, & qui eam intellexerunt in l.40.gloſſ.2.num.3.

CLERICI in minoribus ordinibus conſtituti an libere contrahant matrimonium.l.9.gloſſ.10.num. 11.

Clericorum appellatione an cõprehẽdãtur in minoribus ordinibus cẽſtituti & etiam clerici maiores vt canonici vel Epiſcopi in.l.9.gloſſ.10. nu.11. vſque ad.16.

CODICILOS an poſsit facere qui licentiam habet teſtandi in l.4 gloſſ 6. num. 1.

COLLATIO non admittitur in caſtrenſibus.l.6.gloſſ.4.num. 5.

Collatio quando admittatur vide late in. l.29. & in verbo acquiſita bona filius.

COITVS punibilis hodie quis dicatur.l.9.gloſſ.9.ex principio.

Coitus inter coniugatum & ſolutã an punibilis ſit ibi.num.2.& alijs.

Coitus neſarius quis dicatur ibi.numer.10.

Coitus inter chriſtianam & mahometicum an punibilis ſit ibi.nu.11.

Coitus mulieris cum proprio ſeruo punibilis.ibi.num.12.

Coitus inter famulum & filiam vel conſanguineam domini punibilis. ibi.num.13.

Coitus inter ſacerdotem & ſolutam an ſit adulterium inceſtus vel fornicatio.in.l. 9. gloſſ.10. num. 8. 9. &. 10.

COMISSARIVS ſimpliciter relictus ad teſtandum teſtari nequit debita tamen defuncti ſoluit & cõſcientiam exonerat.l.32.gloſſ.1.numer. 10. & per totam.

Cõmiſſarius ad teſtandum debita naturaliter tantum debita ſoluit. ibi. num.2.&.3.

Cõmiſſarius an poſsit debita poſteriora ſoluere ibi.num.4.vſque ad.9.

Cõmiſſarius quando poſsit quintum pro anima cõmitentis expendere & an ſuperſtitibus deſcendentibus vel deficiẽtibus ibi.nu.11.per totũ.

Cõmiſſarius ad teſtandũ non poterit reuocare teſtamentũ antea factum abſq; mãdato ſpeciali.l.34.per totã.

Cõmiſſarius nõ poteſt reuocare teſtamentum a ſe ipſo nomine cõmittẽtis factum.l.35.gloſſ.1.num.1.

CONDEMNATVS ad mortẽ de iure cõmuni teſtabatur pendente appellatione.l.4.gloſſ.1.num. 1.

Condemnatus ad mutilationem mẽbri an potuiſſet antiquitus teſtari.l. 4.gloſſ.2.num.2.

Condemnatus ad perpetuum carcerẽ an potuiſſet antiquitus teſtari. ibi. num.2.

Condemnatus ad mortem ciuilem à principio bene natus an olim teſtamentifactionem haberet in.l.4.gl. 3. num. 3.

Condẽnatus ad mortẽ naturalẽ à principio bene natus an olim teſtamẽti factionẽ haberet.l.4 gloſſ.4.nu.1.

Condemnatus ad mortem quomodo de iure. ff. C. & regni teſtabatur ibi gloſſ.5.num.1.

Condemnatus ad mortem ſi decedat inteſtatus an bona deferantur ab inteſtato vel ex reſeruatione authenticæ bona damnatorum in.l.4 gloſſ.5.num.5.vſque ad. 8.

Condemnatus ad mortem an poſsit hæres inſtitui. ibi. num.9.

Condemnatus ad mortem an poſsit facere meliorationem ſeu maioratũ ibi.num. 10. vſque ad fin.

Condemnatus ad mortem an poſsit donare ibi.num.14.

Condemnatus ad mortem an plura teſtamenta facere poſsit vel codicillos aut ſemel tantum teſtari ſibi liceat.d.gloſſ.5.nu.18.&.19.& gloſſ. 6. numer. 2.

Condemnatus ad mortem propter delictum quòd mereretur bonorum confiſcationem an poſsit teſtari in l.4 gloſſ.7.num.1.& alijs.

Condemnatus ad mortem propter delictũ inducẽs confiſcationẽ poteſt

teſtari de bonis futuris.ibi.num.4.
Condemnatus ad mortẽ propter delictum quod induceret confiſcationem teſtatur de bonis conditionaliter debitis.ibi.num. 5.
Condemnatus ad mortem an poſsit nolle acquirere hæreditatem. ibi. num. 6.
Condemnatus ad mortem ob crimẽ leſæ mageſt. an poſsit teſtari. d. gl. 7.num.12.
Condemnatus ad mortem propter delictum leſæ mageſta.an teſtetur de bonis nõ cõfiſcatis.ibi.nu.14.& 15.
Condemnatus ad mortẽ propter delictum ſodomiæ an teſtetur.ibi numer.16.&17.
Condemnatus ad mortem ſi incurrat confiſcationem ipſo iure an teſtetur ad pias cauſas.d.gloſſ.7. nu 18.
Condemnatus ad mortem quando de bonis confiſcandis teſtetur. d. l.4. gloſſ.8. per totam.
CONDITIO filiorũ an in poſthumis verificetur in.l.13.gloſſ.2.nu. 3
Conditio ſi ſine liberis an ſubintelligatur in ſubſtitutione facta in contractu in.l.27.gloſſ.1.num. 11.
Conditio quæ aliquem à monaſterio auertit vt turpis reijcitur.l.40.glo. 4.num. 30.
Conditiones negatiuæ non cẽſentur verificatæ donec conſtiterit eas adimpleri eſſe impoſsibile.l.40.gloſſ. 6.num.13.&.14.
Conditio ſuperexiſtẽtiæ tacite de iure ineſt vnde ſi exprimatur nihil operatur.l.40. gloſſ.8. num.4.
Conditio ſuperexiſtentiæ in eo proprie verificatur qui tempore mortis poſſeſſoris ſuperſtes eſt.l. 40. gl. 8.num. 11.
Conditio ſuperexiſtentiæ an ad vere ſuperſtitẽ referatur.ibi.num. 12.
Conditio ſuperexiſtẽtiæ inducit propriam demonſtrationem.ibi.nu.15
Conditio ſuperexiſtentiæ vere eſt verificanda & non per fictionem.ibi. numer. 23.
Conditio ſuperexiſtẽtię impedit extẽſionẽ de vno caſu ad aliũ.ibi.nu.24
Conditio ſuperexiſtẽtiæ an operetur expreſſam nepotis ex prædefuncti excluſionẽ in.l.40.glo.8.nu. 42.
Conditio neceſſaria ad effectum ſubſtitutionis non magis ſuſpẽdit actũ quam ſi non aponeretur.l.40.gloſſ. 8.num.5.&.6.
Conditio quę pro non adiecta habetũ quia tacite de iure ineſt non cenſetur repetita in eum ad quem diſpoſitio tranſit.ibi.num. 7.
Conditio ſi deficit in perſona prædefuncti impedit trãſmiſsionem. ibi. numer. 18.
Conditio ſi deficit in perſona alicuius per inde habetur acſi nunquã in diſpoſitione fuiſſet comprehenſus in.l.40.gloſſ.8.num.19.
Conditio tacite inducta per relatiuũ qui ſuperſtes impedit tranſmiſsionem.ibi.num.20.
Conditiones extraordinarię non dicuntur tacite de iure ineſſe vnde ſi exprimantur multuũ operantur. l. 40.gloſſ.8.num.37.
Conditio quæ tacite de iure ineſt per viam cõditionis habentis ſe ad eſſe vel non eſſe multum operatur.i i. numer.38.
Conditio ſi vellet cum habeat ſe ad eſſe vel nõ eſſe licet tacite de iure inſit ſi exprimatur multum operatur.d.num.38.
Conditio quæ tacite de iure ineſt. expreſſa de voluntate multum operatur.ibi.nume.39.
Cõditio nominis vel armorũ propri9 à maſculis quã à fœminis adimpletur.l.40.gloſſ.9.num. 26.





Conditio nominis vel armorum quãdo ſit adimplenda remiſsiue. ibi. num. 27.
Conditione purificata perinde eſt ac ſi à princ. diſpoſitio fuiſſet pura.l. 40.gloſſ.18.num.20.
Conditione deficiente non tan diceretur excludi ſubſtitutum, quam perinde haberi ac ſi nunquam ſubſtitueretur.ibi.num. 21.
Conditio à teſtatore adiecta an impediat translationem poſſeſsionis. l. 45.gloſſ 4.num.2.
Conferẽda an ſit dignitas à patre empta.l.46.gloſſ.4.num.4.
Conferenda an ſint Caſtrenſia.l.6.gl. 4.num. 3.
Conferenda quæ veniant in.l.29, late diſcutitur.
Confeſsio ſolutionis debiti quod conſtat ex ſcriptura debet probari per quinq; teſtes vel per aliam ſcripturam in.l.41.gloſſ.4.num.31.&.35.
Confirmatio actus informa communi aut ſpeciali quæ ſit & quem effectum habeat late diſcutitur in .l. 42.gloſſ. 3.
Cõfirmatio geminata an habeat vim ſpecialis confirmationis. ibi. numero.8.
Confirmatio poſt mortem inſtitutoris maioratus conceſſa an cõfirmet maioratum antea inſtitutum. ibi. num.10.vſque ad fin.
Confiſcatio ipſo iure in quibus caſib9 detur in.l.4.gloſſ.7.num.3.
Confiſcatio bonorum an impediat teſtamenti factionem.dict.gloſſ.7. num.1.& alijs.
Confiſcatio non comprehendit bona futura.ibi.num.4.
Confiſcatio an comprehendat bona conditionaliter debita.l.4. gloſſ. 7. num. 5.
Coniuges poſſunt renunciare lucris conſtante matrimonio quæſitis.l. 14.gloſſ. 3. num,2.
Conſobrini ex vterinis an concurrãt cum patruis ex vtroque latere cõiunctis.l.8.gloſſ.3.num. 2.
Conſobrini ex vtroq; latere coniuncti an excludãt patruum vterinum ibi.num. 2.
Conſtitutum an ad futura extendatur in.l.44.gloſſ. 11.num.11.
Conſtitutum an transferat poſſeſsionem donationis quotę.l. 44. gloſſ. 11.num. 13. vſque ad fin.
Conſtitutum quando transferat poſſeſsionem vide in.l.17.&. 44.
Conſtitutarius an poſsit interuertere conſtitutum in.l.44 gloſſ.11.numero. 12.
Controuerſia ſuper rebus ſpecialiter hypotecatis an ſufficiat vt ad alia bona poſsit creditor deuenire in.l. 46.gloſſ.9.num. 9.&.10.
Conſuetudo dat formam in ſucceſsione feudi.l.40.gloſſ.2.num.7.
Conſuetudo dat formam in ſucceſsione maioratus.ibi.num. 8.
Conſuetudo ordinaria interpretatur verba dubia priuilegij.in.l.41.gl. 1 num 17.
Cõſuetudo ſeu præſcriptio in quo differant in.l.41.gloſſ.5.per totam.
Conſuetudo.30.vel. 40. annorum an ſufficiat ad inducendam formam ſuccedendi in maioratu.l. 41. gloſſ. 6.numer.1.
Conſuetudo an à familia poſsit induci.l.41.gloſſ.1.num.7.
Conſuetudo ciuitatis ſeu prouintię præualet generali totius regni ibi. nume.8.
Conſuetudo an poſsit tollere factionẽ teſtamẽti.l.6. gl. 11. nu. 6.&. 8.
Conſuetudo ſola abſque foro an redeat bona ad radicem. l. 16. gloſſ. 11.num. 9.

Conſuetudo iuſtificat pactũ de futura ſuccesſione.l.44. gloſſ.16 nu.21.

Cõſuetudo immemorialis vide in verbo immemorialis & verbo præſcriptio.

Correctio. l. inducenda non eſt per dubitatos intellectus in.l.40. gloſſ. 14.num.26.ad finem.

Creditores an poſsint aduerſus emptores rerum defuncti actionem reuocatoriam intentare.l,32.gloſſ.1. numer.4.

Creditores hypotecarij & priuilegiati an poſsint reuocare ſolutionem apoſterioribus acceptam.l.32.glo. 1.num.4. vſque ad.10.

Creditores hypotecarij directo conueniunt prælegatarium.l.21.nu.15

Creditor habens hypotecam ſpecialẽ poterit compelli ad inſtantiam habentium generalem vt eam prius excuteret, quam ad bona in generali comprehenſa deueniret. l. 46.gloſſ.4.num.6.cum alijs.

Creditor tenebiť probare nõ ſufficere libera bona & eſſe rẽ in controuerſam, vt ad bona maioratus ſibi liceat deuenire.l.46.gloſſ.9.nu.11.

Criminoſus an ad maioratum ſit admittendus.l.40.gloſſ.4.num.6.


# D.


DAmnatus ad mortem an poſsit facere teſtamentum vel aliam vltimam voluntatem vide in verbo condemnatus ad mortem.

Debita contracta poſt maioratus inſtitutionẽ an ſoluenda ſint & quando in.l.21.num.16.&.17.vſque ad finem.

Debita quãdo ſoluenda ſint à ſucceſſore in maioratu in.l.46. gloſſa.9. num.17. vſque ad finem.

Debita vt ſoluenda ſint ex bonis maioratus prius debet fieri excuſio in bonis liberis late in.d.l.46. gloſſ.9. num.5.cum alijs.

Debitor voluntarius an videatur legãdo habuiſſet animum compenſandi. l.16. num.2.

Debitor ſpeciei legando quantitatem quando intelligatur habuiſſe animum compenſandi,ibi.numer.11. cum alijs.

Debitor neceſſarius ſeu voluntarius quis dicatur.ibi.num.13.

Debitor neceſſarius an legãdo videatur habuiſſe animum compenſandi ibi. num. 14. cum alijs.

Decedens abinteſtato qui habet teſtamenti factionem dicirur permiſsiue diſpoſuiſſe. l. 4. gloſſa. 5. num.6.&.7.

Deſcendentes de quibus in l.27.an cõſiderentur reſpectu teſtatoris vel filij prælegatarij.dict.l.27.gloſſ.2. numer.9.

Deſcendentes de quibus in ea.l.27.an omnes ſimul ſubſtituendi ſint vel ſufficiat vnum tantum ſubſtitui ibi. num.10.

Deſcendentes ex.l.27.an poſsint ſubſtitui nulla habita cõſideratione maioris coniunctionis ibi.num.11.

Deſcendentes omnes cenſentur vocati ex prima vocatione. l. 40. gloſſ. 16.num.2.

Dictio tunc reſtringit diſpoſitionem ad caſum in ea formaliter expreſsũ in.l.40.gloſſ.14.num,10.

Dictio ſemper inducit perpetuitatem in.l.40.gloſſ.15.num.1.

Dignitas à patre empta an conferatur in.l.46.gloſſ.4.num.4.

Dignitas magna & alia bona feudalia in quo differãt.l.40.gloſſ.4. nu. 46.

Differentia emancipationis & patriæ poteſtatis in ſucceſsione ex teſtamento







mento in bonis filij hodie ſumouetur.l.6.gloſſ.3.num.1.

Differentia inter magnas dignitates & alia bona feudalia in.l.40.gloſſ. 4.numer 46.

Diffinitio maiorat⁹ remiſsiue in.l.40. gloſſ.2.num.4.

Diſpenſatio conceſſa filio ad ſuccedẽdum patri an econuerſo cõceſa videatur patri ad ſuccedendum filio. l.6.gloſſ.1.num.fin.

Diſpoſitio penalis in genere concepta an comprehendat ſpeciem qualificatam vel mixtam.in.l.9.gloſſ.10. numer. 16.

Diſpoſitio legis vel hominis intelligẽda eſt ſecũdũ tempus diſpoſitionis in.l.40.gloſſ.2.num.27.&.28.

Diſpoſitio filium maiorem vocans an nepotes ex primogenito comprehendat.l.40.gloſſ.8.num.9.

Diſpoſitio conditionalis actum ſuſpẽdit & interim quaſi ſomnium eſt.l. 40.gloſſ.18.num.18.

Diſpoſitio legis ad non expreſſa non extenditur in.l.46.gloſſ.6.num.1.

Diſpoſitũ dicitur quòd ex verbis diſponentis deducitur.l.40. gloſſ.20. num.1.

Dominium medietatis lucrorum an transferatur in vxorem.l,14.gloſſ. 1.per totam.

Dominium transfertur ex translatione poſſeſsionis.l.44. gloſſ.10.numero.2.

Dominiũ an probetur ex poſſeſsione ibi dict num.2.

Dominium quando transferatur in ſequentem ſucceſſorem maioratus abſque actu aprehenſionis in.l.45. per totam & gloſſ.5.ibi.nu.1.

Domini populorum vaſſalli regis nũcupantur.l.40 gloſſ.2.num.46.

Donare an poſsit condẽnatus ad mortem.l.4.gloſſ.5.num.14. ad fin.

Donata à rege an conferantur in.l.29. gloſſ.4.num.30.

Donatarius grauatus de reſtituendo an poſsit in præiuditium ſequentis impedire reſtitutionem l.40.gloſſ. 6.num.2.6.&.7.

Donatarius ſi redat inſtrumentum donationis, an reuocetur donatio. l. 44.gloſſ.14.num.23.

Donatio reuocabilis an comprehendatur appellatione vltimæ voluntatis in.l.4.gloſſ.5.nume.15.vſque ad.17.

Donatio irreuocabilis an comprehẽdatur appellationem vltimæ voluntatis.ibi.num.14.

Donatio quelibet filio facta quo ad irreuocabilitatẽ an reguletur ſecundum meliorationem.l.17.gloſſ.1, num.2.

Donationem non poſſe reuocari qui prætendit fundat intentionem in l.17.gloſſ.6.num.1.

Donatio non ſolum expreſſe ſed tacite reuocatur.ibi.num.2.

Donatio filio in poteſtate ſeu emancipato facta vſque ad mortẽ reuocatur.ibi.num.3.&.4.

Donatio an confirmetur profeſsione ſicut morte.ibi.num.4.&.5.

Donatio prior ſeu poſterior quando cadat ſub obligatione hypotecæ in l.21.num.16.

Donatio exceſsiua ad quantitatem iuris communis reducitur in. l. 22. gloſſ.1.num.8.

Donatio prior an reuocetur per poſteriorem in.l.25.num.3.

Donatio quælibet à parentibus filijs facta in tertium & quintum computatur & ex ea quantitate tacite melioratio efficitur.l.26.remiſsiue.

Donatio propter nuptias quæ fuerit ante leges regni.l.29.gloſſ.2. numer.1.

Donatio propter nuptias antiqua receſsit abuſu.ibi.nu. 1.
Donatio ob cauſam matrimonij ſucceſsit in locum donationis propter nuptias.ibi.nu 3. & per totam.
Donationes propter nuptias & ob cauſam matrimonij hodie conferũtur l.29.gloſſ.2.per totam.
Donatio ob cauſam conferebatur ſimplex non in.l.29.gloſſ.3.nu. 1.
Donatio ſimplex & ob cauſam inquo differant. ibi. num.3.
Donationes omnes in legitimam tertium & quintum computantur cuiuſcunque ſint qualitatis.d.gloſſ. 3. num.4.
Donatio facta filio in ſacris an conferatur. ibi. num.7.
Donatio facta filio clerico ad titulum patrimonij an conferatur.ibi. numero 8.
Donatio facta filio primę tonſuræ an conferatur. ibi. num. 9.
Donatio facta filio quando intelligatur facta contemplatione patris. l. 29.gloſſ.4.num.2.vſque ad. 5.
Donatio facta nepoti an intelligatur facta contemplatione patris. ibi.numero.7.&.9.
Donatio facta ſponſæ à cõſanguineis vel amicis viri an intelligatur facta eius contemplatione.ibi.num.10.
Donatio inofficioſa an conſtante matrimonio reuocetur in.l.29.gloſſ.5. num. 3.
Donatio inofficioſa an in totum reuocetur vel in eo tantum in quo inofficioſa eſt.ibi.num.4.
Donatio dominica an feudum ſit in.l. 40.gloſſ.2.num.80.&.81.
Donationes regis Henrrici.2. an deferantur iure maioratus admiſſa repreſentatione.l.40.gloſſ.2.num.82 vſque ad 87.
Donatio regis quando valeat. ibi. numero. 83. remiſsiue.
Donationes regiæ an poſsint modificari in.l.40.gloſſ.2.num.84.
Donatio inter patrem & filium maritum & vxorem quãdo poſsit reuocari vel per traditionem rei efficiatur irreuocabilis. l.44. gloſſ. 9. per totam.
Donatio ex cauſa oneroſa an requirat aceptationem.l.44.gloſſ.12.nu. 4.&.5.
Donatio ob cauſam ſtudij an valeat reuocari.l.44.gloſſ.15.num. 6.
Donatio ob cauſam oneroſam matrimonij an valeat & quando reuocari.l.44. gloſſ.16.ibi per totam.
Donatio ex cauſa dotis etiam de iure communi irreuocabilis erat.ibi. numero. 1.
Donatio ob cauſam matrimonij an vere ob cauſam dicatur. ibi.nu.2.
Donatio ob cauſam matrimonij an valeat reuocari natiuitate filiorum vel in gratitudine ex.l. ſi vnquam & ex.l. fin. C. de reuocand. donat. ibi.num.34.&.35.
Donatio ob cauſam oneroſam an ex ingratitudine vnius poſsit reuocari.l.44.gloſſ.21.num. 1.
Donatio perfecta an ex aliqua cauſa poſsit reuocari.l.44.gloſſ. 21.
Donatio ſimplex vel ob cauſam quãdo dicatur.l.44.gloſſ. 16. numer. 7. & 8.
Donatio remuneratoria quæ ſit & ei⁹ natura remiſsiue in. l. 44. gloſſ. 17. per totam.
DOS promiſſa tantum & ſoluta æquiparantur.l.25.num.10. cum alijs.
Dos regulariter confertur.l.29.gloſſ. 1.num. 1.
*Dos* inofficioſa præciſſe confertur.ibi numer. 2.
*Dos* inofficioſa quæ ſit.ibi.nume.2.& gloſſ.5.num.2.

*Dos*



Dos inofficioſa an conſtãte matrimonio reuocetur in. l. 29. gloſſ. 5. numer.3.
Dos inofficioſa an in totum reuocetur vel in ex ceſu tantum. in. l. 29. gloſſ.5.numer.4.
Dos poteſt eligi à marito vno ex duobus temporibus conſtitutionis dotis vel mortis donantis.l. 29. gloſſ. 5.numer.5.

## E.

EDificans credens ſolum eſſe maioratus an recuperet expenſas in. l. 46.gloſſ.6.nu.18.&.19.
Edificia cõfecta in ſolo maioratus ab extraneo an ſint ſoluenda in. l. 46. gloſſ.7.num.11.&.12.
Edificia confecta ex pecunia eſpecialiter mutuata ad eorum cõfectionem quando ſolui debeant. l. 46. gloſſ.9.num.15.&.16.
Edificium cedit ſolo in.l.46. gloſſ. 7. ex principio.
EMPHITEOSIS an conſequi poſsit repudiata hereditate in.l.40. gloſſ.1.num.47.
Emphiteoſis ſecularis & priuata hæreditaria eſt.l.40.gloſſ.2.num. 59.
Emphiteoſi conceſa liberis aut deſcẽdentibus per lineam maſculinã an fœminis conceſa cenſeatur. l. 40. gloſſ.9.num.59.&. 61.
AETAS legitima ad teſtandum quę ſit in.l.5.gloſſ.4.num. 1.
EXCLVSIO fœminarum quando fauorabilis ſit vel odioſa eleganter examinatur in.l.40. gloſſ.9. nu. 6.vſque ad. 13.
Excluſio fœminarum principaliter reſpicit fauorem publicum qui verſatur circa conſeruationem familiarum.l.40.gloſſ.9.num.7.
Excluſio fœminarum in fauorẽ maſculorum an extendenda ſit.l.40. glo. 9.num.8.
EXCLVSVS ſemel an cenſeatur ſemper excluſus in.l.40.gloſſ.9.numer.76.vſque ad. 79.
Excluſus nemo cẽſetur niſi à iure ſpecifice excludatur.l.40.gloſſ.4. numer. 39.
EXHEREDATIO ſeu inſtitutio filij ſub conditione ſi natus fuerit pura dicitur in.l.40.gloſſ. 8. numer.6.
